356 3

FRANCISCI ANTONII VIVOLI

PHILOSOPHI, ET MEDICI NEAPOLITANI


COMITIS PALATINI

IN FLORENTISSIMO STVDIO NEAPOLITANO Philoſophiam ordinariè profitentis.

DILVCIDISSIMA IN LIBRVM POSTERIORVM Expoſitio.

ÆDITIO SECVNDA.

AD COSMVM PINELLVM ACHERVNTIAE DVCEM, ET GALATENAE Marchionem, In Regno Neapolitano Magnum CANCELLARIVM.



NEAPOLI, Apud Io. Iacobum Carlinum. M D C I I.

Digitized by Google

COSMO PINELLO ACHERVNTIAE DVCI, ET GALATENAE MARCHIONI,

Regni Neapolitani Magno Cancellario.

FRANCISCVS ANTONIVS VIVOLVS Comes Palatinus æternam felicitatem.

EA eſt, Dux ampliſſime, huiuſce noſtrę tempeſtatis hominum peruerſitas, vt vbi opus aliquod in lucem prodierit, Homeromaſtices liuore perciti, aliorum ſcripta lacerare, atque obelis configere ſeſe accingat; adeoq; ſæuum hoc inoleuit inſtitutum, vt ne vllus quidem Neotericorum extat, quin eorum aculeos non ſentiat, eorumq; conuicijs immunis euadat. Quapropter cùm commentaria in librum Analyticorum Ariſtotelis, annis elapſis à me in lucem ædita locupletare decreuiſſem; præclarè mihi actum puto, ſi fauſtis ſub tui celeberrimi nominis auſpicijs in lucem prodirent, cuius ſub vmbra, tanquàm ſub Palladis, atque Aſteropis clypeo, acerrima obtrectatorum obtundentur aculia. & ſanè cuinam congruentius dicare potuerim, niſi tibi Ampliſſime Dux, qui & tutiſſimum litterarum aſylum, & doctorum virorum vindex acerrimus, & virtutum fautor ſemper exiſtas? cuius fama vbique terrarum adeò diffuſa eſt, vt tanquàm fulgentiſſimum Solis Iubar, inter infelicis noſtri æui tenebras effulgeas; qui & omnes Italiæ Principes, Duces, & Marchiones, virtute, & gloria longè antecellas. Taceo priſcam, & inclytam tui generis familiam, à qua tanquàm ex equo Troiano, clariſſimi, ac præſtantiſſimi viri prodidere. His igitur omnibus tuis virtutibus addictus, cùm nec aurea, nec argentea vaſcula, fulgidis ornata gemmis, quibus muneribus es afficiendus, offerre valeam; opuſculum hoc qualecunque fuerit, tuæ Amplitudini offerre ſtatui, neque nominis aucupandi gratia ductus, (licèt verum ſit illud Perſij, nemo eſt tàm cornea fibra, quin aliqua ex parte gloriolæ laude non titilletur,) ſed vt poſteritati conſulerem, vtque bonos iuuenes, Logicæ candidatos, ad meliorem frugem excitarem. Accipe igitur hilari fronte has meas lucubratiunculas tibi iure dicatas; quæ niſi ad Cleantis lucernam, neque ad Ariphanis bibliothecam elucubrata videntur; redolent tamen amorem, ac boni animi ſpecimen præſeferunt; ſuntque dulce mei erga te pignus amoris; quæ niſi ingratas tibi eſſe perpexerim, ad maiora me permouebis. Vale litterarum Aſylum, ac Italiæ Decus.

Digitized by Google

AD LECTORES

De doctiſſimis Commentarijs Domini Franciſci Antonij Viuoli, Comitis Palatini, in Poſteriorum Analyticorum.

IO. FRANCISCI LOMBARDI NEAP.

hexaſtichon.

SI iuuenis ſcribens illuſtrat ſin Aralyſin
Poſtremam ſapiens VIVOLVS iſte meus;
Nonne ſenex illuſtrabit magis hanc Analyſin,
Bos laſſus figens fortiùs vſque pedes?
Ergo adamate Virum tantum, iuuenesque, ſenesque
Qui quouis vitæ hoc tempore ſcripſit opus.

Die conſecrato S. Claræ MDXCVIII.

FRANCISCI ANTONII VIVOLI IN LIBRVM POSTERIORVM EXPOSITIO.

PRAEFATIO.

CELEBERRIMI Doctores antequàm ad Ariſtotelis ſententiam interpretandam deſcendant, ad eam accedere non andent, priuſquam aliqua prædocuerint, quæ ad ſcripta auctoris intelligenda conferant, Sed Aliqui plura aliqui pauciora prædocenda voluerunt. Siquidem inter Græcos Ammonius decem numero arbitratur, Inter noſtros Boethus ſex tantùm, inter Arabes Auerroes à me nunquam ſatis laudatus, quem in poſterioriſtica facultate ſemper obſeruaui, obſeruaturus quo ad viuam, octo ad Simplicij mentem decretauit. nam is eſt, vt nemo poſterioriſta dicatur niſi Auerroiſta, meritò etiam, vt dixerim, neminem doctum, qui Auerroem non legerit, indoctiorem qui lectum contemnit, indoctiſſimum, cui non ſapit, hunc ordinem ab Antiquis Patribus confirmat Auerroes in præfatione primi phyſicorum, nec non in prologo primi poſt. quem (illo aſpirante à quo cælum, & tota natura dependet) expoſiturus ſum, qui eſt tanta difficultate (ſed quò difficilius hoc præclarius) vt hactenus (Pace aliorum dixerim) nemo ipſum illuſtrauit, niſi Auerroes quem in cunctis ſequar: ſed ſcio quàm ſcopuloſo, difficiliq; loco verſer: ſi igitur quid indoctius, incautiuſq; dicam refutari à doctis cupio, refutaturus ipſe me, ſi fuero admonitus, omnes tamen oratos velim, vt potiſſimum quærant quid ſcribam, non quomodo ſcribam, nec de auctoritatum multitudine me arguant: id enim primùm ſtudentium vtilitatis gratia, deinde, vt conſtet, id verum eſſe, quod dicturus ſum, eoq; magis quoniam veritatis inueſtigator eſſe conabor, inquit enim Auer. in eo quod colliget appellatur cap. 9. multoties homo per cribrum immenſam arenæ quantitatem ventilando rimatur, vt inueniat paruam gemmam, non aliter nos per multas auctoritates veritatem tamquàm præcioſiſſimam gemmam inuenire conabimur, & ne à me varias, ac diuerſas expoſitorum circa Ariſt. verba opiniônes expectent, ſed tantùm rei veritatem; quam Ariſt. ſentit. ſi quidem Platonis extat ſententia, nil magis ſpectare ad officium philoſophi, quam cæteris omiſſis, veritati aſſiduè incumbere. quoniam hæc tam altè poſita eſt, tamq; in tenebris obuoluta, vt nihil ſit æquius, quàm eam indagando perueſtigare, ac perueſtigatam cognoſcere, ex quo placita Chriſtianorum Antiquis conſentiunt Philoſophis, aſſerentium nil in tota vita, aut eſſe amplius, aut melius quàm diuinæ veritatis patrocinium ſubire, & in eius maieſtate conquieſcere. Vnde Auguſtinus in libro ad ſacras virtutes dicebat, veritas eſt recti iudicij tenax memoriæ, recordationiſq; inſeparabilis ſapientiæ, ſecretorumq; cuſtos, arcani velamen, lectionum, & doctrinæ capax, vtilia creans, virtutis ſingulare auxilium cuncta cum ratione diſponens, in congregatione honeſtorum ſemper ſe ingerens, ſtudiorum, & artium pariter magiſtra per quam maturius omnia emanãt. verùm nè amplius lectorem ſuſpenſum detineam illa Auerrois octo, quæ Præcognitiones appellantur, ſine quibus fieri non poteſt, vt quis Ariſt. mentem concipiat, vt teſtatur primo poſt. primo, nec non 6. top. in primo loco definitionis clarius tamen 6. ethicorum cap. 4. ac etiam primo met. 48. & 2. poſt. 101. omnis doctrina, omniſq; diſciplina fit ex præxiſtente cognitione. Hæc ſunt. Primum materia, quam alij ſubiectum, non nulli verò ſcopum, intentionem, ſeu rem conſideratam appellarunt, qua intentione perſpecta, ardentius incumbimus, & non temerè vagamur. Secundum, vtilitas nuncupatur, qua perſpecta, promptius incumbimus, illam enim omnes expetimus, ad eamq; rapimur; nec aliquis eſt, qui vtilia fugiat, aut ea non ſtudioſè perſequatur. Tertium ordo vocatur quem propter eius dignitatem Ariſt. 3. cæli, naturã appellauit tex. 24. Quartum diuiſio, quæ ob oculos totum opus ponit, & vniuſcuiuſq; partis ſcopum ad eam, quæ præcipua eſt intentionẽ dirigit. Quintum libri nomen cognominatur, quod eſt principium fons, origo, caput, & veluti campus oĩs noſtræ cognitionis. Sextum via doctrinæ vocatur, ſine qua ſcientia acquiri non poteſt. Septimum proportio dicit, quæ libri nobilitatẽ indicat. Octauum nomen auctoris, quod auctoritatem, ac operis grauitatem oſtendit: quibus omnibus explanatis facillimus apud Ariſt. erit aditus. Deum tamen Optimum Max. Deprecor, vt in tam arduo, & perdifficili negotio det auxilium, & dirigat noſtrum intellectum ad veritatem, ſitq; lux, & via, laudabilis ingreſſus, & perfecti egreſſus.

PRimvm eorum, quæ fuerũt propoſita, Græci, Arabes, ac Latini omnes in primordio cuiuslibet ſcientię quærunt, ſubiectum circa quod illa ſcientia verſatur, quod quidem non ſine ratione fieri, arbitror: eſt enim Alexandri ſententia in 1. priorum cap. 1. Si quis operis intentionem, ideſt ſubiectum ignorauerit, cęco ſimilis efficitur, qui quo vadat ignorat, & in multos incidit labyrinthos, hæc enim rectè perſpecta, inquit Simplicius, intellectum noſtrum dirigit, ne à veritate procul vagemur, & temerè, ac fruſtrà in diuerſa trahamur. iure igitur primum obtinet locum. ¶ Quod etiam confirmatur, quoniam omnis ars ordinata ſit ex fine præcognito 7. met. 23. ac 6. ethic. cap. 3. qui finis artis non eſt niſi ſubiectũ artis, ad quod aliæ præcognitiones ordinantur, tamquàm ad finem, qui primo intenditur 3. ethic. c. 6. quare primum, quod quæritur eſt artis ſubiectũ. ¶ Confirmatur etiam quoniã ſubiectum obtinet vicem ſubſtantiæ. Aliæ præcognitiones ſunt accidentia: & quoniã ſubſtantia 7. met. 2. & 4. eſt prior accidente, quod ſub alijs verbis Ariſt. notificauit 8. phy. 39. & 2. phy. 66. verum etiam 4. phy. 43. cum dixit, quod eſt per ſe ſemper eſt prius, eo, quod eſt per accidens: nec non primo ethic. cap. 7. & 4. met. 14. Ideo prius à ſubiecto. ¶ Eoq; magis quoniam ſi ſubiectum in arte tractandum ignorabitur, & principia, & paſſiones etiam ignorabuntur, cum in ſubiecto cõtineantur, & de eo inueſtigentur, vt teſtatur Ariſt. primo poſt. 57. 76. clarius 179. quem ordinem ex modo procedendi Ariſt. in ſuis libris obſeruatum comperimus, veluti inductio fieri poteſt; & primo in libro de interpretationẽ proponens ſubiectum, ait (Primum oportet ponere quid ſit nomen, & quid Verbum poſtea, quid eſt Negatio, & Affirmatio, & Enũtiatio, & Oratio) ecce rem tractandam iam proponit: ſimiliter in libro priorum (Primũ dicere circa quid, & cuius intentio eſt: quoniam circa demonſtrationem) quæ demonſtratio eſt ſubiectum. Amplius in primo de anima tex. 1. ait quare rationabiliter hiſtoriã de anima in primis ponemus, ecce quod Ariſt. ſemper primum quod proponit inquirendum ſubiectum eſt: Vnde per quàm optime expoſitores omnes ſuum Principem inſectantes, primum quod quærunt eſt ſubiectũ. Nos autem Ariſt. morem inſequentes id, ꝗ primum diſputandũ aggrediemur, quod nam eſt ſubiectum totale in libro poſt. deinde vt mos eſt philoſophi, vt primo phy. 4. 57. ait à totali ad particulare deſcendere 3. phy. 2. & 2. de gen. & cor. 51. videbimus, quid eſt ſubiectum partiale. ¶ Sed apud omnes ſolet oriri dubitatio. Si enim ſubiectũ precognoſcitur, & quid nominis & quia eſt vt 1. poſt. 2. 75. & 76. liquet quod adeò eſt notum, quò nil datur notius in arte: Vnde ergo eſt, quod pari voto omnes in exordio libri, ipſum quęrunt, ſicuti eſſet ignotum? quod enim præcognoſcitur, non quæritur 1. poſt. 2. quoniã ſunt contraria, vt videre eſt 2. poſt. 33. quod enim præcognoſcitur notum eſt, quod verò quæritur eſt ignotum 2. poſt. 1. ideo nullum præcognitum eſt quæſitum, & è contrario: Cum ergo ita ſit, non rectè quidem agunt in principio libri ſubiectum ſemper quærentes.

Confirmatio. *Alia confirmatio.* *Alia confirmatio.* *Dubitatio.*

¶ Dicunt Aliqui, quòd nil prohibet, ſubiectum partiale nõ ſolum quæri, ſed etiam poſſe demonſtrari, veluti patet de igne, qui eſt ſubiectum partiale, & tamen ignem eſſe fuit demonſtratum ab Ariſt. 4. cæli 32. ſed ſubiectum totale non quæritur, nec demonſtratur. *Solutio aliorũ.*

¶ Pace eorum ¶ hoc ſtare non poteſt. Auer. enim 1. poſt. 73. ait ſubiecta aut accipiũtur, vt nota, per ſe, vel quia ſunt probata ab alia ſcientia 1. poſt. 2. & 77. vt ſunt ſubſtantiæ abſtractæ, quæ ſunt ſubiectũ in 12. met. tamen ſumuntur notificatæ eſſe à naturali, vt dicit Auer. 1. phy. vltimo ergo, ſubiectum vt ſubiectum debet eſſe notum, ſiuè fuerit totale, ſiue partiale, aliter non eſſet ſubiectum, & probatur validiſſimè: ſentẽtia enim eſt Ariſt. 1. de hyſtoria an cap. 1. vbi inquit, ſicut ſe habet totum ad totũ, ſic ſe habet pars ad partem: eadem enim eſt ratio totius, & partis 1. cæli 19. 73. & 4. cæli 22. clarius 3. phy. 52. & 1. cæli 80. 58. 97. & 2. cæli 92. 100. & 105. ſed ſubiectum totale in tota ſcientia præſupponitur, præcognoſcitur, & eſt notum: ergo nõ demonſtratur, nec quæritur ſubiectum totale, nec partiale, & in hoc teſtem voco Auer. 2. phy. 26. 22. & 6. met. 1. 2. poſt. 33. 1. phy. vltimo, nec non 2. de anima 27. 29. & 12. met. 5. vbi clariſſimè aſſerit, quòd impoſſibile eſt, aliquam ſcientiam vniuerſalem, aut particularem declarare, ſuum ſubiectum eſſe ſiue per ſignum, ſiue per demonſtrationem. *Confutatio.*

¶ Sed quid dicẽdum ad auctoritatem Auer. 4. cæli 32. vbi inquit, ignem eſſe, demonſtrari poſſe, & tamen ignis eſt ſubiectum partiale, & pars ſubiectiua illius artis? *Dub.*

¶ Dicas cum Auer. ꝗ non inconuenit, immo eſt neceſſarium, quòd ſubiecta partialia quærãtur, & demõſtrentur: tamen ſeruatis duabus conditionibus. Prima eſt, quando accidit, quòd fuerint ignota in arte, in qua ſunt ſubiecta. Secunda eſt, quòd habeãt medium notius in illa ſcientia, per quod poſſint demonſtrari, quod quidẽ innuit Auer. 1. poſt. 70. & 2. poſt. 33. verum etiam 2. phy. 22. & hoc totum erit quando cauſſæ ſubiecti artis latuerint, ideſt, quãdo cauſſæ, ſeu partes ſubiecti dico ſubiecta partialia fuerint ignota, pro ut fecit Ari. *Sol.*

in

Digitized by Google

in commōſtrando primam materiam, & primum mouentem in phyſicis auſcultationibus, quæ prima materia, & primus motor ſunt ſubiecta partialia in philoſophia: quæ cum ſint ignota, ipſa demonſtrauit demonſtratione ſigni, ideſt, per demonſtrationem, quia, ideſt, per ſignū naturale, vt inquit Auer. 2. phy. 22 & 1. phy. vlt. nec non 8. phy. 3. & 12. met. 5. clarius tamen 1. poſt. 70. materia non poteſt declarari eſſe propriè, niſi per ſignum naturale, & primus motor impoſſibile eſt, vt declaretur eſſe, niſi per ſignum naturale. Patet ergo quòd ideo, hæc demonſtrantur, quoniam ſunt ignota, & habent ſignum naturale tanquàm medium notius, per quod poſſunt demōſtrari, ſed ſi non haberent hoc medium notius, clarum eſt, quòd non poſſent demonſtrari à proprio artifice, ideſt, à naturali philoſopho: quod dico propter ſubſtantias abſtractas, quæ licet ſint partes ſubiectiuæ: tamen non poſſunt demonſtrari, quoniam non habent medium notius, per quod demonſtrari poſſint in metaphyſica: quoniā non eſt aliud medium ad probandas ſubſtantias abſtractas eſſe, niſi motus teſte Auer. 12. met. 5. & ideo naturalis philoſophus demonſtrat, ipſas eſſe per motum, tanquam per medium notius. Deinde metaphyſicus accipit, illas eſſe demonſtratas à naturali, & præſupponit, eſſe notas, quod aſſerit Auer. 1. phy. vlt. & hoc eſt illud, quod dicit Auer. 1. poſt. 2. & 73. quando inquit, ſubiectum in arte, aut debere eſſe notum per ſe, aut ab alio artifice acceptum tamen eſt Notandū, quòd raro contingit in ſcientia, quòd ſubiecta partialia, ſeu cauſſæ ſubiecti, ſeu partes ſubiectiuæ demonſtrantur in illa ſcientia, in qua ſunt ſubiectum propter duas cauſſas, vel quia raró contingit, ꝙ ſunt ignota 2. poſt. 23. vel quia raró contingit illam ſcientiam habere mediū notius ad illa demondranda, quod 4. cæli 32. confirmat Auer. vbi aſſerit raró hoc contingere, & non niſi propter iſtas cauſſas iam aſſignatas, Vnde concluditur, quòd quādo inquit Auer. quòd ſubiectum partiale non demōſtratur, nec quæritur in arte, in qua eſt ſubiectum, ſed debet eſſe notum, hoc intelligitur, vt plurimum & in maiori parte, raró tamen, & in minori parte quæritur, & demonſtratur. ¶ Sed dices cōtra determinatum eſt, quòd cauſſæ ſubiecti, ideſt, ſubiecta partialia in arte non quæruntur, nec demonſtrant niſi demonſtratione ſigni, ex quo videtur, non poſſe demonſtrari demonſtratione ſimpliciter, hoc videtur falſum, ait enim Auer. 2. phy. 22. quòd cauſſæ ſubiecti artis poſſunt demonſtrari per demonſtrationem ſimpliciter, ergo determinatio dictorum eſt falſa, & contra Auer. ¶ Reſpondet Auer. ibidē, & 1. poſt. 70. & dicit, quòd tunc cauſſæ ſubiecti artis, ideſt, ſubiecta partialia poſſunt demōſtrari demonſtratione ſimpliciter, quādo habuerint cauſſas priores, tunc demonſtratio illarum cauſſarum erit per demonſtrationem ſimpliciter in arte continente illam artem, ideſt, in metaphyſica: quæ cōtinet ſubſe omnes artes particulares, & commoſtrationem reliquorum principiorum nō in arte propria, in qua ſunt ſubiecta, ſed ſi demōſtrantur in arte propria, hoc erit per ſigna 1. poſt. 70. ¶ Dices, quando eſt aliquod ſubiectum partiale in parte ſcientiæ ignotum, & illa ſcientia non habet medium notius, per quod poteſt demonſtrari illud ſubiectū, quid eſt faciendum? illud enim ſubiectum non debet remanere ignotum: quoniam artifex nō poteſt demonſtrare proprietates de illo ſubiecto: quoniam tunc de ſubiecto oſtēduntur paſſiones, & proprietates: quādo ipſum eſſe fuerit notum 1. poſt. 75. 76. & 57. ¶ Dicas, quòd recurrendum eſt ad aliū artificem, qui habet mediū notius, per quod poteſt demonſtrare eſſe illud ſubiectum ignotum, & cum fuerit demonſtratum ab illo tūc illa ars accipit illud ſubiectum notificatum, & præſupponit, vt notum de quo ſubiecto noto poſtea oſtendit proprietates, quod exemplo manifeſtatur de metaphiſico, ſubiectum enim partiale in metaphiſica ſunt ſubſtantiæ abſtractæ, quæ ſunt ignotæ quo ad eſſe, metaphyſicus non poteſt demonſtrare illas, quoniā non habet medium, ideo recurrit ad naturalem ſibi ſubditum, qui naturalis habet medium notius, quod eſt motus, & ſic naturalis obediens metaphyſico, tanquàm ſeruus domino, demonſtrat ſubſtantias abſtractas eſſe per motū, quas eſſe notas ipſe metaphyſicus accipit à naturali, & præſupponit in ſua ſciētia metaphyſica, tamquam ſubiectum: & de ipſo deinde oſtendit proprietates, ex quibus latè pateat omnibus, quòd tam ſubiectum totale in tota ſcientia, quàm ſubiectum partiale in parte ſcientiæ, in qua eſt ſubiectum, debet eſſe notum, tanquàm ianua domus, quam nemo quærit, nec ignorat. Si verò ſubiectum partiale quæritur, ac demonſtratur, non niſi quando fuerit ignotum, & habet medium notius, per quod poteſt demonſtrari à proprio artifice demonſtratione quia, non demōſtratione propter quid, nec ſimpliciter, quod quidem raró accidit. Si verò demonſtratur demonſtratione ſimpliciter, hoc non fit à proprio artifice particulari: ſed ab artifice communi, qui eſt metaphyſicus his ſic ſtantibus. ¶ Soluitur dubitatio, quando dicitur, quòd in principio artis quæritur ſubiectū ab expoſitoribus, dicimus enim, quòd non quæritur ſubiectum, vt ſubiectum, ſed quæritur ſubiectum in ordine ad prædicatū. ¶ Vel dicitur, quòd non quæritur ſubiectum, ſed quæritur an ſubijciatur prædicatis in libro contentis.

Dub. *Sol.* *Petitio.* *Reſpōſio.* *Alia ſo.*

Alia ſo. ¶ Vel dicas, quòd aliud eſt illud, quod meretur eſſe ſubiectum, ideſt quod habet in tali ſcientia conditiones, per quas poteſt eſſe ſubiectum. non enim quæritur eſſe ſubiecti, ſed illud quod meretur eſſe ſubiectũ: quo inuento ipſum, tanquàm notum, & ſubiectum præſupponitur v. g. corpus naturale eſt ſubiectũ in philoſophia naturali, nõ quæritur eſſe corporis, quoniã illud eſſe ſupponitur, ſed quæritur, an corpus habeat illas conditiones, per quas poteſt eſſe ſubiectum, quod innuit Auer. 1. poſt. 73. vbi ait, ſi quis quæreret, an anguli trianguli ſint æquales duobus rectis, nulli dubium eſt, quòd triangulum eſſe eſt notum: ſed id quod quæritur eſt, an illa paſſio, ſcilicet, habere tres angulos, in ſit triangulo. *Alia ſo.* ¶ Vel Dicas, quòd non quæritur ſubiectum de ſecundo adiacente, ſed de tertio adiacente, ideſt, non quæritur ſubiectum de propoſitione binaria, ſed de propoſitione trinaria.

Alia ſo. ¶ Vel dicas, quòd non quæritur ſubiectum, quo ad ſi eſt: ſed quò ad quia eſt. Vnde per quàm optimè Auer. 1. poſt 73. non quærimus ſubiectum de quæſito, & eſſe ſimplici, ſed de quæſito, & eſſe compoſito omnium dictorum: exemplum eſt clariſſimum vt hæc propoſitio eſt de ſecundo adiacente, ſeu binaria: homo eſt, quoniam conſtat ex ſubiecto, & copula: quæ ſunt duo, modo non quæritur; quòd homo eſt, ſed id ſupponitur eſſe, ſed quando ſit propoſitio de tertio adiacente, ſeu trinaria, quæ ſit ex tribus, vt homo eſt riſibilis; tunc quæritur nõ ſubiectum: ſed quæritur tertium adiacens, quod eſt prædicatum, vt ly, riſibilis de homine, & vt omnia in ſumma dicam, non quæritur ſubiectum eſſe, ſed quia eſt, ideſt, prædicata, accidentia, proprietates, paſſiones, & attributa de ſubiecto. Vnde quando quæritur ſubiectũ non per ſe, quia eſt notum; ſed per accidens, inquãtum quæruntur accidentia de ſubiecto, quæ per ſe quæruntur & ſic per accidens quæritur ſubiectum, accidentia, & prædicata, quæruntur per ſe iuxta ſententiam Auer. 4. phy. 45. vbi fatetur, quòd id, quod attribuitur accidenti, ſi attribuitur rei, ideſt, ſubiecto, illa eſt attributio per accidens: ſicut quando dicimus, materia prima eſt non ens; non dicimus, quòd materia prima eſt non ens per ſe: quia natura ſua eſt aliquid 1. phyſ. 66. ſed eſt non ens per accidens, propter priuationem: quæ priuatio eſt per ſe non ens 1. phy. 71. ex quibus latè patet vera propoſitę dubitationis ſolutio, quòd ſi ſubiectum quęritur in principio libri, vel artis, non quæritur per ſe, ſed per accidens, quoniam principale intentum doctorum eſt, quærere accidentia, & proprietates de ſubiecto, non ſubiectum. *Replica.* ¶ Dices contra: nam ſi ſubiectum quæritur quia eſt ergo quęritur ſi eſt, quoniam 1. poſt. 2. quia eſt, & ſi eſt idem eſt. ¶ Dicas, quòd quia ſimplex, idem eſt quod ſi eſt, non autem quia compoſitum. *Sol.*

Et quoniam intentio noſtra eſt diſputare de ſubiecto: operæpretium mihi facturus eſſe videor, ſi prius eius ſignificata enarrabo: quoniam multa ſunt, ſemper regulam Ariſt. ſeruando primo cæli 110. vbi inquit, omne nomen æquiuocum prius diuidendum in ſua ſignificata, deinde determinandum veluti Ariſt. etiam confirmat 1. elench. cap. 1. vbi dicit, qui nominum virtutis ſunt ignari, paralogiczant: nec non 2. topic. loco 7. & 8. verum etiam Auer. 7. met. 36. & 4. phy. 24. 1. poſt. 33. & 3. de anima 20. cuius cauſſam aſſignans Auer. ait 4. met. 2. quoniã ars non cõſiderat de æquiuoco: cum ergo ſubiectum ſit nomen æquiuocum: Expedit, ipſum diuidere in ſua ſignificata, vt illud ſignificatum, de quo erit ſermo noſter, fiat magis manifeſtum iuxta regulam Ariſt. 1. cæli 96. dicitur ergo primo modo ſubiectum Prioriſticum, & eſt illud, quod conſideratur in ordine ad prædicatum, ſicuti ait Ariſt. 1. priorum cap. 1. vbi dicit ſubiectũ eſt illud de quo prædicatum dicitur. Alio modo eſt ſubiectũ Poſterioriſticum, & hoc eſt ſubiectum artis, vel ſcientiæ, de quo præcognoſcitur Quid, & Quia 1. poſt. 2. Quod quidem ſubiectum poſterioriſticum eſt Duplex; quoddam eſt actuale, & quoddam eſt virtuale, dicitur ſubiectũ actuale, quatenus de ipſo in actu conſiderantur paſſiones. Dicitur virtuale, quando non actu de eo conſiderantur paſſiones; ſed de altero in ordine tamen ad eius cognitionem: exemplum eſt v. g. corpus naturale eſt ſubiectum in philoſophia naturali, dico actuale, & virtuale, & tunc eſt actuale, quãdo de eo actu tractantur proprietates: ſed quãdo eius prędicata dicuntur de principijs, & paſſionibus ſuis: tunc ipſum corpus naturale non eſt ſubiectum actuale: ſed virtuale, & ipſa principia dicũtur ſubiecta actualia in 1. phy. & Nota, quòd ſubiectũ artis ſiue fuerit actuale, ſiue virtuale, triplex eſt 2. poſt. 33. & 4. cæli 32. Aliud eſt totale. Aliud partiale ſolum, Aliud verò partiale principale, quod triplex ſubiectum in eadem ſcientia reperitur v. g. in metachyſica cuius ſubiectum totale, & adæquatum eſt ens inquantum ens 4. met. 1. & ſubiectum partiale principale eſt ſubſtantia ſeparata à materia 12. met. 1. & ſubiectum partiale ſolum ſunt decem prædicaméta, vt aſſerit Auer. in paraphraſi met. c. 2. ſed, qm̃ cognitio horum ſubiectorum in omni arte, vel ſcientia eſt neceſſaria: ideo oportet declarare, quid eſt ſuaiectum totale, quid partiale ſolum, & quid partiale principale. Dicimus ergo quòd ſubiectũ totale, & adequatum in ſcientia eſt illud, quod cõprehendit, & adæquat ſibi totam artem, & non excedit artem;

Quot modis dicitur ſubiectum.

Dub.

Quid eſt ſubiectum totale.

tem: nec exceditur ab arte: adeo quòd nihil in arte per ſe conſideratur,(niſi de bonitate) quod non ſit vel ipſum vel principia, vel ſpecies vel paſſiones ipſius ſubiecti 1. poſt. 179.

Quot modis vocatũ ſubiectũ totale.

Verum Nota, quòd ſubiectum totale,& adæquatũ tribus modis ſolet vocati ab Ariſt. primo modo, vocatur genus veluti 4. met. 5. & 1. poſt. 56.57.54.58.59.69.71.73.74.75.179. nec non 4. met. 5. Alio modo vocatur compoſitum. Alio modo ſubiectum appellatur: dicitur enim genus inquãtum refertur ad ſpecies & ad ſuas partes ſubiectiuas. Dicitur compoſitum reſpectu ſuorum principiorum 1. phyſ. 65. Dicitur etiam ſubiectum, ſed in ordine ad ſuum prædicatum; & ſic patet, quòd cum ſubiectum tria habeat ſcilicet partes principia, & paſſiones, vt teſtis eſt Ariſt. 1. poſter. 179. his etiam tribus modis nuncupatur.

Quid eſt ſubiectũ partiale principale.

Subiectum partiale principale in ſcientia eſt nobilior pars ſubiecti totalis, quemadmodum inter decem prædicamenta, quæ ſunt ſpecies entis, nobilior ſpecies, quæ eſt ſubſtantia, dicitur ſubiectum principale.

Quid eſt ſubiectũ partiale ſolũ.

Subiectum verò partiale ſolum eſt omne aliud à ſubiecto totali, veluti ſunt partes principia,& paſſiones ſubiecti totalis, ſed Nota, quòd principia, & paſſiones non dicuntur ſubiecta inquantũ ſunt principia, & paſſiones: quoniam id quod eſt principium pars, & paſſio ſubiecti non poteſt dici ſubiectum: ſed dicuntur ſubiecta, inquantum ſubijciuntur prædicatis per ſe conſideratis de illis Amplius ſubiectũ adhuc dicitur pluribus modis aliud enim eſt ſubiectum vniuocum. Aliud verò eſt analogum. Alio modo ſumitur ſubiectum pro conceſſo vt 3. cæli 4. Alio modo pro vt eſt ſubiectum accidentis vt 2. de anima 8. Aliò modo ſubiectum formę, vt eſt materia prima, vt ibidem patet. Alio modo ſumitur ſubiectum pro eſſe, vt ſumit Ariſt. 5. phy. 7. quibus ſignificatis ipſius ſubiecti ſic declaratis, ſermo noſter erit de ſubiecto totali adæquato poſterioriſtico virtuali, actuali, & partiali,& principali analogo,& nõ vniuoco. verum quia omne ſubiectum quodcunq; ſit, ſiue totale, ſiue partiale ſolum, ſiue partiale principale, habet duas partes eſſentiales 1. poſt. 179. rem conſideratam; ſcilicet, & modum conſiderandi: quæ res conſiderata eſt ſicut materia: quoniã ſicut materia eſt determinabilis per plures formas 7. met. 8. ſic res conſiderata cũ diuerſis modis conſiderandi poteſt à diuerſis artibus conſiderari. Modus verò conſiderãdi aſſimilatur formę: quoniã ſicut forma 2. de anima 2. dat eſſe, & vnitatem materiæ, & cõpoſito ſic modus conſiderandi dat eſſe, & vnitatem ipſi ſubiecto rei conſideratæ v. g. de definitione metaphyſicus topicus, & poſterioriſta conſiderant ſub diuerſis tamen cõſiderandi modis. Metaphyſicus vt eſt ens, Topicus vt eſt problema topicum. Poſterioriſta verò, vt eſt inſtrumentum notificans rerũ ſubſtantias,& ſic patet, quòd eadẽ res à diuerſis conſideratur ſub diuerſo tamen cõſiderandi modo. patet etiam, quòd ſubiectum neceſſariò componitur ex his duabus partibus: quoniã ſicut in naturalibus materia, & forma ſunt neceſſariæ eorum partes ſic etiã in artificialibus, ſi vera eſt regula 2. phy. 22. & 79. verũ etiam 4. meteororum 27. neceſſariæ ſunt res conſideratæ, & modus conſiderandi tunc. n. ars eſt vera 2. poſt. 94. & 1. cæli 2. quando inſequitur opus naturæ. Quæritur ergo, quæ eſt res conſiderata in 1. libro poſt. qua habita quæritur ſub quo modo conſiderandi in hac quæſtione cum multæ, ac variæ ſint interpretum ſententiæ, prius quid alij ſentiunt recenſebimus, deinde quæ nam eſt noſtra, & vera opinio, imitantes Ariſt. qui rarò, aut nunquam in rebus ſatis dubijs ſuam profert ſententiam, niſi prius aliorum, ſi quæ fuerint, reiecerit opiniones: ſic enim firmius ſtabilitur veritas, falſis exploſis ſententijs.

Opinio Græcorum.

De ſubiecto igitur huius libri adæquato non concordes ſunt peripatetici. Græci enim aſſerũt ſubiectum in 1. poſt. totale, & adæquatum eſſe totam demonſtrationem, quam poſitionẽ eorum iudicio validiſſimis rationibus probare videntur.

Prima rõ Græcorum.

¶ Quarum prima eſt talis, ideſt, ſubiectum in libro quod proponit in prologo illius libri, ſed tota demõſtratio proponitur in prologo libri poſt. vt videre eſt in primo priorum cap. 1. ergo tota demõſtratio eſt ſubiectum in lib. poſt.

Secũda ratio.

¶ Amplius, ideſt ſubiectum in libro quod primò definitur in illo libro, vt ait Auer. 1. cæli 2. ſed demõſtratio primò definitur in lib. poſt. tex. 8. ergo tota demonſtratio eſt ſubiectũ in 1. poſt.

Tertia ratio.

¶ Amplius, ideſt ſubiectũ in libro quod epilogatur in epilogo illius libri, ſed tota demonſtratio epilogat in epilogo libri poſt. vt patet 2. poſt. 100. ergo tota demõſtratio eſt ſubiectum in 1. poſter.

Collectio rationũ.

Ex quibus omnibus fiat vna ratio, id eſt biectũ in libro ꝙ proponitur in prologo definitur, tractatur in tractatu,& epilogatur in epilogo illius libri: ſed tota demõſtratio proponit in prologo definitur in tractatu, & epilogatur in epilogo libri poſt. ergo tota demõſtratio eſt ſubiectũ in primo poſt.

Quarta ratio.

¶ Amplius Ariſt. 1. priorum cap. 1. ponens intentionem libri priorum,& libri poſt. inquit, determinatis autem his dicendum eſt de ſyllogiſmo, poſtea de demonſtratione: ſed de ſyllogiſmo in lib. priorum,& quoniam poſt lib. priorum immediate ſequitur liber poſt. ergo in 1. poſt. intentio Ariſt. eſt de demonſtratione ergo tota demonſtratio eſt ſubiectum.

Quinta ratio.

¶ Amplius nomen, & libri titulus ſumitur ſemper à re cõſiderata à ſubiecto libri, vt patet ferè in omnibus libris Ariſt. dicitur. n. liber prædicamentorum

torum: q̄m prædicamenta conſiderantur: dicitur etiã liber priorum de ſyllogiſmo, vt videre eſt 1. poſt. 26. q̄m ſyllogiſmus ibi conſideratur, inſcribitur etiam liber de anima: q̄m anima eſt res cõſiderata à pari. liber poſt. inſcribitur, & nominatur de demõſtratione, vt ait Auer. in 1. poſt. in prologo ergo demõſtratio eſt ſubiectũ in lib. poſt.

Sexta ratio. ¶ Amplius genus natura eſt prius ſpecie, vt in cap. de priori ait Ariſt. in prædicamentis, & in 5. met. & ſpecies natura eſt poſterior genere, & immediatè ſequit̃ genus. ſed ſyllogiſmus eſt genus demonſtrationis 1. poſt. Auer. & demõſtratio eſt ſpecies, vt ibidẽ patet, & ſyllogiſmus eſt ſubiectum in libro priorum: ergo demonſtratio de iure eſt ſubiectum in lib. poſt. q̄m liber poſt. immediatè ſequitur lib. priorum.

Septima rõ. ¶ Amplius vbi conſiderantur partes omnes alicuius totius, ibi conſideratur illud totum: q̄m totum nõ eſt ſine partibus, in partibus. n. totum eſt, Porphyrio teſte in cap. de ſpecie: ſed in 1. poſter. tractantur oẽs partes, materia. ſ. & forma demonſtrationis, vt patet de forma in 1. poſt. teſt. 103. vbi inquit Ariſt. figuratum autem ſcientialior eſt prima, & de materia, vt ſunt præmiſſæ conditionatæ à 1. tex. vſque ad 95. ergo tota demonſtratio eſt ſubiectũ in 1. lib. poſt.

Octaua ratio. ¶ Amplius Ariſt. 1. poſt. 8. excuſans ſe de alio modo ſciendi, ait, ſi alter eſt ſciendi modus poſterius, dicemus, quaſi dicat, ꝙ intentio noſtra in 1. lib. poſt. eſt conſiderare de demonſtratione, ſi datur aliud ſciẽdi modus, dicemus, poſterius, hoc eſt in 2. poſt. vnde clarè ſumitur; quòd tota demonſtratio eſt ſubiectum in 1. poſt. ¶ Amplius Græcorũ poſitio auctoritate Auer. confirmatur, ait enim Auer. 1. priorũ cap. 1. Id, quod q̃rimus in hoc libro, eſt demonſtratio, q̄m ſyllogiſmum quęrimus, quoniã demonſtrationem quærimus.

Confirmatio. ¶ Amplius, Auer. 2. poſt. com. 1. continuãs ſecundum librum cum primo, ait ſic, cum iã expleuerit ſermonẽ de eo, ꝙ eſt quid ſit demonſtratio, incepit hic conſiderationẽ de definitionum ſpeciebus; ecce clarè patet per Auer. ꝙ tota demonſtratio eſt ſubiectum in 1. poſt.

Alia cõfirmatio. ¶ Amplius Auer. in prologo 1. poſt, diuidens librũ poſt. ait prima pars eſt tractatus de demonſtratione, & eſt ꝙ continetur in 1. huius libri, & quid clarius in fauorem Græcorum.

Cõfutatio opinionis Græcorum. ¶ Quæ dicunt Græci, & ſi in eorum doctrina defendi poſſint tamen arguitur contra ſic, & demonſtratiuè quidem, ſi demonſtratio eſſet ſubiectum in 1. poſt tunc de ipſa tractarentur principia, partes, & paſſiones: ſiquidem hæc de ſubiecto indagantur, vt liquet 1. poſt. 179. ſed in lib. poſt. vt patet non indagant̃ omnia principia, & omnes partes demonſtrationis, non enim tractatur pars formalis, ideſt ſyllogiſmus, figura, & ordo, quæ eſt neceſſario requiſita ad demonſtrationẽ: ergo non tota demõſtratio eſt ſubiectum. Ideo Auer. poſitionem meliorẽ eſſe, ac magis philoſophi mentem penetrare. (Pace tamen eorum habita) arbitramur.

Opinio Auer. Sed pro opinionis Auer. & veritatis intelligentia eſt ſciendum, quòd liber priorum, & liber poſt. ſunt vnus liber totalis: ſunt verò duo libri, ſeu duo tractatus partiales, vt inquit Auer. 1. poſt. in prologo, & quòd ſit verùm, ſic probatur.

Liber priorũ, & poſt. ſunt vnus liber. Ille liber dicitur vnus, qui vnum habet prologum, & vnum Epilogum ex 3. rethor. cap. de prologo: Sed liber priorum, & poſt. habet vnum prologũ, & vnum Epilogũ, vt patet 1. priorum cap. 1. & 2. poſt. 100. ergo vnus eſt liber. Amplius verum eſt notandum, quod conſuetudo eſt Ariſt. multos, & plures libros vno nomine inſcribere: inſcripſit enim libros phy. de phyſico auditu, & libros de cælo, & libros de generatione, & libros de anima: ex quo oritur ratio talis: ille eſt vnus liber, qui vnum habet nomen; ſed liber priorum, & poſt. vt inquit Auer. in prologo primi libri poſt. habet vnũ nomen vterq; enim dicitur analyticus, ideſt, reſolutiuus. ergo eſt vnus liber. ¶ Amplius ille liber eſt vnus, qui vnũ habet finem 2. de anima 49. à fine vnumquodque denominari, iuſtum eſt: ſed liber priorum, & poſt. habet vnum finem, nempè ſcientiam demonſtratiuam, vt patet 1. priorum cap. 1. ergo liber priorum, & poſt. eſt vnus liber: ex quibus erigatur vna ratio, ille eſt vnus liber, qui habet vnum prologum, vnum tractatum, vnum Epilogum, vnum nomen, & vnum finem, ſed liber priorum, & poſt. habet vnum prologum, vnum tractatum, vnum Epilogum, vnum finem: ergo liber priorum, & poſt. eſt vnus liber.

Dub. ¶ Sed dices contrà, ſi ille dicitur vnus liber, qui habet vnũ nomen, ergo illi dicuntur plures libri, qui habẽt plura nomina quoniam ſicut ſe habet vnum ad vnum, ſic ſe habent plura ad plura; quare ſi vnum nomen arguit vnum librum: ſic plura nomina, & diuerſa arguunt plures & diuerſos libros: ſed liber priorum, & poſt. habent plura & diuerſa nomina: ille enim dicitur liber priorum, & iſte dicitur liber poſt. ergo ſunt, & ex nominum pluralitate dicuntur plures libri, & nõ vnus.

Sol. ¶ Dicas quòd ſi habent vnum nomen cõmune, & vniuerſale: quod nomen cõmune, hoc eſt, quoniam vterq; dicitur liber analyticus, ideſt reſolutorius, & ab vnitate huius nominis dicitur liber vnus: tamen ſi habent plura nomina, illa ſunt nomina partialia v. g. bos, & homo habẽt idem nomen commune, quod eſt animal: vterq; enim dicitur animal: ſed habẽt diuerſa nomina propria, alter enim dicitur bos, alter autẽ homo. quare ſicut homo & bos ab vnitate nominis cõmunis dicuntur vnum & idem, & ex pluralitate nominũ propriorum dicuntur duo diuerſa: ſic liber priorum,

Digitized by Google

rum, & poſt. dicitur vnus liber, & plures libri. ¶ Iterum dices Auer. in prologo primi poſt. ait. quòd Ariſt. inſcripſit vtrumq; librum eodē nomine: ergo non ſunt duo libri diſtincti. ¶ Dicas, ꝙ ſunt duo libri diſtincti partiales, vel duo tractatus, qui ambo conſtituunt vnum librum totalem, veluti ſunt octo libri phy. partiales, qui faciunt vnum librum totalem: ſimiliter hi ſunt duo libri partiales, qui faciunt vnum librum totalem, & in hoc teſtem duco Auer. in 2. poſt. 100. vbi aſſerit, quòd conſideratio de ſillogiſmo eſt pars conſiderationis de demonſtratione, & ambo cōſtituunt vnam conſiderationem, cum ergo liber priorum, & poſt. ſit vnus liber totalis, meritò debet habere vnum ſubiectum totale, & adæquatum, & decretando dicimus, totam demonſtrationem nō eſſe ſubiectum in lib. 1. poſt. tantùm, vt falsò Græci imaginantur: ſed eſt ſubiectum in lib. priorum, & poſt. tanquam in vno totali libro, dico demonſtratio in communi analogicè ſumpta, prout continet ſub ſe demonſtrationem ſimpliciter propter quid, & quia, quod quidem demonſtratiuis rationibus probatur. Et prima eſt hæc. Id eſt, ſubiectum totale in aliquo libro, cuius principia paſſiones, & ſpecies per ſe conſiderantur in illo libro 1. poſt. 179. ſed in lib. priorum, & poſt. conſiderantur partes demonſtrationis, ideſt forma in libro priorum, & materia in lib. poſt. vt teſtis eſt Auer. in prologo primi poſter. ergo demonſtratio eſt ſubiectum totale in vtroq; libro. ¶ Amplius illud eſt ſubiectum totale, & adæquatum in aliqua arte, quando illa ars quidquid conſiderat, eſt aliquid illius ſubiecti, & non aliud ſed tam in libro priorum, quàm in lib. poſt. conſideratur aliquid demonſtrationis, vt ait Auer. 1. poſt. in prologo: ergo demonſtratio eſt ſubiectū in vtroq; libro: non ergo demonſtratio eſt ſubiectum in libro poſt. tantùm, hæc ergo eſt vera Ariſt. & Auer. intentio in libro priorum, & poſt. tamquam in vno libro totali conſiderare de tota demonſtratione.

Dub. | *Sol.* | *Rationes probātes totam demōſtrationis eſſe ſubiectum in lib. priorum, & poſt.*

Dub. ¶ Sed dices, quid eſt ſubiectum partiale in libro priorum tantùm, tāquam in libro partiali, & quid erit ſubiectum in primo poſter. tamquam in libro partiali? *Sol.* ¶ Dicas cum Auer. in prologo 1. poſt. vbi inquit ſic, quādo demōſtrationes componuntur ex duabus rebus, quarum altera ſunt ipſæ præmiſſæ, quæ gerunt vicem materiæ, & altera eſt ipſa ratiocinatio, quam ſyllogiſmum dicimus, quæ gerit vicem formæ, quæ cum iam explicata ſit in libro priorum analyticorum, hic ſermonē facit de altera re remanente ad cognitionem ſyllogiſmi demonſtratiui, quæ eſt diſpoſitio materierum, ex quibus ille cōponitur, ideſt, ſubiectum partiale actuale in libro priorū eſt ſyllogiſmus, qui eſt pars formalis ipſius demonſtrationis, & ſubiectum partiale in primo poſt. ſunt præmiſſæ conditionatæ, ſcilicet, quæ ſunt veræ primæ immediatæ priores notiores, & cauſſa concluſionis vt aſſerere videtur Ariſt. 1. poſt. 9. quæ ſunt materia demonſtrationis, & ſic clarum eſt, quòd de forma cōſideratur in libro priorum, & de materia in libro poſt. quæ forma, & materia tamquàm duæ partes vnitæ faciūt totam demonſtrationem, & ſic tota demonſtratio eſt ſubiectum totale actuale in vtroq; libro, & pars demōſtrationis, quæ eſt forma, quæ ſyllogiſmus appellatur, eſt ſubiectum partiale actuale in libro priorum, & præmiſſæ conditionatæ, quæ ſunt materia demonſtrationis, ſunt ſubiectum partiale actuale in 1. poſter. tamquàm in libro partiali, quod quidem ratione probatur: id enim eſt ſubiectom actuale, de quo actu prædicata cōſiderantur, ſed in lib. priorum de ſyllogiſmo actu cōſiderantur prædicata, vt patet primo priorum cap. 1. & cap. 5. ergo ſyllogiſmus eſt ſubiectum partiale actuale in libro priorum: eadem ratione poteſt probari de ſubiecto libri poſt. id eſt, ſubiectum actuale in libro, de quo actu prædicata cōſiderantur. ſed de præmiſſis in 1. poſt. actu prædicata conſiderantur, vt patet 1. poſt. 9. 10. 11. vt quòd ſunt veræ primæ immediatæ priores notiores, & cauſſa concluſionis, & quod ſunt neceſſariæ 1. poſt. 28. 44. 45. 46. 47. 48. 49. ergo præmiſſæ ſunt ſubiectum actuale in 1. lib. poſt. & Nota, quòd poſſumus dicere, quòd demonſtratio eſt ſubiectum in 1. lib. priorum diſtincto à libro poſt. tamen eſt ſubiectum actuale quò ad formā, quoniam de forma ſua ibi conſideratur, & poſſumus dicere, quòd demonſtratio eſt ſubiectum in libro poſt. diſtincto à libro priorum: tamen eſt ſubiectum virtuale, vel poteſt dici, quòd demonſtratio eſt ſubiectum quò ad materiam; quoniam de materia ipſius demōſtrationis ibi pertractatur.

¶ Sed contra dicta ad ſunt pulchræ dubitationes, & prima probat, quòd liber priorum, & poſt. non eſt vnus liber, & probatur ſic: dicit enim Ariſt. 1. poſt. 179. quod ſcientia dicitur vna ab vnitate ſubiecti, & ſcientiæ dicuntur plures à pluralitate ſubiectorū, ideſt, tunc ſcientia eſt vna, quando habet vnum ſubiectum, & tunc plures quando habent plura ſubiecta à pari: tunc liber dicitur vnus, quādo habet vnum ſubiectum; & dicuntur plures, quando habent plura ſubiecta: ſed liber priorum, & poſt. habent plura ſubiecta: ergo ſunt plures libri: ergo non vnus liber, minor eſt vera, quoniā in libro priorum ſubiectum eſt ſyllogiſmus; & in lib. poſt. præmiſſæ conditionatæ. ¶ Dicas, quòd ſubiectum eſt duplex; Aliud totale, Aliud partiale: tunc dicimus, quòd quando dicit Ariſt. quòd ab vnitate *Dub.* | *Sol.*

Digitized by Google

tate ſubiecti ſumitur vnitas ſcientiæ, & libri intelligitur ab vnitate ſubiecti totalis, & à pluralitate ſubiectorum totalium, nõ autem ab vnitate, & pluralitate ſubiectorum partialium modo licet liber priorum, & poſter. habeant plura ſubiecta tamen non ſequitur, ꝙ ſunt plures libri: quoniam illa ſunt ſubiecta partialia non autem ſubiecta totalia, quæ ſubiecta partialia non faciunt plures libros ſicuti in libello Porphyrij quinque voces ſunt ſubiecta partialia, & in libro prædicamentorum decem genera ſunt ſubiecta partialia: tamen nõ ſunt nec quinque, nec decem libri.

Replica ¶ Dices contra, ſubiectum totale nõ eſt partiale, ſed ſyllogiſmus eſt ſubiectum totale, ergo non partiale: & probatur, id eſt ſubiectũ totale 1. poſt. 179. de quo indagantur partes, principia, & paſſiones: ſed de ſyllogiſmo in libro priorum indagantur partes: vt ſunt propoſitiones, paſſiones, vt qualis eſt perfectus, & imperfectus, principia, vt dictum de omni & de nullo, vt patet in cap. 1. ergo ſyllogiſmus eſt ſubiectum totale, & non partiale, & per conſequens liber priorum, & poſter. ſunt plures libri totales, non partiales.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ eſt ſubiectum totale inquãtum de ipſo ſyllogiſmo inueſtigantur hæc, ſed dicitur ſubiectum partiale, & pars reſpectu demõſtrationis; quod non inconuenit, idem dici totum, & partem reſpectu tamen diuerſorum dat exemplum Porphyrius de ſpetie, quæ reſpectu generis dicitur pars, & reſpectu indiuidui dicitur totum.

Dub. ¶ Amplius dubitatur in libro priorum tractatur de ſyllogiſmo, qui eſt forma communis ad demõſtrationem ad ſyllogiſmum topicum, & elenchum: ergo deberet eſſe vnus non ſolum cum libro poſt. ſed cum lib. top. & elench.

Sol. ¶ Dicas quòd, licet ſyllogiſmus ſit forma communis omnibus his, & quoniã primo, & per ſe eſt forma demonſtrationis, ideo potius vnitur cum lib. poſt. & nõ cum alio quod aſſerit Auer. in prologo cum dicit quòd liber poſt. primò intenditur à cõmuniori parte, ideſt à libro priorum, reliqui vero ſecundò intẽduntur, & ideo dum Ariſt. initiatus eſt librum priorum, declarauit intentum ipſius, ex illo eſſe hunc librum, & inſtituit ſcrutinium ſyllogiſmi ob ſcrutinium demonſtrationis, quod etiam Auer. 1. priorum cap. 1. confirmans dixit ſyllogiſmum quærimus quoniam demonſtrationem quærimus ecce clarè patet quòd liber priorum eſt propter librum, poſt. ergo debet vniri cũ illo, & non cum alio.

Dub. ¶ Amplius dices quod ſyllogiſmus nõ poteſt eſſe forma communis ad plures ſyllogiſmos, quoniam omnis forma reperitur in propria materia 8. phy. 46. à qua nunquam ſpoliatur: ſed ſyllogiſmus eſt forma demonſtrationis (vt dictũ) ergo nunquam ſpoliatur à demõſtratione ſed eſt propria demonſtrationi, & non alijs.

Sol. ¶ Dicas ꝙ forma naturalis ſemper reperitur in vna propria materia, vt forma humana in ſemine hominis, ſed forma artificialis veluti eſt ſyllogiſmus reperiẽ in pluribus materijs, vt imago Cæſaris in auro, argento, & ære: ſimiliter forma ſyllogiſtica reperitur in pluribus materijs, vt in materia demonſtratiua, topica, & elencha, primò tamen in demonſtratiua, ſecundariò in alijs.

Dub. ¶ Dices, quarè primò cõpetit materiæ damonſtratiuæ, deinde alijs?

Sol. ¶ Dicas, quoniam demonſtratio eſt melior alijs quoniam facit ſcientiam 1. poſt. 8. topicus facit opinionẽ 1. top. elenchus deceptionem 1. elench. 1. verùm quia ſcientia eſt nobilior opinione, & deceptione: Ideò demonſtratio eſt noailior topico ſyllogiſmo, & elencho.

Dub. ¶ Iterum dices 2. phyſ. 31. forma præmiſſarum, ſeu materiæ eſt concluſio, ergo forma non eſt ſyllogiſmus.

Sol. ¶ Dicas quòd, forma eſt duplex, vna, quæ dicitur ordo diſpoſitio terminorum, & hæc eſt ſyllogiſmus: alia eſt forma, quæ eſt vt finis, & hæc eſt concluſio.

Replica ¶ Sed contra, genus eſt materia in cap. de differentia. Porphyrius, ſyllogiſmus eſt genus 1. poſt. 8. ergo ſyllogiſmus non eſt forma, nec vt ordo, nec vt finis.

Sol. ¶ Dicas quòd, genus verè eſt forma vniuerſalis 1. met. 17. 12. met. 14. 8. met. 6. & 7. met. 43. & 46. verùm ſi eſt materia, non niſi proportionabiliter, & metaphoricè, vt etiam & Porphyrio, & Alexandro placet in 2. libro naturalium quæſtionũ cap. vltimo. Dubitatis ergo his, & ſolutis oportet modo ſoluere rationes Græcorum,

Sol. ad rõnes Græcorum. quarum prima fuit hæc, id eſt, ſubiectum in libro, quod proponitur in prologo illius libri: ſed tota demonſtratio proponitur in prologo libri priorum: ergo tota demonſtratio eſt ſubiectum. ¶ Dicas, quòd, quando Ariſt. prpoſuit totam demonſtrationem non propoſuit ipſam, vt ſubiectum totale, in libro poſt. ſolum, ſed vt eſt ſubiectum totale tàm in libro priorum, quàm in libro poſt. tamquàm in vno totali libro.

Replica ¶ Sed cõtra nam Ariſt. 1. priorũ cap. 1. propoſuit ſyllogiſmum, qui eſt ſubiectum in lib. priorum: quod confirmat in cap. 5. ergo quando propoſuit demonſtrationem ipſam propoſuit, vt eſt, ſubiectum in libro poſt. tantùm, & non in libro priorũ.

Sol. ¶ Dicas, quòd præpoſuit demonſtrationem, vt eſt ſubiectum totale in vtroque libro, quando verò propoſuit ſyllogiſmum propoſuit ipſum, vt eſt ſubiectum partiale in libro priorum tantùm.

Sol. ſecunda ratio. ¶ Ad ſecundam dicitur, Ariſtotelem definiſſe demonſtrationem in 1. poſt. ſupponendo tamen quòd vna pars demonſtrationis, quæ eſt forma, ſit declarata in libro priorum: & ſic non tota demonſtratio eſt ſubiectum in lib. poſt.

Alia ſol. ¶ Vel dicas, quòd tũc aliquod eſt ſubiectum in

Digitized by Google

in libro, qn̄ illud definitur definitione quid rei modo demonſtratio definitur definitione quid nominis, quod denotat illud verbum in tex. 8. quando ait (dico.) ¶ Ad tertiam dicit, quòd Epilogauit demonſtrationem, nō vt eſt ſubiectum in lib. poſt. tantum, ſed vt eſt ſubiectum tàm in lib. poſt. quàm in libro priorum.

Sol. tertia rō.

Replica ¶ Sed contra: nam Ariſt. epilogauit ſyllogiſmum, & demonſtrationem: ſyllogiſmū, vt eſt ſubiectum in lib. prior. & demonſtrationem in lib. poſt. *Sol.* ¶ Dicas, q̄ epilogauit ſyllogiſmū vt eſt ſubiectū partiale, & demonſtrationem, vt eſt ſubiectum totale in vtroq; libro. *Sol. 4. ratio.* ¶ Ad quartam dicas, quòd in primo prior. cap. 5. præpoſuit ſyllogiſmum, vt eſt ſubiectum partiale in lib. prior. tantùm, & demonſtrationē, vt eſt ſubiectum totale in vtroq; libro. *Dub.* ¶ Dices, fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora 1. phy. 50. & 3. de par. an. cap. 4. ſed Ariſt. præpoſuit, & Epilogauit demonſtrationem, tanquā ſubiectum totale, ergo non oportebat præponere, nec epilogare ſyllogiſmum, qui eſt ſubiectum partiale: quoniā qui nominat totum, nominat etiam partes: cum totū nil aliud ſit, niſi ſuæ partes 1. phy. 17. debebat ergo ſolum præponere, & epilogare demonſtrationem, & non ſyllogiſmum. ¶ Soluitur, quòd Ariſt. præpoſuit, & Epilogauit demonſtrationem, & ſyllogiſmū, qui eſt pars demonſtrationis diſtinctè loquendo, non autē confusè. *Sol. 5. ratio.* ¶ Soluitur quinta ratio, dicēs ſic, quòd liber poſt. inſcribitur de demonſtratione, nō inquantum eſt vnus liber partialis, ſed vt eſt vnus liber totalis. cum lib. prior. in quo tota demonſtratio eſt ſubiectū. ¶ Vel dicas, quòd liber poſt. intitulatur de demōſtratione, quò ad materiam ſolum, non quò ad materiam, & formā. *Sol. 6. ratio.* ¶ Ad ſextam Dicas, quòd in lib. poſt. cōſideratur de ſpecie, ideſt, de demonſtratione, tamen non ſecundum totum: ſed ſecundū partem materialem: tantū ipſius demonſtrationis, & ſic ibi cōſideratur de demonſtratione ſecundum nomen non ſecundū omnes partes. *Sol. 7. ratio.* ¶ Ad ſeptimā dicas, quòd falſum eſt dicere quòd Ariſt. in 1. poſt. 103. tractat de forma demonſtrationis: quoniam tractare de aliqua re, nihil aliud eſt, niſi docere conditiones, & proprietates illius rei, quod non facit Ariſt. in loco ſupradicto de forma demōſtrationis: ſed facit hoc in lib. prior. ſed in tex. allegato facit electionem figurarum: aliquis. n. poſſet quærere, quæ trium figurarū eſt ſcientialior, prima vel ſecunda, vel tertia? Reſpōdet ipſe, & dicit, quòd figurarum ſciētialior eſt prima, & ſic aliud eſt tractare de aliqua re & aliud eſt facere electionem. *Sol. 8. ratio.* ¶ Ad octauā dicitur, verum eſſe totam demonſtrationem eſſe ſubiectum in lib. poſt. inducendo librum priorum, non in lib. poſt. ſolum. *Soluitur omnes auctoritates Au.* ¶ Ad omnes auctoritates Au. ductas in gratiam Græcorū eſt dicendū, q̄ demonſtratio ſumit biſariam, vno modo, vt eſt, aggregata ex forma, & materia: alio modo quo ad materiā tantùm, tunc dicitur, quòd qn̄ dicit Au. quòd in 1. poſt. conſideratur de demōſtratione intelligit quoad materiam tm̄, non de demonſtratione, vt eſt aggregata ex materia & forma: qď declarat clariſſimè Au. in prologo 1. poſt. qn̄ dicit ſic. Dicimus itaq; libri intentionem eſſe ſcrutari demōſtrationes, & definitiones: demōſtrationes quidē tractat, quò ad res quæ procedunt vice materiæ ipſarum quæ vt ſummatim dicam ſunt præmiſſæ veræ. ex quibus oībus latè patet, q̄ ſubiectum totale in lib. prior. & poſt. tanquā in vno libro totali tota demōſtratio; analogice tñ ſumpta eſt ſubiectū totale: ſyllogiſmus verò eſt ſubiectū partiale in lib. prior. & præmiſſæ conditionatæ ſunt ſubiectū partiale, in 1. lib. poſt. ſi verò demōſtratio eſt ſubiectum in lib. prior. poteſt dici, q̄ eſt ſubiectū ſecūdum formam: vel eſt ſubiectum virtuale, ſimiliter demōſtratio eſt ſubiectum in 1. poſt. ſecundum materiā. *Dubitatio contra determinata q̄ demonſtratio non pōt eſſe ſubiectū.* ¶ Sed contra determinata non deſunt pulchræ dubitationes probantes, demonſtrationē non poſſe eſſe ſubiectū totale in lib. prior. & poſt. & prima eſt talis: nullū corruptibile poteſt eſſe ſubiectum in ſcientia: qm̄ ſcientia 6. ethic. c. 4. eſt æternorum, & 1. poſt. 62. necnon 7. met. 53. & 35. ſed demōſtratio eſt corruptibilis, qm̄ demonſtratio eſt definitio in potentia 1. poſt. 11. quę definitio, vt fiat in actu, oportet, quòd corrūpatur demonſtratio, vt docet Au. in 8. quæſ. poſt. & in cap. de def. ergo demonſtratio nequit eſſe ſubiectū. *Sol.* ¶ Dicas, quòd demonſtratio eſt corruptibilis ſecundum formā, non ſecundum materiā. *Replica* ¶ Sed contra, ſi demonſtratio eſt corruptibilis. ſecundum formam: ergo eſt corruptibilis ſecundū materiam qm̄ 2. de anima 8. ait Au. quòd corruptis formis corrūpuntur materiæ. *Sol.* ¶ Dicas, quòd locus Auer. valet in formis naturalibus, nō in artificialibus. *Replica* ¶ Dices contra nam 2. phy. 22. 79. & 4. met. 27. ars imitatur naturam ergo ſi qn̄ corrumpuntur formæ naturales, corrumpuntur etiam materiæ. à pari qn̄ corrumpunt formę artificiales corrumpitur etiā materiæ; ergo demonſtratio corrumpitur ſecundum formā, & ſm̄ materiam. *Replica* ¶ Dicitur, quòd illa regula eſt vera, vt plurimum, non ſemper: ars. n. imitatur naturam, vt plurimum, & inquantū poteſt. *Dub.* ¶ Præterea materia demonſtrationis eſt vniuerſalis qm̄ demonſtratio fit ex vniuerſalibus 1. poſt. 62. ſed vniuerſale eſt corruptibile 1. met. 27. ergo materia demonſtrationis eſt corruptibilis. *Sol.* ¶ Reſpondet Auer. 1. met. 27. quòd, vniuerſale eſt corruptibile per accidens, & nō per ſe. *Replica* ¶ Contra 1. phy. 64. totum per ſe corrumpit, ſed vniuerſale eſt totum 1. phy. 4. ergo vniuerſale per ſe corrūpit. *Sol.* ¶ Dicitur

citur quòd illud totũ corrumpitur, quod eſt
verè totum, vt ſortes, vniuerſale nõ eſt verè
totum, ſed ſecundum ſimilitudinem, & meta-
Replica phoricè totum. ¶ Cõtrà id dicitur verè totũ
quod habet partes 5. met. cap. de toto: ſed vni
uerſale habet partes 1. phy. 4. ergo vniuerſa-
Sol. le dicitur verè totũ. ¶ Dicitur, quòd ſicut eſt
totũ ſic habet partes, verè totum habet ve-
ras partes, vt eſt totum exiſtens extra mentẽ
vt ſortes: ſed totum metaphoricè habet par-
tes metaphoricè, & ſecundũ ſimilitudinem,
veluti eſt ipsũ vniuerſale, quod eſt in mente,
modò licet vniuerſale habeat partes, non ha
bet partes veras: quoniam nõ eſt totum verè
dictum, ſed habet partes ſecundum ſimilitu-
dinẽ, vt primo poſt. in prologo aſſerit Auer.
Alia ſo. ¶ Vel dicas, quòd vniuerſale, ex quo fit de-
monſtratio, non eſt vniuerſale cõmune, quod
dicitur totum, ſed eſt vniuerſale proprium,
quod eſt propria cauſa, vt primo poſt. 36. do-
Dub. cet Ariſt. ¶ Iterum dices: materia eſt forma:
ergo ſi demonſtratio corrumpitur ſecundum
formam, corrumpitur ẽt ſecuudum materiã:
antecedens probatur: id. n. dicit formã à quo
ſumitur differẽtia 7. met. 35. ſed ſyllogiſmus
demõſtratiuus differt à topico, & elẽcho per
præmiſſas, tanquàm per materiam: ergo ma-
Sol. teria eſt forma. ¶ Dicas, quòd eſt forma, à
quo ſumitur differentia: valet in ſubſtantijs,
non autem in accidẽtibus, quoniam in acci-
dentibus differẽtia ſumitur à materia 3. phy.
3. & 1. poſt. 31. cũ ergo demonſtratio ſit ac-
cidens, quoniã eſt quid factum ab intellectu:
meritò differt à ſyllogiſmo topico, & elẽcho
per materiam, & non per formam. omnes. n.
ſyllogiſmi conueniunt in forma, 1. poſt. 85.
Dub. differunt verò in materia. ¶ Præterea 4. phy.
49. materia, & forma ſunt idem: ergo ſi de-
monſtratio eſt corruptibilis ſecundum for-
mã corrumpitur etiam ſecundum materiam.
Sol. ¶ Dicitur, quòd ſi materia & forma ſunt idẽ,
non ſunt idẽ ratione, ſed ſunt idem ſubiecto.
Dub. ¶ Amplius materia, & forma ſunt relatiua 2.
phy. 26. quorum priuilegium eſt, quòd remo-
to vno remouetur & reliquũ, in prædicamen-
tis cap. de relatiuis ergo ſi demõſtratio cor-
rumpitur ſecũdum formam, iuſtum eſt, vt ſit
Sol. corruptibilis ſecũdum materiam. ¶ Dicitur
quòd corrupta forma, corrumpitur materia:
valet in naturalibus: hæc ſunt relatiua, quo-
rum deſtructo vno, deſtruitur & reliquum: tñ
non valet in artificialibus: quoniam deſtruit
forma domus, & remanent lapides, qui ſunt
Dub. materia domus. ¶ Sed contra nã dicit Ariſt.
2. phy. 22. & 4. mete. 27. ars imitatur natu-
ram ergo ſi corrupta forma, corrumpitur ma
teria, valet in naturalibus: valet etiam in ar-
Sol. tificialibus. ¶ Dicas, ꝙ regula eſt vera, vt plu
rimum: quoniam ars imitatur naturã in plu-
ribus, non in omnibus, & inquantum poteſt.

¶ Vel dicit ꝙ materia & forma ſunt relatiua *Alia ſo.*
ſecundũ dici non ſecundũ eſſe. ¶ Amplius nul *Dub.*
lum æquiuocum põt eſſe ſubiectum 4. met. 2.
ait Auer. de æquiuoco ars nõ conſiderat: ſed
demõſtratio in 8. queſ. poſt. eſt æquiuoca ergo
demonſtratio nequit eſſe ſubiectum. ¶ Dicit *Sol.*
quòd nullũ æquiuocum purum põt eſſe ſubie-
ctũ, modo demoſtratio eſt æquiuoca analoga
& ſic poteſt eſſe ſubiectum teſte Ariſt. 1. poſt.
179. vbi inquit ſciẽtia eſt vnius generis vniuo
ci, vel analogi, ſed non æquiuoci. ¶ Amplius *Dub.*
nullum corruptibile poteſt eſſe ſubiectum: de
corruptibilibus enim non habetur ſcientia 1.
poſt. 62. & 6. met. 1. nec non 7. met. 53. ſed de-
monſtratio eſt corruptibilis: ergo demõſtra-
tio nequit eſſe ſubiectũ minor probatur, om-
ne compoſitum ex materia, & forma 1. phy.
69. & 79. eſt corruptibile, ſed demõſtratio eſt
compoſita ex materia & forma 1. poſt. in pro
logo ergo demonſtratio eſt corruptibilis.
¶ Dicitur quòd compoſitum ex vera materia *Sol.*
& vera forma eſt corruptibile modo demon-
ſtratio eſt compoſita ex præmiſſis, quæ gerũt
vicem materiæ, non ſunt vera materia, & ex
ratiocinatione quæ eſt ſyllogiſmus, qui ge-
rit vicem formæ, veluti Auer. in prologo 1.
poſt. ¶ Sed contra, vbi eſt contrarietas, ibi *Replica*
adeſt vera materia 1. cæli 20. & in libro de lõ
gitudine, & breuitate vitæ cap. 1. ſed in demõ
ſtratione adeſt cõtrarietas ergo in demõſtra
tione eſt vera materia, & per conſequens eſt
corruptibilis minor eſt Au. in queſ. 4. poſt vbi
inquit, quòd demonſtratio conſtat ex contra
rijs. ¶ Dicitur, verùm eſt Notandum, quòd *Sol.*
prædicata ſunt bifariam, quædam per ſe pri-
ma, quædam verò per accidens, illa quæ ſunt
per ſe ſunt cõtraria, id eſt, diuerſa ab illis, quæ
ſunt per accidens, quo ſtante, quando dicit
Auer. quòd demonſtratio conſtat ex contra-
rijs, intelligit ſic, id eſt, ex prædicatis per ſe,
quæ ſunt contraria, id eſt, diuerſa ab illis, quæ
ſunt per accidens. Vnde illa contrarietas nõ
arguit corruptionẽ, ſed diuerſitatem. ¶ Am- *Dub.*
plius: id, quod habet contrarium eſt corru-
ptibile 1. cæli 20. ſed demonſtratio habet cõ-
trarium: ergo eſt corruptibilis minor proba-
tur 1. cæli 23. contraria differunt ſpecie, vt,
albedo, & nigredo: ſed demonſtrationes ſim-
pliciter propter quid, & quia 1. poſt. 8. diffe-
runt ſpecie in 8. quæſito poſt. ergo ſunt adin-
uicem contrariæ. ¶ Dicitur, negando modũ *Sol.*
argumentandi, quoniam eſt in ſecunda figu-
ra ex ambabus affirmatiuis, in quã non valet
argumẽtari ex ambabus affirmatiuis, niſi in
terminis conuertibilibus 2. phy. 23. & 4. phy.
33. nec non 42. & 2. cæli 23. valet enim di-
cere contraria differunt ſpecie, vt calidũ, &
frigidum: ſed non quæ differunt ſpecie ſunt
contraria: ſed ſunt potius diſperata, ac adin-
uicem diuerſa, vt homo, & equus. ¶ Amplius *Dub.*
omne

Digitized by Google

omne ſubiectum debet eſſe notũ in ſcientia, & non ignotum 1.poſt.2.75.& 76.ſed demõſtratio non eſt nota; ergo demonſtratio non poteſt eſſe ſubiectũ.minor probatur:id,quod quæritur eſt ignotum 2. poſt.1. ſed demũſtratio quęritur 1.priorum cap.1.teſte Auer.ſyllogiſmum quærimus: quoniam demonſtrationem quærimus:ergo demõſtratio eſt ignota.

Sol. ¶ Dicitur, quòd quando dicit Auer. demonſtrationem quærimus: intelligitur, pro conſideramus.

Alia ſo. ¶ Vel dicas, quòd demonſtratio eſt nota, ſi eſt, ſed eſt ignota: quia eſt, quod non inconuenit, ideſt,non quæritur, ſi eſt demonſtratio: ſed quæruntur conditiones, & attributa demonſtrationis.

Replica ¶ Sed contra demonſtratio non datur, non eſt, ergo non eſt nota ſi eſt, antecedens, probatur: ſi demonſtratio daretur, & eſſet,aliud quidem non eſſet,niſi ſyllogiſmus 1.poſt.8. ſed demonſtratio non eſt ſyllogiſmus: ergo demonſtratio non datur, nec eſt, & quòd non ſit ſyllogiſmus; probatur hoc modo: finis nõ prædicatur de eo,cuius eſt finis,vt exemplo patet: nõ enim dicimus; ſerra eſt ſecare,nec demõſtratio eſt ſcire; ſed ſyllogiſmus eſt finis demonſtrationis 1. de anima 48. Ariſt. ergo demõſtratio non eſt ſyllogiſmus: ergo non datur, nec eſt, & non eſt nota, ſi eſt.

Sol. ¶ Dicas quòd, quando dicit Ariſt.ſyllogiſmũ eſſe finem demonſtrationis, non accipit ſyllogiſmum,pro vt ſyllogiſmus,eſt, ſed accipit ipſum,pro cõcluſione. Vnde quando dicit; ſyllogiſmus eſt finis,ideſt,concluſio eſt finis demõſtrationis, vt ſe ipſum exponit.

Dub. ¶ Amplius nullum infinitum poteſt eſſe ſubiectum; quoniã eſt ignotum 1.phy.35. ſed demonſtratio eſt infinita, ergo nequit eſſe ſubiectum. minor probatur: id, quod conſtat ex infinitis, eſt infinitum 1. phy. 35. ſed demonſtratio conſtat ex principijs infinitis ergo eſt infinita: minor probatur: qm̃ principia demonſtrationis oportet, quòd ſint ſcita 1.poſt.15.16.17. & ſi ſunt ſcita, debent ſciri per alia principia, & illa per alia: & ſic abibit in infinitum.

Sol. ¶ Dicitur, quòd principia ſciuntur, tamen non per alia principia, ſed ſciuntur ſcientia per ſe 1.poſt. 21.Ariſt. & in com. 10. Auer.

Replica ¶ Sed contra ait Ariſt. 1. poſt. 95. 96. quòd principia demõſtrationis ſciuntur per alia principia demonſtrationis,non ſcientia per ſe.

Sol. ¶ Dicitur quòd principia demonſtrationis quia, ſciuntur per principia demonſtrationis propter quid,& ẽ contra: non autẽ principia demonſtrationis ſimpliciter, hæc.n. ſciuntur per ſe, & fidem faciunt ex ſe ipſis 1.top.cap.1.Ariſt.

Replica ¶ Cõtra 1.poſt.10. Ariſt,loquitur de principijs demonſtrationis ſimpliciter,& tamen dicit ipſe, quòd ipſorum eſt demõſtratio in illis verbis, quando dicit, non ſciet nõ habens demõſtrationem ipſorum.

Sol. ¶ Dicas, quòd ille genitiuus ſecundum vocem debet legi in ablatiuo,ſic dicendo, vt ſe exponit in tex.21. non ſciet, non habens demonſtrationem ipſorũ, ideſt,ex ipſis principijs primis.

Dub. ¶ Amplius non datur demonſtratio ergo nõ poteſt eſſe ſubiectum antecedens probatur, ſupponendo vnum ex Ariſt. 1.poſt. 35. 153. quòd, demonſtratio ſit ex his, quæ ſunt prædicata per ſe in primo modo; quo præhabito arguatur ſic: prædicata per ſe primi modi non dãtur: ergo non datur demõſtratio: nam ſi darentur prædicata primi modi: vtiq; eſſent genera differentiæ, & definitiones 1. poſt. 30. & 7. met. 11. & in cap.de demõſtratione: ſed nullum iſtorum eſt prædicatum in primo modo:ergo non danť prædicata in primo modo: & probatur ſic:nullum accidens eſt prædicatum in primo modo: quoniam 1.poſt. 30. & 31. prædicata primi modi ſunt ſubſtãtiæ: ſed genus differentia,& definitio ſunt accidẽtia, ergo non ſunt prædicata in primo modo. minor probatur 1. poſt.33. ait Ariſt. quæcunq; de ſubiecto dicuntur accidentia ſunt, ſed genus 1. top. cap. de genere prædicatur de ſubiecto ſimiliter differentia, & definitio ergo ſunt accidentia: & per conſequens non ſunt prædicata primi modi.

Sol. ¶ Dicitur,quòd quãdo dicit Ariſt.quęcunq; de ſubiecto dicũtur, ſunt accidẽtia: intelligitur ſic,ideſt,exiſtunt per accidens, ſed non ſunt accidentia, vt diſtinguuntur contra ſubſtantiam. vnde relinquitur: quòd prædicata primi modi dantur, & ſunt ſubſtantiæ, & per cõſequens datur demonſtratio, & eſt ſubiectum.

Dub. ¶ Amplius, ſi daretur demõſtratio,vtiq; conſtaret ex veris 1.poſt.9.ſed non componitur ex veris, ſed ex falſis:quoniã dicit Auer. in æpit. log. cap. de def,quòd demonſtratio falſificat: ergo nõ datur demonſtratio.

Sol. ¶ Dicitur, quòd quãdo dicit Auer.quòd demonſtratio falſificat,non intelligitur,vt non dicit verum, ſed falſificat, ideſt, negat, & affirmat. datur enim duplex ſpecies demõſtrationis, alia affirmatiua,alia negatiua vt 1.poſt. 160.

Dub. ¶ Amplius: nullum infinitum poteſt eſſe ſubiectum: quoniam nõ eſt ſcibile 1. phy. 35.& 50. ſed demonſtratio eſt infinita: ergo, nequit eſſe ſubiectum: minor probatur: nam 2.de anima 49. à fine vnũ quodq; denominari iuſtum eſt, ſed finis demonſtrationis eſt infinitus, ergo demonſtratio infinita: minor probatur: nam finis demõſtrationis eſt notificare accidentia 6. met. 1. & 11. met. 1. ſed accidentia 4. met. 12. ſunt infinita, ergo demonſtratio eſt infinita, non ergo ſubiectum.

Sol. ¶ Dicitur, quòd accidentia communia ſunt infinita non autem accidentia eſſentialia, quæ notificat demonſtratio.

Replica ¶ Sed contra, nam accidẽtia eſſentialia ſunt propria, & propria ſunt cõmunia, vt riſibile eſt proprium homini, tamen eſt cõmune pluribus,

Digitized by Google

ribus, ſcilicet ſorti, Platoni, & ceteris: ergo ſi demonſtratio notificat accidētia propria, notificat accidentia communia.

Sol. ¶ Dicitur, quòd accidentia propria vni ſpeciei ſunt cōmunia non pluribus ſpeciebus, ſed pluribus indiuiduis: quod non incōuenit.

Dub. ¶ Amplius nihil & non ens, non poteſt eſſe ſubiectum: quoniam ſubiectum neceſſe eſt, vt præcognoſcatur ſi eſt 1. poſt. 2.76. ſed demonſtratio eſt nihil, & non ens: ergo nequit eſſe ſubiectum: minor probatur: id quod ſit ex nihilo, eſt nihil: ſed demonſtratio fit ex nihilo ergo eſt nihil. minor probatur: nā demonſtratio 1. poſt. 62. 63. & in cap. de demon. fit ex vniuerſalibus: ſed 1. de anima 8. & 1. poſt. 162. vniuerſale eſt nihil. ergo demonſtratio eſt nihil.

Sol. ¶ Dicitur quòd, vniuerſale eſt nihil, ante ſingularia: ſed eſt aliquid, poſt ſingularia.

Alia ſo. ¶ Vel vniuerſale eſt nihil in actu extra animam: ſed eſt aliquid in anima, quod verificatur in rebus exiſtentibus extra animam vt 7. met. 57. & 1. poſt. 134.

Dub. ¶ Amplius id cuius finis eſt nihil ſimpliciter, id etiam eſt ſimpliciter nihil: Si vera eſt regula 2. de anima 49. à fine res denominatur: ſed finis demonſtrationis eſt facere, ſcire nihil ſimpliciter. ergo demōſtratio eſt nihil ſimpliciter. minor probatur: quoniam finis eius eſt notificare nihil ſimpliciter, ideſt, non notificat ſubſtantiam, quæ 7. met. 4. eſt ens ſimpliciter, ſed notificat accidens 6. met. 1. & 11. met. 1. & 1. poſt. 57. & 52. quod accidens eſt nihil ſimpliciter, ideſt, non eſt ſubſtantia.

Sol. ¶ Reſpondet Auer. 1. de gen. & cor. 11. & dicit, quòd nihil ſimpliciter intelligitur duobus modis, vno modo, nihil ſimpliciter, quod non eſt nec ſubſtantia, nec accidens. Alio modo quod, non eſt ſubſtantia ſolū: ſed eſt accidens, quo ſtante, dicitur, quòd demonſtratio non facit ſcire nihil ſimpliciter, ideſt, quod non eſt nec ſubſtantia, nec accidens, quoniam tunc faceret ſcire nihil: ſed non facit ſcire nihil ſimpliciter ideſt, non facit ſcire ſubſtantiam: ſed notificat accidētia, quæ ſunt entia, & aliquid ſecundum quid.

Dub. ¶ Amplius, demonſtratio non datur, ergo nequit eſſe ſubiectum. antecedens probatur: nam ſi demonſtratio daretur, ne eſſet fruſtratoria haberet aliquem finem, vel enim notificaret ſubſtantiā, vel accidens; ſed nullum iſtorum: non enim notificat ſubſtantiam 6. met. 1. & 2. poſt. per totū, non notificat accidens: quoniam ipſa notificat ignotum, accidens eſt notum, & ſenſatum 1. phy. 2. & 3. ergo demonſtratio nō datur, non ergo ſubiectum.

Sol. ¶ Dicitur quòd, demonſtratio non notificat accidentia, ſed inhærentiam accidentium de ſubiectis, quod innuit Auer. 1. poſt. 73. cum dixit, Demonſtratio oſtendit prædicatum in eſſe ſubiecto.

Dub. ¶ Amplius nullum inutile, & fruſtratorium poteſt eſſe ſubiectum: ſed demonſtratio ſic, ergo nō eſt ſubiectum. minor probatur, quod non habet finem, & operationem fruſtatoriū eſt, & æquiuocum 2. de anima 8. & 4. meteororum cap. vlt. & 1. de partibus animalium cap. 1. ſed demonſtratio caret fine, & operatione: ergo fruſtratoria minor probatur: nā ſi demonſtratio haberet finem, vtiq; notificaret naturaliter ignotum 2. poſt. 1. ſed nihil eſt naturaliter ignotum 2. phy. 47. & 1. de gen. & cor. 19. clarius tamen 2. poſt. 183. ergo demonſtratio caret fine fruſtratoria, & nequit eſſe ſubiectū.

Sol. ¶ Dicitur ex Auer. 1. poſt. 183. quòd nihil eſt naturaliter ignotum ratione ſui, ſed eſt ignotum ratione noſtri: & ad hoc, vt id fiat nobis notū, ars inſtituit inſtrumentum, quod demonſtratio appellatur, & ſic demonſtratio habet finem, & non eſt fruſtratoria.

Dub. ¶ Sed dices, quare nō nullæ res ſunt nobis ignotæ.

Sol. ¶ Reſpondet Auer. 1. poſt. 138. & dicit quòd cauſſa maioris partis illorū, quæ ſunt apud nos naturaliter ignota, eſt quia impoſſibile eſt, quòd ea ſentiamus, quia non ſunt ſenſata, aut quia ſunt de genere ſenſatorum: ſed nō ſit noſtræ naturæ illa ſentire, aut quia caremus ſua ſenſatione, ob ſenſus carētiam: aut quia nō occurrit nobis videre illa, & non eſt aliquid ſua natura apud nos ignotum.

Dub. ¶ Amplius, demonſtratio eſt ſyllogiſmus inutilis: ergo nequit eſſe ſubiectum, antecedens probatur: ille eſt ſyllogiſmus inutilis, qui modo veritatem, & modo falſitatem dicit, vt in primo priorum cap. de prima figura: ſed demonſtratio ſic, ergo, minor probatur 2. phy. 30. & 1. phy. 68. eadem eſt cauſſa contrariorum: ſed medium in demonſtratione eſt cauſſa 1. poſt. 11. & 2. poſt. 5. ergo eſt cauſſa contrariorum. medium enim eſt cauſſa veritatis in demonſtratione: ergo eſt cauſſa falſitatis: quoniā ſunt duo contraria, medium eſt cauſſa ſcientiæ in demonſtratione: ergo eſt cauſſa ignorantiæ, Vnde ſequitur, quòd ſi demonſtratio modo ait, & modo negat, modo dicit ſcientiam & ignorātiam, verum & falſum, ergo eſt ſyllogiſmus inutilis.

Sol. ¶ Dicitur quòd cauſſa, quæ eſt mutabilis, & variabilis, eſt cauſſa contrariorū: modo medium in demonſtratione eſt cauſſa permanēs æterna, immutabilis, quæ adeò eſt cauſſa veritatis, & ſcientiæ, quæ nunquam eſt cauſſa falſitatis, & ignorantiæ.

Dub. ¶ Amplius, Dubitatur, quod præmiſſæ veræ non poſſunt eſſe ſubiectum in 1. poſt. ſic præmiſſæ falſæ non ſunt ſubiectum in 1. poſt. teſte Auer. in prologo: ſed præmiſſæ veræ ſunt falſæ: ergo præmiſſæ veræ nequeunt eſſe ſubiectū. minor probatur, ſupponendo vnum, quòd verum, & falſum ſunt duo cōtraria 1. perihermenias cap. 5. hoc ſtante, idem eſt ſubiectum contrariorum 5. phy. 14. & 1. cæli 38. ſed in hac propoſitione,

ſitione, dicendo, præmiſſæ ſunt veræ: ly præmiſſæ ſunt ſubiectum vnius contrarij, ſcilicet veritatis: ergo ſunt ſubiectum alterius contrarij, ſcilicet falſitatis. Vnde verum eſt dicere, præmiſſæ ſunt veræ, & falſæ: ergo ſi ſunt falſæ, nequeunt eſſe ſubiectum in primo poſt.

Sol. ¶ Dicitur quòd, idem eſt ſubiectum contrariorum ſeparabilium, modo licet veritas ſit contraria falſitati: tamen veritas in præmiſſis demonſtratiuis eſt contrarium inſeparabile, veluti calidum ignis, ſemper eſt cum igne, qui nunquam eſt frigidus; ſic præmiſſæ demonſtratiuæ ſemper ſunt veræ, & ſubiectum veritatis, quæ nunquam ſunt falſæ, & ſubiectum falſitatis: & ſic ſunt ſubiectum in primo poſter.

DE VTILITATE.

NON immeritò poſt ſubiectum, de vtilitate, quam affert poſterioriſtica facultas, verba facere operæpretium duximus: hic enim eſt mos Ariſt. in omnibus ſuis libris, primò ſubiectum, deinde vtilitatem, præponere: vt videre eſt 1. priorum cap. 1. & 1. de anima 2. vtilitas ergo, quæ ex hac facultate portãt omnes, qui ipſam profitentur, hæc eſt, vt dicit Auer. in prologo. iuuamen ergo eius eſt primarium iuuamen inter iuuamina, quę cõfert ſcientia logicæ; & eſt inſtituere veritatẽ omnium entium, ideſt, ſubſtantiarum, & accidentium, & in quæſito 4. poſt. ait artis Logices finem cõditiones attributa inditia præmiſſarum demonſtrationis inſtituere, quibus habitis illa nobis reſultat ſcientia, quę ipſum felicitat hominem, ac in 3. quæſito poſt. felicitatem humanam nullatenus poſſe cõparari: niſi talibus demonſtrationibus clarior extat ſententia Auer. in Epit. log. in fine, vbi aſſerit, nec aliunde id fieri manifeſtum eſt, niſi quod ex his illa reſultat ſcientia, quæ atteſtatur operi naturæ, quæ certiſſima, perfectiſſimaq; exiſtit, teſte Auer. 1. poſt. 41. 56. & 2. poſt. 94. quarum demonſtrationum præmiſſarum inditia attributa ars logicæ habet inſtituere, vt etiam Auer. aſſeruit in Epit. log. cap. 1. clarius tamen in quæſ. 3. vbi ſic ait, canones, & regulæ traditæ in libro poſt. ſunt, ex quibus naſcitur prouentus veræ ſcientiæ, qua ſubſtantificamur, & hæc eſt illa ſcientia, cui non permiſcetur id, quod eſt per accidẽs cum ipſum accidens multum impediat veritatẽ, vt 1. poſt. 178. liquet & iſta talis ſcientia eſt, qua homo fit ſimilis excelſo, & diuino Deo ſecũdum quantitatem, qua eſt eius poſſe illius ſimilitudinem, cum omnia entia appetant aſſimilari Deo, vt 1. phy. 81. clarum eſt: quam felicitatem conſequi non poſſumus, niſi proprio inſtrumento, ſcilicet, potiſſima demonſtratione, cuius præſertim ars logices præmiſſarum inditia proprietates tradit, vt inſtrumenta ſciendi naturas rerum, quæ inſtrumenta demonſtratio, & definitio appellantur, quæ nullibi declarantur niſi in libro poſt. in primo enim de demonſtratione, & in 2. de definitione conſideratur meritò liber poſt. eſt ille, qui iuuat ad acquirendam hominis felicitatem, quantũ homini poteſt accidere, eſt etiam vtilis ad philoſophiam quoniam res naturales, oportet, quod ſciantur per cauſſas ſcientia per cauſſam, habetur per demonſtrationem propter quid, & quoniam cauſſæ ſunt ignotæ neceſſe eſt, vt ſciantur, & non niſi per effectus; qui proceſſus per effectus vocatur demonſtratio quia 1. phy. 2. 2. de anima 12. & in libro de plantis cap. 1. verũ, quia de regulis facientibus demonſtrationem propter quid, & quia, tractatur in libro poſt. ſequitur ergo, quanta ſit vtilitas ad philoſophiã, quæ prouenit ex hoc libro, hinc dicebat Ariſt. 1. top. cap. 9. ad tria enim eſt vtilis logica, ad exercitationes, ad colloquia, & ad eas, quæ ſecundum philoſophiam ſunt, diſciplinas, quod Auer. confirmans in Epit. log. cap. de qualitate faciendi demon. & in Epit. met. tractatu primo ait, quòd finis logices eſt auxiliari aliis artibus. Eſt etiam vtilis ad metaphiſicam, quoniam metaphiſicus ipſe volens perſcrutari rerum altiſſimarum naturas, & quidditates, alio medio non vtit, niſi via motus, quæ demonſtratio quia, appellatur, de qua non niſi in libro poſt. tex. 95. 96. & infra, ſimiliter etiam ad theologiã, & ad medicinam, quoniam ſi philoſophiæ eſt vtilis, cui dubium, quòd medicinæ etiam ſummoperè vtilis eſt? ibi enim medicus incipit, vbi philoſophus deſinit, vt in libro de ſenſu, & ſenſato cap. 1. morbi enim non cognoſcuntur niſi per cauſſas, & cauſſæ morborum non niſi per effectus, qui duo proceſſus propter quid, & quia demonſtrationes appellantur. Ex quo patet communis error omnium in hac tempeſtate, qui parum, & nihil logicæ, & libro præſertim poſt. inſudantes, ſtatim ad philoſophiam, & ad medicinam accedunt, ſi enim ſcire eſt per cauſſam, & ſolus liber poſt. tradit inſtrumenta ſciendi, per cauſſam, quomodo ſine libro poſter. aliquid ſcire poterunt? quomodo cum in philoſophia cauſſas rerum naturalium, & in medicina cauſſas morborum? hinc exclamat Auer. in 1. libro colliget cap. 1. vbi ſic ait, & ſcias, quòd aliquis non poterit ſtare ſuper finem huius libri, nec intelligere maiorem partem eius, niſi ille, qui legerit tantum in logica, quòd ipſe poſſit ad minus cognoſcere modos trium demonſtrationum, adhuc neceſſe eſt quòd ipſe ſit de illis, qui vel fuerint aliquid ſcire in radicibus naturalium ſcientiarum: & ſi

& ſi non erit de aliquibus iſtorum, nõ ſolum
erit priuatus à certitudine intentionis huius
libri, & ab vtilitate eius: ſed eueniet ei ab eo
magnum nocumentum, eo quòd cum abomi-
nabitur, & deſpiciet; & quando abominabi-
tur iſtum: ſcias quòd abominabitur verita-
tem huius ſcientiæ, ò Domine philoſophe, &
medice. qui accedis ad philoſophiam, & me-
dicinam ſine logica, quid tibi videtur de præ
cepto Auer. hinc ſcias quòd, peritior in lo-
gica, eſt aptior in philoſophia: cum logica
ſit ſpiritus philoſophiæ, Diuo Iamblico teſte,
& peritior in philoſophia eſt aptior in medi-
cina. non ne Antiqui tanta cum ignominia
1. phy. 71. & 74. vocati fuerunt ignorãtes ab
Ariſt. quoniam logicam ignorabant, neſcien
tes diſtinguere, quod eſt multiplex, & æqui-
uocum. ſed æquiuoco, & multiplici pro vni-
uoco, & ſimplici vtebantur: cum ergo ſtultũ
ſit, aliquid poſſe cognoſci ſcientia vera abſq;
libro poſt. conſulo ergo omnibus, qui ad phi-
loſophiam, medicinam, & quodlibet aliud
ſcientiarum genus ſunt aggreſſuri, vt primò
logicam optimè calleant, noctu, diuq; & præ-
cipuè poſterioriſticæ facultati vacent. eſt em̃
fons, principium, origo, & caput omnis no-
ſtræ cognitionis, ad quam vos hortor, exhor-
tor atq; impello. eſt enim, vt Auguſtinus ait,
Ars Artium, & ſcientia ſcientiarũ, quæ exu-
rientes paſcit, ſitientes reficit, mutos loqui
facit, linguam balbutientium ſurgit, animã-
què rationalem ad alias ſcientias diſponit.
quanta ergo ſit vtilitas, quæ ex hac faculta-
te logices ortum habet, illorum ſapientum
ſit Iuditium, qui in ſcientijs ſunt periti: hinc
ergo pro firmo, & rato omnibus relinquatur,
qui ad philoſophiam, ad medicinam, & ad
quodlibet ſcientiarum genus accedere intẽ-
dunt, ne aggredi ad illud audeant, niſi prius
per hãc facultatem tranſeant, tamquàm per
ianuam, quam nemo ignorare debet, quæ qui
dem cum fuerit eis lata, atq; aperta, & cum
fuerit eis abſcondita, omnes aliæ ſcientiæ
aperiuntur, & clauduntur, & hæc de vtilita-
te logicæ ſatis ſuperquè ſatis dicta ſint.

DE ORDINE.

NOBILE quidem, atque difficile
quæſitum de ordine libri poſt. an
ipſe vel liber top. immediatè ſe-
quatur poſt librum priorum, pro-
pter eius igitur difficultatem aliqua dicere
intendimus: eoq; magis, quoniam in natura
nihil eſt inordinatũ 8. phy. 15. 3. cæli 24. pa-
riter in arte fore arbitramur: ars. n. 2. phyſ.
22. nec non 4. meteororum 27. imitatur na-
turam, & quod magis eſt: quoniam ſcientia
ageneratur in nobis ex ordine rerum ſcibi-
lium, qui ordo eſt inter prius, & poſterius 5.
met. 16. & quoniam quæſitũ de ſe eſt difficile,
& propter varias opiniones maior augetur
difficultas: ideò ante veritatis determinatio-
nem, ſolitum ſeruabimus morem. Primò. n. *Ordo*
aliorum falſas recitabimus poſitiones. Se- *ſeruan-*
cundò veritatem dicemus. Tertiò eorum ra- *dus in*
tiones ſoluemus: & non immeritò: quoniam *quęſito.*
hæc eſt Ariſt. conſuetudo, vt noſtra exerceat
ingenia: quæ eſt vna vtilitas, quæ ex diale-
ctica ſumitur: vt patet primo top. cap. 2. pri-
mò afferre rationes probabiles: deinde demõ
ſtratiuas, vt etiam inquit Auer. 1. cæli 85. ex
vtraq; enim parte motis difficultatibus, hijſ-
què varijs modis diſputatis facilius veritas
conſpicitur. Quò igitur ad primum: Auicẽ-
na referẽte Auer. in prologo 1. poſt. ait, quòd
poſt librum priorum immediatè ſequitur li-
ber top. & non liber poſt. quam poſitionem
his rationibus defendit. ¶ Quarum prima *Prima*
eſt talis: pro cuius intelligentia Nota quòd *ratio.*
mos eſt Ariſt. quãdo vult examinare aliquod
quæſitũ difficile; primò recitat rationes ap-
parentes: deinde demonſtratiuas: veluti in
phy. cum de principijs rerum naturalium
diſputauit: ſimiliter in 2. phy. diſputans de
caſu, & fortuna, & in ceteris, quod etiam
Auer. confirmat 3. met. 1. & 4. phyſ. 3. quo
ſtante, arguit Auicenna ſic, & eſt ratio à ſi-
mili. ¶ Sicut ſe habent præmiſſæ topicæ ad *Prima*
præmiſſas demonſtratinas; ſic ſe habet liber *ratio*
de præmiſſis topicis, qui eſt liber top. ad li- *Auic.*
brum de præmiſſis demonſtratiuis, ideſt, ad
librum poſter. ſed præmiſſæ topicæ in aliquo
quæſito inquirendo præcedunt præmiſſas de-
monſtratiuas: ergo liber top. qui eſt de præ-
miſſis topicis præcedit librum poſt. qui con-
ſiderat de præmiſſis demonſtratiuis: ergo li-
ber top. præcedit librum poſter. ¶ Amplius *Secũda*
communia præcedunt minus communia, & *ratio.*
propria 1. phyſ. 4. 57. & 3. phyſ. 2. & 2. de
gen. & corr. 51. nec non 1. de par. an. 1. & 1.
priorum 5. ſed liber top. eſt communior libro
poſt. ergo liber topicorum præcedit librum
poſt. minor probatur 1. priorum cap. 1. & 1.
poſt 13. ait Ariſt. quòd propoſitio top. acci-
pit vtramq; partem contradictionis; propo-
ſitio demonſtratiua vnã tantum. ¶ Amplius *Tertia*
faciliora præcedũt difficiliora 5. met. primo *ratio.*
& in Epit. log. cap. de locis topicis: ſed re-
gulæ topicæ ſunt faciliores regulis demon-
ſtratiuis: quoniam regulæ topicæ ſunt famo-
ſæ, ac vulgatæ primo top. cap. 1. regulæ po-
ſterioriſticæ ſunt occultę, ac difficiles 1. poſt.
72. ergo regulæ topicæ præcedunt demõſtra
tiuas. ſed de topicis in libro top. & de demõ-
ſtratiuis in libro poſt. ergo liber top. præce-
dit librum poſt. ¶ Amplius Ariſt. 1. top. 1. *Quarta*
definiens doctrinam topicam, ait, proprium *ratio.*
atque maxime peculiare artis dialecticæ eſt
ad omnium methodorum principia, viam
habens

Digitized by Google

habens, tunc ſic ille liber debet præcedere, qui eſt via, & introductio ad omnes artes, & ſcientias: ſed liber top. eſt via, & introductio ad omnes artes, & ſcientias: ergo liber top. debet præcedere librũ poſt. ¶ Amplius: illa, quæ ſunt gratia alicuius, debent præcedere illud: ſed liber top. eſt gratia libri poſt. vt aſſerit Auer. in prologo cap. de proportione; ergo liber top. debet præcedere librum poſt. ¶ Amplius 1. phyſ. 4. notiora debent præcedere minus nota; ſed ſyllogiſmus top. eſt notior ſyllogiſmo demonſtratiuo, Auerroe teſte in 3. quęſito poſt, ergo ſyllogiſmus top. pręcedit ſyllogiſmum demonſtratiuum; ſed de ſyllogiſmo top. in libro top. de demonſtratiuo in libro poſt. ergo liber top. præcedit librum poſt. ¶ Præterea eſt alia ratio ſumpta ex conſuetudine Ariſt. ſolet enim Ariſt. rem perfectiorem, ad nobiliorem in vltima parte libri pertractare, vt inductione patet in 8. n. phy. de primo motore in libro de anima vltimo tractauit de intellectu in vlt. libro met. de prima intelligentia tanquam de re perfectiore, & nobiliore, qui ordo ab Ariſt. obſeruatus ſumiter ex 9. met. 15. vbi inquit quod in natura ſemper vltimo producuntur perfectiora: & quæ primò generantur, ſunt imperfectiora: ſimiliter in arte cum ſit æmula naturæ 2. phy. 22. quod perfectius, ac nobilius eſt vltimò debet conſiderari: cum igitur demonſtratio, & definitio ſint inſtrumenta perfectiſſima omnium, quæ in logica conſiderantur: ergo vltimo loco debent tractari: quare cum liber poſt. de his agat, meritò vltimo loco venit collocandus: & per conſequens liber top. qui tractat de re ignobiliore, debet præcedere librum poſt. ¶ Amplius: id, quod facit ad cognitionem alicuius, præcedit illud: ſed regulæ præmiſſarum top. cõferunt ad cognitionem præmiſſarum demonſtratiuarum: ergo præcedunt illas: ſed liber top. conſiderat de regulis præmiſſarum top. & liber poſt. de regulis præmiſſarum demonſtratiuarum, vt ait Auer. in prologo. ergo liber top. præcedit librũ poſt. maior eſt Ariſt. 1. phy. 2. ¶ Amplius adſunt auctoritates, & Prima eſt Ariſt. 1. priorum 1. nominãdo propoſitionem dialecticam, relegat de ipſa, ſe dixiſſe in libro top. ex quo loco non ſolum ſumitur, quòd liber top. præcedit librum poſt. ſed etiam præcedit librum priorum. ¶ Amplius: Auer. in Epit. de regulis, quibus ſiunt argumenta, inquit ſic, Et manifeſtum eſt ex his, quæ diximus, ꝙ intentio ſua, & ordo ſuus, & proportio ſua ꝙ legatur poſt cognitionem ſyllogiſmi, & ſpecierum eius, & ſuorum modorum, & ante librum demonſtrationis, & quid clarius in doctrina Auer. ꝙ liber top. præcedit librum poſt? iſtæ ſunt rationes, & auctoritates Auicennæ poſitionem tuẽtes. ¶ Rei tamen veritas hæc eſt, ſcilicet, quòd poſt librum priorum immediatè ſequitur liber poſt. & per conſequens liber poſter. præcedit librum top. quam veritatem decretauit Ariſt. 1. priorum cap. 1. dicens primũ „ circa quid, & cuius eſt intentio: quoniam circa demonſtrationem paulò inferius proponit ſyllgiſmũ, & non niſi propter demõſtrationẽ. Vnde prius de ſyllogiſmo in libro priorum: immediatè poſtea de demonſtratione in libro poſt. ¶ Amplius 1. priorum cap. 5. clariſſimè Ariſt. ordinat ſuos libros, vbi ait prius enim de ſyllogiſmo, ideſt, in libro priorum, poſterius autem de demonſtratione in libro poſt. ¶ Amplius 2. poſt. 100. epilogans ordinatè quæ dixit, ait ſic, de ſyllogiſmo igitur adde tu in libro priorum, ac de demonſtratione in lib. poſt. ¶ Amplius 1. top. cap. 1. oſtendens ordinem inter illos libros, primò definit ſyllogiſmum ſimpliciter, ſecundò demonſtrationem, tertiò ſyllogiſmum topicum, vltimò ſyllogiſmum elenchum. Vnde hoc ordine ſicut ſyllogiſmi diffiniuntur: ſic etiam libri ordinantur, primò liber priorũ, ſecundo liber poſt. deinde top. demum liber elenchorum. ¶ Amplius: quæſiti veritatem determinãs Ariſt. 1. elenchorum cap. 2. Epilogans ordinatè illa, quæ dixit in præcedentibus, ſic ait, de demonſtratiuis quidem in analyticis dictum eſt: de dialecticis verò, & tentatiuis in iiſ, quæ prius. de altercatorijs autem, & contentioſis nunc dicendum; ex quibus clarè patet poſt librum priorum immediatè ſequi librum poſt. deinde librum top. ¶ Quam veritatem confirmauit Auer. in „ prologo his verbis, dicens (verum tamen „ ordo ipſius intelligas libri poſt. eſt ſine vllo „ dubio poſt librum priorum.) ¶ Sed dices quælibet ſpecies immediatè ſequitur genus, ſed ſyllogiſmus in communi, de quo conſideratur in libro priorum eſt genus: & ſyllogiſmus topicus eſt ſpecies, de quo conſideratur in libro top. ergo poſt librum priorum immediatè ſequitur liber top. ¶ Soluitur q. ſpecies poſt ponitur generi dupliciter, vno modò mediatè alio modo immediatè: tunc dicitur quòd ſyllogiſmus top. qui eſt ſpecies ſequitur genus tamen mediatè: ſed demonſtratio, quæ etiam eſt ſpecies, & tractatur in libro poſt. ſequit immediatè vnde liber poſt. immediatè, & liber top. mediatè ſequitur librum priorũ. ¶ Contra genus æqualiter continet ſpecies, & non ſuſcipit magis, & minus Porphyrio teſte cap. de genere, & vniuocè de illis prædicatur: ſed ſyllogiſmus 1. poſt. 8. eſt genus ergo æqualiter prædicatur de ſpeciebus, & nõ prius de vna, deinde & mediatè de alia: nõ ergo liber priorum in quo tractatur de ſyllogiſmo, vt de genere prius, & immediatè debet amplecti librum poſt. & poſterius,

Quinta ratio. *Sexta ratio.* *Septima rõ.* *Octaua ratio.* *Confirmatio.* *Alia confirmatio.* *Quæſiti veritas.* *Prima ratio.* *Secũda ratio.* *Tertia ratio.* *Quarta ratio.* *Confirmatio Auer.* *Dub.* *Sol.* *Replica*

ſterius, & mediatè librum top. qui ambo tra-
Sol. ctant de ſpecie. ¶ Soluitur ꝙ genus vniuocũ
æqualiter continet ſpecies, & non prius vnã,
deinde aliam: ſed genus analogum continet
ſuas ſpecies analogicè, cum ordine quodam
prius enim continet vnam, quæ eſt nobilior,
deinde aliam, quæ eſt ignobilior: modo ſyl-
logiſmus eſt genus analogum: ideò prius cõ-
tinet demonſtrationem, deinde ſyllogiſmum
top. & alias ſpecies, ideò dicit Auer. in pro-
logo ſic, quia ipſe eſt, qui primò intenditur à
communiore parte: reliqui verò ſecundò in-
tenduntur, & paulo inferius ait, quouis au-
tem modo res ſe habeat; Expedit incipere
ab ea, quæ naturaliter eſt magis dilecta: quæ
quidem eſt naturaliter magis honoranda, co
Dub. gnitio, ſcilicet, demonſtrationis. ¶ Dices ſi
dictum eſt ſupra, & ratione probatum, quòd
liber priorum, & poſt. eſt vnus liber, quomo-
do liber priorum præcedit librum poſt. & li-
ber poſt. ſequitur librũ priorum? idem enim
eſſet prius ſe ipſo, & poſterius, ergo liber prio
rum non præcedit librum poſt. nec liber poſt.
Sol. ſequitur librum priorum. ¶ Soluitur ꝙ, liber
priorum, & poſt. vt eſt vnus liber totalis, nec
præcedit, nec ſequitur, tamen liber priorum
ſolus eſt, liber partialis, & liber poſt. etiam
eſt liber partialis: adeò ꝙ liber poſter. vt eſt
Dub. partialis liber ſequitur librum priorũ. ¶ Sed
dices, liber poſt. debet præcedere librum
priorum, & non è contra: ſicut enim in natu-
ra non aliter in arte, ars enim eſt aſſecla na-
turæ 2.phy.22. ſed in natura, vt patet in pri-
mo phy. materia præcedit formam: ſed in li-
bro poſt. tractatur de materia, vt dicit Auer.
in prologo, & in libro priorum de forma: er-
go liber poſt. præcedit librum priorũ, & non
Sol. è cõtra. ¶ Soluitur, ꝙ liber priorum non præ
cedit librum poſt. ratione, qua tractat de
forma, quoniam ratio cõcluderet. Sed ideò
præcedit, quoniam in eo tractatur de ſyllo-
giſmo, qui eſt genus, cui generi contingit, vt
ſit forma in libro poſt. de demonſtratione,
quæ eſt ſpecies; & quia in cap. de priori ge-
nus naturà eſt prius ſpecie, quæ ſpecies natu-
rà eſt poſterior genere: hac de cauſſa liber
priorum præcedit, & liber poſt. ſequitur.
Dub. ¶ Dices, materia, & forma faciunt vnum 1.
phyſ.65. liber priorum tractat de forma, &
liber top. de materia, ſ. de præmiſſis probabi-
libus, ergo liber priorum, & liber top. faciũt
vnum librum. Si faciunt vnum, ergo iſti libri
ſunt duo: ergo ſi liber priorum præcedit, er-
Sol. go liber top. debet ſequi. ¶ Soluitur, verùm
nota, ꝙ quælibet forma neceſſario vnitur cũ
ſua materia: Nota aliud quòd, quando plu-
res formæ vniuntur cum materia, & è contra
fit hoc mediante quodã ordine, ſcilicet prio-
ris, & poſterioris. Vnde forma nobilior ra-
tione nobilitatis, & magis, & prius cum ma-
teria coniungitur, quàm forma ignobilior,
& è contra materia nobilior prius, & magis
coniungitur cum forma, quàm materia igno
bilior. Nota aliud quòd, vnio eſt verior, &
perfectior, quando forma vnitur cum nobi-
liore materia. Vnde dicas quòd, quamuis li-
ber top. conſideret de materia, & liber prio-
rum de forma cũ enim illa materia non ſit no
bilior quàm materia demõſtrationis, meritò
non erit verior, & perfectior vnio libri prio-
rum cum libro top. ſicuti liber priorum cum
libro poſt. ex quibus ſequitur quòd priùs, &
magis liber priorum vnitur cum libro poſt.
quàm cum libro top. ¶ Quæres quo ordine *Dub.*
liber poſt. ſequitur librum priorum: eſt ſciẽ-
dum quòd duplex eſt ordo, quidam neceſſa-
rius, & quidam propter melius. Ordo neceſ-
ſarius eſt quãdo res illa primò addiſcitur ſi-
ne qua ſubſequentia addiſci non poſſunt, vt
Auer. ait 1. de anima 2. cum ait, liber de ani-
ma eſt neceſſarius ad librum de animalibus,
quia eſt tanquàm principiũ, ſine quo anima-
lia addiſci non poſſunt: ſimiliter primo phy.
principia ſunt prius conſideranda ordine ne-
ceſſario, quia principiata perfectè ſciri ſine
eis nõ poſſunt. Amplius Nota quòd, ordo ſe-
cundum melius eſt duplex, quidam ſecũdum
melius, id eſt, notius facilius: Quidã verò eſt
ſecundũ melius, id eſt, nobilius, & perfectius:
Ordo. n. ſecundum melius notius eſt, quando
faciliora præcedunt difficiliora, vt liber Por-
phyrij ſecundũ melius, notius præcedit alios
libros logices. Ordo verò ſecundum melius
nobilius eſt à nobiliore incipere: tamen ſcias
ꝙ, melius ſolum eſt, quòd nobilius præcedit
ignobilius: Sed non neceſſarium: viſus enim
ſecundum nobilitatem 2. de anima 77. præce
dit tactum: non ſecundum neceſſitatem, ſed
aliquando accidit idem eſſe prius, ſecundum
melius nobilius, & ſecũdum neceſſarium, ve-
luti 1. de anima 1. animæ cognitio præcedit
nobilitate, & in tex. 2. dicit Ariſt. & etiam ex
neceſſitate, qm̃ anima eſt quid nobiliſſimum
in ſcientia naturali, & eſt principium anima-
lium, & ideò quia eſt nobilior, præcedit ordi-
ne nobilitatis: quia eſt principium, præcedit
ordine ſecundum neceſſarium: ſimiliter ſub-
ſtantia præcedit omnia prædicamenta, ſecũ-
dum melius nobilius, & ſecundum neceſſa-
rium: quoniam alia prædicamẽta, ſunt acci-
dentia non poſſunt eſſe ſine ſubſtantia 7. met.
47. & 4. quæ met. ſubſtantia eſt nobilior ac-
cidente 2. de anima 2. quibus præhabitis, di-
citur cum Auer. in prologo ꝙ liber poſt. præ-
cedit librum top. & alios non ordine, ſecun-
dum neceſſarium, nec ſecundum melius faci-
lius, ſed ſecundum melius nobilius, quod di-
xit Auer. his verbis; Non eſt autẽ res, id eſt,
ratio neceſſaria in hac doctrina, ſcilicet logi-
ca inferens, id eſt, quæ inferat neceſſariò præ-
poni,

poni, ideſt, ꝙ liber poſt. præponatur arti topicæ, ſophiſticæ, ꝙ alijs, aut ſuccedere, ideſt poſtponi reliquis proprijs libris. Ex quo ſumi poteſt ꝙ liber poſt. eſt primus liber in logica ſecundum nobilitatem iuxta Ariſt. ſententiam 1. cæli 12. & 8. phy. 75. perfectum eſt prius imperfecto, & quoniam in lib. poſt. conſideratur de re perfectiſſima 1. poſter. 7. omnium, quæ in logica tractantur: ſequitur ꝙ ſicut viſus inter ſenſus, ſic liber poſter. eſt primus ſecundum nobilitatem inter libros logicæ: patet ergo quæſiti veritas.

SOLVVNTVR RATIONES *in oppoſitum.*

INSPECTA quæſiti veritate ſi vera eſt ſententia Auer. 1. Phy. 71. & 4. Phy. 31. oportet modo rationes in oppoſitum factas, ſoluere. ¶ Ad primā negatur ſimilitudo non. n. valet dicere, ſicut ſe hñt præmiſſæ ad præmiſſas ſic ſe habet liber ad librū nam licet verū ſit, ꝙ ſecūdum vſum, & exercitiū, præmiſſæ topicæ præcedunt demonſtratiuas, vt aſſerit Au. 1. cæli 85. tamen non ſic ſe habet in doctrina, & ſecundum doctrinam. ¶ Vel dicas, datò ꝙ, valeret ſimilitudo, tamen negatur ꝙ in libro top. tractantur præmiſſæ, & in lib. poſt. Sed tractant conditiones, regulæ, & ſigna præmiſſarum, teſte Auer. 1. poſt. 17. & in prologo. ¶ Cōtra, nam dicit Auer. in prologo ꝙ, præmiſſæ demonſtratiuæ ſunt ſubiectum in 1. poſt. ergo non regulæ conſiderantur in 1. poſt. ¶ Dicas ꝙ, præmiſſæ conſiderantur quoad earū conditiones, quod innuit Auer. 1. poſt. 17. & in prologo cum dicit ſic. tractat enim ille has præmiſſas, ſecundum numerum ſuarum ſpecierum, & attributorum. Vnde ſequitur quo ad attributa, & conditiones præmiſſarum ſubiectum in 1. poſter. ¶ Ad ſecundam dicitur gloſando maiorem hoc modo: communia præcedunt illa propria, quorum ſunt communia, quæ propria ſubalternantur, & continentur ſub illis cōmunibus, vt animal præcedit hominem, figura triangulum, & color albedinem modo, & ſi in libro top. conſiderentur communia, & in libro poſter. propria tamen hæc propria non ſubalternantur, nec continentur ſub illis communibus conſideratis in libro top. hinc optimè dicebat Porphyrius cap. de ſpecie: ſpecies ponitur ſub aſſignato genere: & ſic liber topic. non præcedit librum poſter. ¶ Soluitur tertia, quòd faciliora aliquando non ſemper præcedunt difficiliora. ¶ Vel dicas quòd, tunc faciliora præcedunt, quando ducunt in cognitionē difficillimorum: modò regulæ topicæ quamuis ſint faciles tamen non ducunt ad cognitionem regularum demonſtratiuarum: quoniam ſunt duæ ſpecies diuerſæ, quarum vna non ducit ad cognitionem alterius; vt homo non facit ad cognitionem equi, nec ē contra. ¶ Soluitur quarta, ꝙ topica conſideratur bifariam, vno modo, quantùm ad cognitionem regularum ſyllogiſmi topici: Alio modo, quo ad vſum illarum regularum: tunc dicas, ꝙ topica habet viam ad omnes artes, quantùm ad vſum, non quantùm ad cognitionem: nos autem loquimur quantùm ad cognitionem, vtrum præcedat, vel ſequatur. ¶ Soluitur quinta, quando dicitur quæ ſunt gratia alicuius, præcedunt illud, conceditur, quando ſunt gratia illius in cognoſcendo: non autem vt, imperfectum ad perfectū, & obliquum gratia recti modo liber top. eſt gratia libri poſter. vt imperfectum ad perfectum, & obliquum ad rectum: & ſic liber topic. non præcedit librum poſt. ſed liber poſt. præcedit librum top. vt perfectum præcedit imperfectum 1. cæli 12. 8. phyſ. 75. 59. & 2. cæli 23. perfectum natura, & ratione, & tempore eſt prius imperfecto. ¶ Soluitur ſexta ꝙ ſyllogiſmus topicus eſt notior ſyllogiſmo demonſtratiuo ſecundum noſtram notitiam, vt aſſerit Auer. in 3. quæſito poſt. vnde ſi liber top. præcedit librum poſter. non niſi ordine notioritatis, non nobilitatis. ¶ Soluitur ſeptima, cum dicitur, ꝙ conſuetudo eſt Ariſt. vltimo loco conſiderare quod eſt nobilius: iſte ordo non ſemper ſeruatur ab Ariſt. ſignum eſt, quoniam in prædicamentis prius de ſubſtantia, in libro perihermenias, prius de homine, in libro priorum prius de figura prima, quæ eſt nobilior primo poſte. 103. in libro de cælo prius de cælo, quàm de elementis, in 2. de anima prius de ſenſu viſus, tamquàm de nobiliore: ideò cum iſte ordo non ſemper ſeruetur ab Ariſt. ſed ad placitum: meritò liber poſter. non eſt vltimus, & & per conſequens liber topic. non præcedit librum poſte. qui quidem ordo ab Ariſt. obſeruatus ſumitur à natura: quoniam natura non ſemper, ſed vt plurimum producit vltimo loco res nobiles: aliquando verò primo loco, vt patet de corde, quod primò generatur, vt 2. de gen. an. cap. 4. & in libro de iuuētute, & ſenectute cap. 2. quod quidem cor eſt pars nobiliſſima 3. de par. an. c. 4. ſic etiam in arte, non ſemper, ſed aliquando, & quando non adeſt aliqua cauſſa cogens aliter facere, tractat vltimo loco id, quod eſt nobilius: & ideo dixit Au. in prologo, quouis autē modo res ſe habeat expedit incipere ab ea re, quæ eſt magis dilecta, quæ eſt demonſtratio, cum faciat acquirere veritatē. ¶ Soluitur octaua dicēdo, quòd quamuis propoſitio topica prædicetur de demōſtratiua non propter hoc ſequit, ꝙ conditiones præmiſſarum top.

Alia ſo. *Replica* *Sol.* *Ad ſecūdam.* *Ad tertiam.* *Alia ſo.* *Ad quartam.* *Ad quītam.* *Ad ſextam.* *Ad ſeptimā.* *Ad octauam.* *Replica*

top. ducunt ad cognitionem præmiſſarum demonſtratiuarum. ¶ Sed contrà nam ſuperius ducit ad cognitionē inferioris: ſed propoſitio topic. eſt ſuperior, quia eſt vniuerſalior: & propoſitio demōſtratiua eſt propria: ergo cognitio propoſitionis topicæ ducit ad cognitionem propoſitionis demonſtratiuę. ¶ Dicas: ſed nota, ꝙ tunc cognitio ſuperioris ducit ad cognitionem inferioris, quando eſt verè ſuperius, & verè inferius: ſed quando hoc non accidit, tunc ſuperius non ducit ad cognitionem inferioris, veluti eſt in hoc caſu. *Ad auctoritatem Ar.* ¶ Ad auctoritatē Ariſt. in primo priorum dicitur, ꝙ non inconuenit, artificem accipere quædam, quæ deſeruiunt ſuo propoſito, tamquàm infra declaranda, vt fecit Ariſt. in 2. phyſ. 3. qui definiens naturam, accepit motum tamquàm declarandum in 3. libro, & quòd hoc ſit verùm, lege ibi Ariſt. vbi dicit ſic: quid itaque eſt propopoſitio, & quomodo differat ſyllogiſtica, & demonſtratiua, & dialectica diligenter quidem in ſequentibus dicetur: ad præſentem verò vſum ſufficiant quæ nunc à nobis determinata ſunt. *Ad auctoritatem Auer.* ¶ Ad locum Auer. dicas, ꝙ non loquitur de libro top. & poſter. ſed de vſu regularum top. & demonſtratiuarum: & dicit quòd vſus regularum topic. eſt ante vſum regularum demonſtratiuarum: & ſic liber top. quò ad vſum, & exercitium pręcedit librum poſt. non ſecundum doctrinam, & nobilitatem.

DE DIVISIONE.

TRES eſſe artis diuiſiones, Auctores pro firmo habent oēs. quarum Prima eſt vniuerſaliſſima: Secunda eſt vniuerſalis: Tertia eſt particularis: vniuerſaliſſima eſt in libros: vniuerſalis verò in capitula: particularis eſt in textus: cauſſa huius multiplicatę diuiſionis eſt quoniam afferit Ariſt. 3. de anima 38. ꝙ ſcientiæ ſecantur, quemadmodum, & res, & quoniam res ſunt vniuerſaliſſimæ, vniuerſales, & propriæ: ideò liber poſter. & omnes alij diuiduntur in iſtas tres diuiſiones: *Diuiſio vniuerſaliſſimas.* & primò iſte liber diuiditur in duas partes vniuerſaliſſimas ſcilicet, in primum, & in ſecundum librū: in primo tractatur de demonſtratione, in ſecundo de definitione, Auer. teſte in prologo: quando ait, principes verò partes ipſius duæ ſunt, quarū Prima eſt tractatus de demonſtratione, & eſt quod continetur in primo huius libri: Secūda verò pars eſt tractatus de definitione, quā continet ſecundus liber hæc eſt diuiſio vniuerſaliſſima. *Diuiſio uniuerſalis.* Diuiſio vniuerſalis eſt in plura capita vniuerſalia: quoniam conſiderantur plures res vniuerſales: à primò enim vſq; ad decimum inuenit rem tractandam, ex fine præcognito, ſoluendo ambiguitatem Menonis, & errores ſophiſtarum à 10. ad 18. docet quaſdam conditiones præmiſſarum demonſtrationis ſimpliciter à 18. ad 28. contradicit Antiquis dicentibus, omniū eſſe demonſtrationem, & alijs dicentibus, nullorum eſſe demonſtrationem à 28. ad 38. inueſtigat tres alias conditiones de omni per ſe, & vniuerſale à 38. ad 44. notificat errores contingentes circa prædicatum vniuerſale à 44. ad 55. probat præmiſſas demonſtrationis ſimpliciter, & concluſiones eſſe neceſſarias à 55. ad 76. probat præmiſſas, & concluſiones eſſe proprias, & eſſentiales à 76. ad 82. notificat ſpecies præmiſſarum demōſtrationis ſimpliciter, vt ſunt definitiones, petitiones, ſuppoſitiones, dignitates ab 82. ad 89. conſiderat in quibus, artes conueniunt ab 89. ad 95. manifeſtat modos interrogationis ſcientificos in cap. 30. de duabus alijs ſpeciebus demonſtrationis, ſcilicet, propter quid, & quia in cap. 31. quæ figura eſt ſcientialior, & conuenientior ipſi demonſtrationi in 32. de ſyllogiſmo ignorantiæ in 33. quomodo nota fiunt principia demōſtrationis ſenſu, vel inductione ſenſata à 34. ad 38. probat ſtatum in medijs demonſtrationis in 38. probat quòd non licet in demonſtratione ſumere terminos alterius generis ſcientiæ in 39. conſiderat de demonſtratione vniuerſali, & particulari, quæ potior in 40. vtrum affirmatiua demonſtratio, vel negatiua ſit melior in 41. de oſtēſiua ducens ad impoſſibile, in 42. quæ ſcientia certior, & prior altera ſcientia, in 43. quæ eadem, & quæ diuerſa ſcientia in 44. de differentia ſcientiæ ad ſenſum, & quòd non omnium eadem principia ſyllogiſmorum in 45. de differentia inter ſcientiam, & opinionem. Vltimo de ſolertia, & habitu neceſſario ad inuentionem medij. *Diuiſio particularis.* Diuiſio autem particularis fit in textus ſecūdum quòd multæ res particulares conſiderantur hæc ergo eſt diuiſio vniuerſalis, & particularis, quam innuit Auer. in prologo, quando dixit, primus verò liber partitur in minores portiones. Et quoniam Ariſtoteles 3. rethor. cap. de prologo numerans partes artis neceſſarias, aſſerit, quòd cuiuslibet narrationis, & artis duæ ſunt partes neceſſariæ; Altera, quæ prologus, altera verò, quæ tractatus nominatur: ſi verò datur alia, quæ epilogus appellatur nō tamquàm neceſſaria, ſed ob melius in arte reponitur cum ergo liber poſt. ſit artificialis narratio, meritò in duas neceſſarias partes diuidendus venit in prologum nēpè, & tractatum. Prologus incipit à primo tex. vſq; ad 10. excluſiuè, tractatus verò à decimo vſque ad finem. Prologus diuiditur in tres partes, prima eſt à primo tex. vſque ad ſeptimum, in qua ponit illam vniuerſalem propo-

Digitized by Google

propoſitionem, ſcilicet, omnis doctrina fit ex præcedente cognitione, per quam vult probare illam particularem, ſcilicet, ſcientiam demonſtratiuam fieri ex præcedente cognitione: Secunda pars eſt à tex. ſeptimo vſque ad octauum incluſiuè, in qua ex definitione ipſius ſcire, & ex ſuis conditionibus infert conditiones adſcibile, tamquàm ad ſuum relatiuum. Tertia pars eſt textus nonus, in qua ſyllogiſmo hyppotetico ex conditionibus finis, ſcilicet, ipſius ſcire infert quæ, & quot, & quales ſunt conditiones præmiſſarum demonſtratiuarum: quæ ſunt inſtrumenta ad ipſum finem, ſcilicet, ſcire. Prima pars huius prologi, quæ eſt à primo tex. vſq; ad ſeptimum, diuiditur in tres partes, in prima, quæ eſt primus tex. ponit illam propoſitionem vniuerſalem (omnis doctrina fit ex præcedente cognitione) quàm manifeſtat duplici inductione, primò in ſcientijs, & artibus omnibus: Secundò in inſtrumentis, quibus ſcientiæ acquiruntur. In ſecunda parte, quæ eſt ſecundus tex. docet diuerſos modos præcognitionis, & diuerſa præcognita. In tertia parte, quæ eſt à tex. 3. ad ſeptimum, ſimul limitando dicta remouet dubia circa eā contingentia. Tractatus verò diuiditur in plures partes, ſicut dictum eſt in diuiſione vniuerſali. ¶ Dices: quarè Ariſt. diuidit lib. poſt. in prologum, & tractatum, tamquàm in partes neceſſarias, & in Epilogum, tanquàm in partem ad bene eſſe? ¶ Dicitur cum Ariſt. 7. met. 23. & 3. ethic. cap. 6. ꝙ omnis artifex tàm ſpeculatiuus, quàm practicus in omni eo, quod agit, aut operatur, duplici vtitur motu, quorum prior dicitur motus intellectiuus, ſeu conſultiuus; alter verò dicitur effectiuus, ſeu exequutiuus. Primus motus fit in prohemio. Secundus verò fit in tractatu & quoniam nō dantur plures motus neceſſarij; ideò non ſunt plures partes neceſſariæ. Idcirco Epilogus nō eſt pars neceſſaria: quoniam non dat tertius motus neceſſarius, ideò ſequitur ꝙ Epilogus nō eſt tertia pars neceſſaria, ſed ſi Epilogus eſt pars narrationis non niſi ob melius: vnde ſequitur ꝙ prologus, & tractatus dicūtur partes neceſſariæ, ſine quibus narratio eſſe non poteſt, quod quidē pulcherrimè in rebus natura conſtātibus patet: animalia enim tres habent partes, duas neceſſarias, vnā verò ad bene eſſe. partes enim neceſſariæ aīalium ſunt os, per quod ſumunt alimentum, & aluus, per quam mittunt excrementa: ſine quibus animal eſſe nō poteſt, teſte Ariſt. in libro de Iuuentute, & ſenectute cap. 1. & 2. de par. an. cap. 10. partes verò ad bene eſſe ſunt crura 3. de par. an. cap. 4. ſine quibus poteſt eſſe animal; quoniam non ſunt neceſſaria ad vitam: nam ijs demptis vita non tollitur. ¶ Dices contra multa enim

Dub.

Sol.

Dub.

ſunt animalia, quæ ablatis vtriſq; partibus, vt quæ vocatur caput, quæ eſt ſuſceptiua alimenti; viuunt, vt aſſerit Ariſt. in libro de iuuentute, & ſenectute c. 1. ergo os non dicitur pars neceſſaria. ¶ Soluitur cum Ariſt. ibidē, ꝙ ſunt quædā animalia, quæ habent tres partes, vnam, per quam alimentum ſuſcipiunt; aliā, per quam excrementum emittunt: Tertia autem dicitur media in quibus animalibus ſi remouētur duæ partes, & remanet media ſine dubio viuunt: quæ ſunt animalia inſecta, vt veſpe, & apes. ¶ Sed oritur occaſio dubitandi: videtur enim, librum poſt. non habere prologum: nam ille dicitur prologus, in quo proponitur ſubiectum: ſed Ar. à primo tex. ad decimum nō proponit ſubiectum, vt patet: ergo liber poſt. non habet prologū. ¶ Dicas, negando minorem: quoniam clarè patet, Ariſt. proponere conditiones præmiſſarum in tex. 9. ¶ Amplius id eſt, proemiū 3. reth. cap. 14. in quò non ſolùm proponitur ſubiectum, ſed attentio, docilitas, & beneuolētia captantur: ſed in primo poſt. à primo vſq; ad decimum nullū iſtorum proponitur, vt clariſſimè patet: ergo liber poſt. nō habet prooemium. ¶ Dicas, ꝙ talia prænominata non ſemper, ſed aliquando in prooemio proponuntur, veluti Ariſt. in primo de anima. ¶ Vltra Artifex demōſtratiuus nō debet vti ſermonibus reth. 2. poſt. 84. ſed Ariſt. eſt artifex demonſtratiuus, ergo non debet vti prologo qui 3. reth. c. 14. eſt ſermo rethoricus. ¶ Soluitur, ꝙ Artifex demonſtratiuus nō vtitur prologo ad perſuadendum, ſed vtitur prologo ad prædicendum, & præponendum ſubiectum tractandum in tractatu. ¶ Rurſus Doctores nonnulli aſſerunt, librum poſt. non habere prologum: ſed potius propoſitionem, & probant ex modo procedendi Ariſt. in ſuis libris: nam Ariſt. tribus modis ſolet exordiri ſuos libros, vno modo cum narratione dicendorum, quæ prologus appellatur, vt in libro perihermenias, in libro eleuchorum, & in libro de gen. & cor. Secundo modo ſolet incipere à memoria dictorum, vt fecit in libro metheororum, & in 2. libro de cælo. Tertio modo ſolet Ariſt. incipere à quadam propoſitione famoſa, vt in primo met. ſimiliter in libro ethicorum, & in 1. phyſ. his ſtantibus dicunt iſti Ariſt. vſum eſſe vltimo dicendi modo, incipiendo à quadam famoſa dignitate, ſcilicet, omnis doctrina fit ex præcedente cognitione, & ſic non facit prologum. ¶ Quod confirmant per Au. in principio cōmenti, vbi inquit (hæc enuntiatio) per quæ verba propoſitionem adductam ab Ariſt. vocat enuntiationem: ergo patet, ꝙ Ariſt. enūtiat & propoſitionem facit & nō prooemium. ¶ Soluitur, cōcedendo, Ariſt. incipere à quadam communi dignitate hunc librū, & mul-

Sol. *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Confirmatio.* *Sol.*

Digitized by Google

tos alios: tamen non valet dicere, ergo non habet proœmium: quoniam dignitas ſeu propoſitio nihil aliud eſt niſi proœmium 3. reth. cap. 13. quod etiam Ioannes grãmaticus aſſerere clariſſimè videtur 1. phyſicorum in textu 2. ex quo patet quòd id, quod negant, affirmant.

Dub. ¶ Amplius vnius libri vnũ eſt proœmium: ſed liber priorum, & poſt. eſt vnus liber; ergo vnum habet proœmium, quod fit in libro priorum, cap. 1. ergo liber poſt. non habet proœmium.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ vnus liber totalis debet habere vnum prologum totalem, liber priorum, & poſt. eſt vnus liber totalis, habet vnum prologũ totalem: ſed quoniam liber poſt. eſt liber partialis, ideò habet prologum partialem.

Replica ¶ Contra, ſi Ariſt. fecit prologum totalem in libro priorum, ergo ibi comprӕhendit, & propoſuit ſubiectum totale tractandum in vtroq; libro: non ergo oportebat iterum proponere, & facere proœmium in 1. poſt. quoniam fruſtra fit per plura, quod fit per pauciora 1. phy. 50. & 3. de par. an. cap. 4.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ quando res tractãda eſt facilis, tunc indiget vno prologo: immò non eſt vtendum exordio, quando res patet vel eſt parua vt dicit Ariſt. 3. reth. c. 14. ſed quando res ſunt difficiles, veluti ſunt res poſterioriſticæ 1. poſt. 72. non ſolum indiget vno ſed pluribus prologis; veluti Ariſt. primo priorum cap. 1. fecit vnum prologum, & in cap. 5. fecit alium, & 1. poſt. 29. alium. Vnde ſequitur, non ſolùm librum poſt. habere prologum factũ in libro priorum: ſed prologum diſtinctum, & partialem.

Dub. ¶ Amplius: ſi liber poſt. haberet proœmium, haberet vſque ad textum ſeptimum, & non ad decimũ: & probatur, quoniam vbi auctor incipit definire, ibi incipit tractare: ſed Ariſt. in 7. textu incipit definire: ergo ibi incipit tractare.

Sol. ¶ Soluitur, ꝙ quando Ariſt. in tex. 7. definit ipſum ſcire, nõ definit vt ſubiectum tractandum in libro, ſed definit, vt eſt pars ponenda in definitione demonſtrationis, eoq; magis, ꝙ Ariſt. non definit definitione quid rei, ſed quid nominis: ſimiliter dici poſſet, ꝙ in tex. 8. definit demõſtrationem, non definitione quid rei, ſed quid nominis.

Dub. ¶ Amplius Auer. 1. poſt. 7. ait ꝙ Ariſt. in 7. tex. inchoat notificationem conditionum præmiſſarum demonſtrationis ſimpliciter: ergo incipit tractare.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ nunquã Au. mens fuit talis, ꝙ Ariſt. in 7. tex. incipit tractare conditiones: ſi enim hoc in eius dictis reperitur, non niſi propter malam trãslationem: eſt ꝙ ſit verum, ipſemet in com. 9. aſſerit oppoſitũ, vbi dicit: poſtquàm pronuntiauit connexum harum conditionum, ipſis præmiſſis, incepit notificare modum nexus: ex his ergo ſequitur, quòd liber poſt. cum ſit liber partialis, habet proœmiũ partiale quod.

Vltima ratio. ¶ Hac vltima, & demonſtratiua ratione probatur 3. reth. cap. 13. id eſt, libri proœmium, in quo proponitur inuentio ſubiecti, & rei tractandæ in tractatu: ſed à primo tex. vſq; ad decimum excluſiuè Ariſt. inuenit, proponit, & enumerat cõditiones præmiſſarum, quæ ſunt ſubiectum declarandum in primo poſt. vt patet in prologo, & 1. poſt. 17. ergo omni pro manifeſto relinquatur, ꝙ à primo tex. vſque ad decimum Ariſt. facit proœmium.

DE TITVLO LIBRI.

QVAERVNT Doctores illuſtres de nomine libri poſt. Vnde nã eſt, ꝙ tam liber priorũ, quàm poſt. dicitur analiticus, ſeu reſolutorius? peritè quidem quærunt, & non ſine cauſa; quoniam ſententia eſt Ariſt. 1. poſt. 2. quam confirmat diluciďiſſimus Themiſtius, ꝙ præcognitio quid nominis eſt habẽda ante omnem doctrinam, ſine qua nemo aditum habere poteſt ad diſciplinas, & artes. eſt enim fons, caput, principium, & cauſſa omnis noſtræ agnitionis: hac de cauſſa operæpretium eſt videre, à qua reſolutione vterq; liber priorum, ſcilicet, & poſter. dicitur reſolutorius: & quoniam res eſt difficilis in cuius perſcrutatione Ariſtotelis interpretes diſcordes eſſe videntur: ideò prius quid Alij, breuiter dicemus: deinde veritatem adducemus.

OPINIO IO. GRAMMATICI.

IOANNES Grãmaticus inter alios qui hoc quæſitũ declarare videntur, ipſe primò perſoluit, ideò eius poſitionem primo videndã propoſui. Quærit ipſe in libro priorum, cur liber priorũ inſcribitur de priore reſolutione? vbi nota, ꝙ dicens librum priorum, dicit etiam librum poſt. quoniam vnus eſt liber totalis, licet ſint duo libri: vel, vt, inquit Auer. in prologo poſt. ſunt duo tractatus partiales; ex quo mouetur dubium, quarè liber priorũ & poſter. dicitur reſolutorius? ¶ Reſpondet Grammaticus Primò declarans, quid eſt reſolutio, & dicit, ꝙ reſolutio nil aliud eſt, niſi regreſſus ad priorem compoſitionis cauſſam quæ reſolutio multis modis fert: alia eſt vniuerſi in partes, alia rei cõpoſitè in ſimplicia: qua reſolutione vtuntur geometræ: alia eſt corporũ naturalium in elementa, alia eſt argumentorũ in proprias ſpecies, quæ dici poteſt deductio, multis etiam modis reſolutio dicitur: ſed ne longior ſumatur oratio, affert communem definitionem cuiuſcunq; reſolutionis; quæ eſt talis, ſcilicet, reſolutio eſt quędam reuerſio ad priora, & cauſſas coaugmẽtatio-

Digitized by Google

tationis,ſeu compoſitionis. Nota aliud,quòd dicit Grammaticus, ꝙ Ariſt. in lib. priorum tria declarat: primò, ex quibus ſyllogiſmus conſtituitur: Secundò docet quomodo poſſumus abundare propoſitionibus ad formanda argumenta, quæ volumus, & ſic docuit, quæ eſt propoſitio vniuerſalis, quæ particularis, quæ contingens, quæ neceſſaria. Tertiò docet reſoluer̄ ratiocinationes,ſeu ſyllogiſmos quibus ſtantibus, Grãmaticus reſpondet ad dubium, & dicit, ꝙ liber priorum, & poſt. dicitur reſolutorius: quoniam Ariſt. in lib. priorum docet reſoluere ſyllogiſmum in ſuas ſpecies,&argumentationem in ſuas ſpecies,quæ reſolutio cum ſit præſtantior, & perfectior: Ideò liber iſte titulum, & nomen accepit, qui dicitur, Reſolutiuus.

Confutatio. Tertia ratio. contra Gram.

¶ Sed, pace tanti viri, opinio hæc ſtare non poteſt: multa enim ſecum inconuenientia trahit. Ideò contra arguatur demonſtratiuè, hoc pacto diuiſio non eſt reſolutio, quoniam reſolutio eſt compoſiti in ſimplicia,vt corporis in elementa, teſte Ariſt.3.phyſicorum 45. cum dicit, omne namquè, ex quo eſt, etiam reſoluitur in hoc. Diuiſio verò eſt generis in differentias, vt dicit Ariſt. & Auer.7. met.43. ex quo ſequitur, ꝙ id, quod diuiditur non reſoluitur; ſed ſyllogiſmus diuiditur in ſuas ſpecies: ergo non reſoluitur in ſuas ſpecies. probatur; quoniã id, quod diuiditur in ſpecies, eſt genus. proprium, enim eſt generis diuidi in ſpecies, teſte Porphyrio cap. de differentia: ſed ſyllogiſmus eſt genus 1.poſt.8. inquit Auer. ergo ſyllogiſmus diuiditur, & non reſoluitur in ſpecies:vnde ſequit̄ contra Grammaticum; ꝙ ſi liber priorum diceretur reſolutorius ab illa reſolutione quæ fit ſyllogiſmi in ſuas ſpecies; tũc potius liber priorum diceretur diuiſiuus, quã reſolutiuus.

Secũda ratio.

¶ Amplius illud reſoluitur in aliquod, ex quo eſt compoſitum,1.Pyſicorum 44. clarius 3.Phycorum 45. ſed ſyllogiſmus non eſt compoſitus ex ſuis ſpeciebus,ſed diuiditur in ſuas ſpecies, ſicut dicimus, animaliũ aliud eſt rationale, aliud irrationale: pariter dicimus,ſyllogiſmi alius eſt demonſtratiuus, alius topicus, alius verò elenchus 1. poſt. 8.& 1.priorum cap.5. ergo ſequitur, quòd ſyllogiſmus non reſoluitur in ſpecies, ſed diuiditur in illas: vnde potius liber priorum diceretur diuiſiuus, quàm reſolutiuus.

Replica

¶ Dices contra. Nam totũ reſoluiturin partes,vt clarè patet, ſed genus eſt totum Porphyrio teſte cap. de ſpecie, & Ariſt. 1. Phyſicorum 4. ergo genus reſoluitur in partes: & cum ſyllogiſmus ſit genus 1.priorum cap.5. & 1. poſt.8.ergo ſyllogiſmus vti genus reſoluitur, & non diuiditur in partes.

Sol.

¶ Dicitur, quòd totum eſt duplex. Aliud integrale, quod dicitur verè totum extra animam exiſtens,& hoc reſoluitur in partes, ex quibus eſt compoſitum. Aliud verò eſt totum poteſtatiuum, ſeu totum prædicabile, quod non eſt verè totum, ſed ſecũdum ſimilitudinem, & metaphoricè dicitur totum, quod innuit Ariſt. 1.Phyſicorũ 4. clarius Porphyrius cap. de ſpecie, cum dicit genus eſt (quoddam) totum: quaſi dicat, quòd nõ eſt verè totum, & hoc non reſoluitur; ſed diuiditur in partes ſubiectiuas, ſeu ſpecies, de quibus prædicatur.

Secũda ratio.

¶ Amplius: contra Grammaticum, reſolutio eſt totius in partes, vt ipſemet dicit: ſed ſyllogiſmus non eſt totum, quoniam eſt pars, & principium totius ſpeciei, ſcilicet demonſtrationis, vt inquit Auer.1.poſt. in prologo,clarius Ariſt.3. met.10.cum(inquit)prima genera ſunt principia:ſed ſyllogiſmus eſt genus(vt probatum eſt: ergo ſyllogiſmus eſt pars, & principium, & per conſequens nõ poteſt reſolui.

Dub.

¶ Dices, quod fit ex partibus, reſoluitur in partes 3. Phyſicorum 45.ſed ſyllogiſmus fit ex præmiſſis, quæ ſunt partes, ergo ſyllogiſmus reſoluitur in præmiſſas, tãquàm in partes.

Sol.

¶ Dicas, quòd aliud eſt dicere, ſyllogiſmum reſolui in ſpecies, & aliud eſt dicere, ſyllogiſmum reſolui in partes:tunc dicitur,ꝙ verum eſt, ſyllogiſmum reſolui in præmiſſas, tamquã in partes, ſed non reſoluitur in ſuas ſpecies, vt benè inquit Ammonius in prædicabilibus cap.1. ſed genus, potius diuiditur in illas. Sed quoniam res de ſe patet; Ideò non oportet amplius immorari.

OPINIO ZIMARAE.

MARCVS Antonius Zimara inter Auerroiſtas quidem non vltimus in ſuis theorematibus in theoremate 60. antequàm ſuam determinet ſententiam, ſupponit, ꝙ reſolutio ipſa dicit̄ bifaria. Alia naturalis: alia verò eſt reſolutio rationis,declarat, quæ nam eſt reſolutio naturalis & dicit ꝙ reſolutio naturalis eſt ab effectu ad cauſam,à poſteriori ad prius,vt qñ reſoluitur miſtum in elementa, & elementa in materiam, & formã. Reſolutio rationis eſt bifaria, quædam ſpeculatiua, quæ fit in ſcientijs ſpeculatiuis, quædam practica, & operatiua, quæ fit in artibus practicis, & operatiuis: declarat quæ eſt reſolutio rationis ſpeculatiua, dicit, quòd eſt à priori ad poſterius, à cauſa ad cauſſatum. Et hoc eſſe verum probat pluribus rationibus.

Prima ratio.

Prima eſt hæc ſcilicet ſcire rem reſolutè eſt per cauſſam primo poſt. 7. ergo reſolutio in ſcientia ſpeculatiua eſt à cauſſa, probat conſequentiam, quoniam quomodo eſt ſcientia reſolutiua, eodem modo eſt ipſa reſolutio.

Secũda ratio.

¶ Secundò probat ex auctoritate dilucidiſſimi Themiſtij primo poſt.cap.26

vbi definiens reſolutionem, dicit, reſolutio eſt vera concluſione poſita cauſſas, ex quibus eſt, exquirere. *Tertia ratio.* ¶ Amplius: ſcientia ſpeculatiua acquiritur demonſtratione ſimpliciter, quæ procedit à cauſſa ad effectum: ergo reſolutio ſpeculatiua eſt à cauſſa ad effectum: conſequentia probatur; quoniam reſolutio eſt demonſtratio propter quid, ſeu ſimpliciter. *Quarta ratio.* ¶ Amplius clariſſimus eſt locus Auer. in 2. mete. 11. vbi aſſerit, quòd reſolutio fit ad poſterius, ergo à priore: declarans deinde, quæ nam eſt reſolutio rationis in operatiuis, & practicis, dicit, quòd eſt à poſteriori ad prius, ideſt, à cauſſato ad cauſſam, & probat hoc modo. 7. met. 23. omnis artifex præcognoſcit finem, & effectum, qui eſt poſterior in eſſe, quem intendit, & ex illo fine, ſeu effectu poſito, & præcognito venatur media, quibus ille finis, ſeu effectus acquiritur. Quibus præhabitis, concludit ſuam opinionem, dicens, quòd liber poſt. non inſcribitur reſolutiuus à reſolutione naturali; ſed à reſolutione rationis, ſed non à reſolutione rationis, quæ eſt in operatiuis; ſed à reſolutione rationis, quæ fit in ſcientijs ſpeculatiuis: quòd iſta ratione probat: quoniam Ariſt. in libro poſt. conſiderat de demõſtratione ſimpliciter, quæ procedit à cauſſa priore, ad effectum poſteriorem. *Confutatio.* ¶ Sed parcat nobis tantus vir, in hac re allucinari videtur: dicit enim, quòd in ſpeculatiuis reſolutio eſt à priori ad poſterius, quod falſum reputatur: quoniam reſolutio à qua liber poſt. dicitur reſolutiuus eſt in ſpeculatiuis: ſed talis reſolutio eſt à poſteriori: ergo reſolutio rationis in ſpeculatiuis eſt à poſteriori, maior conceditur ab ipſo, minor patet. *Secũda ratio.* ¶ Amplius, reſolutio vera eſt à poſteriori ad prius, vt ait Auer. 1. poſt. 93. ſed reſolutio in ſpeculatiuis eſt vera: ergo eſt à poſteriori ad prius, à cauſſato ad cauſſam. *Tertia ratio.* ¶ Amplius, reſolutio in mathematicis eſt ſpeculatiua, & tamen eſt à poſteriori, ergo reſolutio in ſpeculatiuis eſt poſteriori, antecedẽs eſt Auer. 1. poſt. 93. vbi aſſerit, quòd mathematicus reſoluit quæſita ĩ præmiſſas, ſed quæſita ſunt poſteriora, & præmiſſæ ſunt priores 1. poſt. 9. ergo reſolutio eſt à poſteriori ĩ ſpeculatiuis ad priora. *Quarta ratio.* ¶ Amplius, ſi reſolutio eſſet à priori, tũc id, quod eſt prius, & ſimplex, reſolueretur, quod eſt impoſſibile: quoniam illud quod reſoluitur eſt compoſitum, teſte Ariſt. 1. phyſicorum 3. ¶ Dicit etiam iſte vir, reſolutionem rationis in ſpeculatiuis differre à reſolutione rationis in practicis, & operatiuis, hoc quidem à veritate alienum eſſe videtur, & probatur nam 7. met. 23. nec non 3. ethicorum cap. 6. eodem modo fit reſolutio in ſpeculatiuis, & operatiuis: vtraque enim procedit à poſteriori ad prius: ergo vna non differt ab alia. ¶ Aſſerit etiam, quòd reſolutio eſt demonſtratio ſimpliciter, de hoc quidem non poſſum non admirari quomodo tantus vir in re tam clara aberret; quando enim ſunt duo proceſſus diuerſi conuenire nõ poſſunt, demonſtratio ſimpliciter eſt diuerſus proceſſus à reſolutione, quoniam procedit à præmiſſis notis ad concluſionem ignotam: reſolutio à concluſione ad præmiſſas, vt dicit Themiſtius 1. poſt. cap. 26. ergo demonſtratio ſimpliciter non eſt reſolutio, nec è contra. Amplius: inuentio medij non eſt demonſtratio, ſed reſolutio. eſt inuentio medij, ergo non eſt demonſtratio. ¶ Amplius, id: quod præcedit aliquod, non eſt illud, ſed reſolutio præcedit demonſtrationem: ergo reſolutio non eſt demonſtratio: minor probatur, quoniam inuentio medij eſt ante demõſtrationem 2. poſt. 6. & 7. nec non 1. priorum cap. de inueutione medij, ſed, vt dictum reſolutio eſt inuentio medij, ergo reſolutio eſt ante demonſtrationem, & per conſequens reſolutio non eſt demonſtratio. ¶ Amplius multa: alia eſſent dicenda; quoniam res eſt tam clara, quæ ampliore non indiget probatione: Ideo ſoluuntur eius rationes, & prima fuit talis, ſcire reſolutè eſt per cauſſam: ergo reſolutio eſt à cauſſa conſequentia: negatur, quoniam conſequentia deberet inferri: ſic ergo reſolutio eſt ad cauſſam. ¶ Ad 2. dicitur, ꝙ Zimara non bene intelligit Themiſtium: quoniam quando dicit Themiſtius, ꝙ reſolutio eſt concluſione poſita cauſſas, ex quibus eſt exquirere: intelligit, ſic, ſcilicet, ꝙ reſolutio procedit à concluſione poſita, ideſt, præcognita in mente ad præmiſſas, & non è contra, videlicet, à præmiſſis ad concluſionẽ. *Sol. 2 ratio.* ¶ Ad tertiam, negatur conſequentia, & cõſequentiæ: iterum probatio negatur tanquàm falſa. *Sol. tertia rõ.* ¶ Ad quartam dicitur, quòd Auer. 2. met. 11. per diſſolutionem non intelligit reſolutionem, ſed diuiſionem ex his ergo latè patet Zimaram grauiter erraſſe. *Sol. 4. ratio.*

OPINIO PLVSQVAM Commentatoris.

PLVSQVAM commentator in in primo artis medicinalis aliàm inſecutus eſt opinionẽ, & pro opinionis defenſione ſupponit duo: Primùm eſt, ꝙ reſolutio eſt à poſteriori ad prius: Secundum eſt, quòd reſolutio eſt demonſtratio: quia, ex his infert ſuam concluſionem, ꝙ liber poſteriorum dicitur reſolutorius à demonſtratione, quia, & pro viribus conatur probare, ꝙ demonſtratio quia eſt reſolutio. *Prima ratio* ¶ Et primò probat ſic, Reſolutio eſt à poſteriori ad prius, ſed demonſtratio quia eſt à poſteriori ad prius 2. de anima 12. & 1. poſt.

Digitized by Google

poſt. 91. 96. & 1. phyſicorum 2. ergo demonſtratio quia eſt reſolutio. *Secũda ratio.* ¶ Amplius, reſolutio eſt contraria compoſitioni naturæ, ſed demonſtratio, quia, eſt contraria compoſitioni naturæ: ergo demonſtratio quia eſt reſolutio: minor probatur: quoniam natura quando conponit, procedit à cauſſa ad cauſſatũ: à principio ad principiatum, à priori ad poſterius. verùm demonſtratio, quia, oppoſito modo, ſcilicet, à poſteriori ad prius. *Tertia ratio.* ¶ Amplius Reſolutio non eſt demonſtratio ſimpliciter, nec eſt demonſtratio propter quid: igitur eſt demonſtratio quia, antecedens eſt verum: quoniam demonſtratio ſimpliciter, & propter quid procedũt à priori ad poſterius, 2. poſter. 94. demonſtratio quia à poſteriori ad prius: veluti reſolutio, ergo clarè relinquitur, quòd reſolutio eſt demõſtratio quia.

Confutatio. ¶ Hæc opinio ſtare non poteſt: præſupponit enim vnum verum, quod eſt, quòd reſolutio eſt à poſteriori ad prius, & præſupponit duo falſa. Primum eſt, quòd demonſtratio quia eſt reſolutio: Secundum eſt, quòd à demonſtratione quia liber poſteriorum dicitur reſolutiuus. Primum probatur, quod eſt falſum: quoniam demonſtratio quia eſt factio. quia infert concluſionem ignotam, & ipſam facit notam, quòd habet à definitione ſyllogiſmi, atqui reſolutio nõ eſt factio 3. ethicorum cap. 6. ergo reſolutio non eſt demonſtratio quia, nec demonſtratio quia eſt reſolutio. *Prima ratio.* ¶ Amplius, inuentio medij non eſt demonſtratio 2. priorum cap. de inuẽtione medij, ſed reſolutio eſt inuentio medij 3. ethicorum cap. 6. ergo reſolutio nõ eſt demonſtratio. *Secũda ratio.* ¶ Amplius, demonſtratio quia procedit à præmiſſis naturaliter notis, & infert concluſionem naturaliter ignotam: quoniam eſt ſyllogiſmus 1. priorum cap. 5. & 1. poſt. 8. ſed reſolutio non procedit à præmiſſis naturaliter notis ad concluſionem ignotam, ſed à fine præcognito ad indaganda media ducentia ad finem 1. ethicorum cap. 6. ergo reſolutio non eſt demonſtratio quia. ſecundum dictum etiam eſt falſum: quoniam 2. de anima 49. titulus nomen, & inſcriptio ſumitur à nobilitate: Sed demonſtratio quia non eſt nobilior; quoniam inter ſpecies demonſtrationis illa quæ eſt ſimpliciter, eſt nobiliſſima. & perfectiſſima 1. poſt. 7. ergo à demonſtratione quia, non ſumitur titulus, nec nomen, nec ab ipſa liber poſteriorum dicitur reſolutiuus.

Solutiones rationũ. ¶ Rationes huius opinionis de facili ſoluuntur, & prima ſoluitur ſic, negando modum argumentandi, & cauſſa negationis eſt: quoniam argumentum eſt in ſecunda figura, in qua non valet argumentari ex ambabus affirmatiuis. *Alia ſo.* ¶ Vel dicendum quòd ſi demonſtratio quia procedit à poſteriori ad prius, procedit ſyllogiſticè hoc modo, videlicet, à poſteriori, tanquàm à medio noto, ſeu à præmiſſa naturaliter nota, & tendit ad prius, tanquàm ad concluſionem ignotam, vt 1. phyſicorum 2. & 2. de anima 12. nec non 2. poſt. 20. & 6. met. 1. inquit Auer. Sed reſolutio licet procedat à poſteriori, tamen non eo modo, quo demonſtratio quia: ſed valdè modo diuerſo, hoc eſt à poſteriori, tanquàm ex fine præcognito; & tendit ad prius tanquàm ad medium per quod poſſumus indagare illum finem, vt clare teſtatur Ariſt. 3. ethicorum cap. 6. *Solut. 2 rõnis.* ¶ Secunda ratio ſoluitur ſic, negando etiam modum argumẽtandi propter cauſſam dictam. *Alia ſo.* ¶ Vel aliter dicendum, quod licet demonſtratio quia ſit proceſſus contrarius cõpoſitioni naturæ non per hoc eſt reſolutio, quoniam demonſtratio quia quando procedit à poſteriori non procedit modo reſolutiuo, ſicut procedit ipſa reſolutio, ſed procedit modo factiuo, & compoſitiuo valde diuerſo ab ipſa reſolutione, vt dictum ſupra. *Solu. 3. rõnis.* ¶ Tertia ratio ſoluitur ſic, negando conſequentiam: quoniam non valet dicere reſolutio non eſt demõſtratio ſimpliciter, nec eſt demonſtratio propter quid: ergo eſt demonſtratio quia: quoniam tunc valeret quando reſolutio eſſet aliqua ſpecies demonſtrationis: ſed quoniam eſt inſtrumẽtum valde diuerſum ab omni ſpecie demonſtrationis licet ſit ſimilis demonſtrationi q͞a, ideo non eſt numeranda inter ſpecies demõſtrationis nec eſt demonſtratio quia.

QVAESITI VERITAS.

ALIORVM opinionibus relatis, ipſiſque exploſis, reſtat veram ſententiam determinare: pro cuius intelligentia eſt Notandum quòd reſolutio 1. poſt. 93. eſt duplex, *Opinio vera.* alia vera, & eſt illa quæ eſt contraria compoſitioni naturæ: quoniam natura quando componit incipit à cauſſis, elementis, & principijs ſimplicibus, & deuenit ad cauſſata, elementata, principiata, & compoſita: Sed reſolutio vera oppoſito modo ſe habet, ſcilicet à cauſſatis principiatis, elementatis, & compoſitis, ad cauſſas, principia, elementa, & ſimplicia. exemplũ, vt totum corpus reſoluitur in partes organicas, partes organicæ in partes ſimilares reſoluuntur, & partes ſimilares in quatuor elementa: & quatuor elementa in materiam, & formam, iuxta illud Ariſt. 1. phiſicorum 44. & 2. de gen. & corr. 6. clarius tamen 3. phyſicorum 45. vbi ait, omne, ex quo eſt, etiam reſoluitur in hoc, hoc eſt in illud aliquod reſoluitur ex quo fuit compoſitum: altera verò eſt reſolutio non vera, quæ non eſt contraria compoſitioni naturę, ſed potius ſequitur

Digitized by Google

tur ſtilum, & ordinem naturæ, & quaſi eſt ſimilis compoſitioni naturæ. Hac præhabita diſtinctione, quiſque ſit certus, quòd liber priorum, & liber poſt. tamquàm vnus liber dicitur reſolutorius, non à reſolutione non vera, quæ eſt ſimilis compoſitioni naturæ, ſed dicitur reſolutorius à reſolutione vera, quæ eſt cõtraria compoſitioni naturæ. ¶ Dices, quòd reſolutio vera eſt triplex, alia naturalis, quæ potius, dicitur corruptio, vt quando natura reſoluit compoſita in ſimplicia, teſte Auer. 1. Phyſicorum 63. cum dicit videmus idem corpus trãſmutari de carneitate, in terreſtreitatem; Alia eſt reſolutio Mechanica, quæ dicitur deſtructio, vt quãdo compoſitum diuiditur in partes, vt tota maſſa carnis diuiditur in partes, & partes in minutas partes. Alia eſt reſolutio rationis facta ab intellectu, quæ eſt diſcurſus ſcientificus compoſitioni contrarius, & alio vocabulo dicitur ab Ariſt. 7. met. 23. nec non 3. ethicorum 6. motus intellectionis. ſtante hac triplici vera reſolutione, à qua iſtarum liber priorum, & poſt. dicitur reſolutiuus? *Dub.*

Sol. ¶ Dicas ex reſolutione vera rationis, quæ ideò dicitur vera, quoniam aſſimilatur reſolutioni veræ naturali, ſicut enim ſcientia dicitur vera; quoniã inſequitur opus naturæ 2. poſt. 94. & 1. cæli 2. ſic etiam reſolutio rationis eſt vera; quoniam inſequitur veram, & naturalem reſolutionem: & hæc vſitatur in artibus, & ſcientijs.

Petitio. ¶ Dices, ſi liber priorum, & poſt. dicitur reſolutorius à reſolutione rationis vera. vellem ſcire in quo libro ſit hæc reſolutio, in libro priorum, vel in libro poſter.?

Reſpõſio. ¶ Dicas cõtra Ioannem Grammaticũ, non fieri in libro priorum, ſed fieri in primo poſt.

Petitio. ¶ Iterum tamquàm curioſus dices, & in qua parte libri primi poſter.?

Reſponſio. ¶ Dicas à textu 7. vſque ad nonum.

Petitio. ¶ Dices, & quomodo ſit hæc reſolutio rationis à 7. vſque ad nonum?

Reſponſio. ¶ Dicas, ꝙ Ariſt. volens habere ſcire demonſtratiuum, primò ipſum præcognoſcit, ſupponit tãquàm finem demonſtrationis in 7. textu ex quo ſcire tamquàm fine præcognito in mente Ariſt. indagat præmiſſas conditionatas in textu nono, tamquàm media ducentia ad talem finem, & dicit ſic: ſi ſcire qui eſt finis demonſtrationis vult à nobis acquiri, oportet, vt acquiratur ex veris, ideſt, per præmiſſas veras primas immediatas priores notiores, & cauſſas concluſionis, quibus poſtea inuentis per reſolutionem illæmet præmiſſæ ordinantur in modo, & in figura: quæ ordinatæ in modo, & in figura ſyllogiſtica ducunt nos ad ſcire finem præcognitum. Vnde reſolutè eſt dicendum, ꝙ liber priorum, & poſt. dicitur reſolutorius à reſolutione, quæ ſit in 1. poſt. à textu 7. vſque ad nonum. qua reſolutione fuit inuentum medium demonſtrationis ſimpliciter: quod quidem cum fuerit reſolutione inuẽtum per ipſum, nos deuenimus ad optatum finẽ, quem omnes natura deſideramus: qui finis ſcire appellatur, ex quo valeant dicentes, ꝙ liber poſt. dicitur reſolutiuus à demonſtratione quia, quæ eſt reſolutio, hoc enim à veritate omnino alienum eſſe probauimus, & iterum nunc demonſtratiua ratione probatur. nam 2. de anima 49. à nobiliori, & principaliori debet fieri denominatio: ſed cum demõſtratio ſimpliciter ſit nobilior demonſtratione quia 1. poſt. 7. meritò ergo iſte liber à reſolutione, quæ ſit in demonſtratione ſimpliciter debet inſcribi, & denominari, quàm à demonſtratione quia & ſic intelligitur Auer. in prologo primi poſt. cum dicit, ſic qui liber de demonſtratione inſcribitur.

¶ Sed dices contra, ſi à nobiliore ſumitur denominatio. ergo iſte liber deberet denominari à demonſtratione quia, quoniam ipſa eſt digniſſima vt refert Auer. 1. poſt. 99. *Replica*

¶ Dicas, quòd demõſtratio quia eſt digniſſima inter alias ſpecies demonſtrationis quia, vt ibidem Auer. ſed non eſt dignior, nec nobilior demonſtratione ſimpliciter. *Sol.*

¶ Dicas contra, à fine vnum quodque denominatur, hoceſt, quanto finis vnius inſtrumenti eſt nobilior fine alterius inſtrumenti, tanto illud inſtrumentum eſt nobilius alio inſtrumento, ſed finis demõſtrationis quia eſt nobilior fine demonſtrationis ſimpliciter: ergo demonſtratio quia eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter: & per conſequens iſte liber potius deberet inſcribi de demonſtratione quia, quàm de demonſtratione ſimpliciter. minor probatur: quoniam demonſtratio quia 1. poſt. 2. & 2. poſter. 20. nec non 2. de anima 12. & 6. met. 1. facit ſcire definitiones, quæ ſunt ſubſtantiæ: ſed demonſtratio ſimpliciter facit ſcire accidentia 1. poſt. 52. & 2. poſt. à textu nono vſque ad 21. necnon 11. met. 1. ſed ſubſtantia eſt melior accidente 2. de anima 2. Auer. ergo clarè ſequitur, ꝙ demonſtratio quia eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter. *Replica*

¶ Dicas, ꝙ demonſtratio quia non facit ſcire ſubſtantiam, ſed exiſtentiam ſubſtantiæ, quæ exiſtentia eſt accidens 2. poſt. 32. & 33. & ſic non ſequitur argumentum. *Sol.*

¶ Sed contra nam 3. de anima 9. exiſtentia, & eſſentia eadem eſt: ergo ſi demõſtratio quia facit ſcire exiſtentiam, facit etiam ſcire eſſentiã: & ſic argumenrũ ſtat in ſuo robore. *Replica*

¶ Dicas, quòd eſſentia, & exiſtentia eadem in diuinis, non autem in alijs. *Sol.*

¶ Dices ergo ad minus, demonſtratio quia in diuinis facit ſcire exiſtentiam, & eſſentiam: ergo eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter. *Replica*

¶ Dicas, ꝙ hoc verum eſt: tamen demõſtratio quia ſi eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter, hoc eſt, *Sol.*

ratione

ratione rei ſcitæ, non autem ratione proceſſus? quoniam ratione proceſſus, ſcilicet, inquantum demonſtratio ſimpliciter procedit per cauſſam ipſa ſine dubio eſt nobilior: ſed inquantum demõſtratio quia facit ſcire ſubſtantiam in diuinis, ſic ipſa eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter. *Replica* ¶ Dices contra, nam 1. phyſicorum 81. & 2. de generatione animalium cap. 1. forma eſt diuina: & tamen demonſtratio quia facit ſcire exiſtẽtiam formæ, & non eſſentiam 12. met. 15. ergo in diuinis non eſt eadem eſſentia, & exiſtentia. *Sol.* ¶ Dicitur, ꝙ quando dicitur in diuinis, intelligitur, hoc eſt, in æternis. *Replica* ¶ Contra materia prima eſt æterna 1. phyſicorum 82. & tamen differt exiſtentia materiæ ab eſſentia: quoniam exiſtentia materiæ dicit accidens, eſſentia verò dicit ſubſtantiam. *Sol.* ¶ Dicas, ꝙ per diuina, & æterna intelligimus ſuperiora, quæ ſunt incorruptibilia, & perpetua. Vnde nota, ꝙ non valet dicere, eſt diuinum, ergo eſt incorruptibile: quoniam forma eſt diuina, tamen ſi non per ſe tamen eſt corruptibilis per accidens. ſimiliter non valet, eſt æternũ, ergo incorruptibile; quoniam materia eſt æterna; tamen ſi non per ſe, ad minus per accidẽs eſt corruptibilis 1. phyſicorum 82. ſuperiora verò, & per ſe, & omni modo ſunt incorruptibilia, teſte Ariſt. 1. de partibus animalium cap. vltimo, his ergo dubitatis, & ſolutis, reſtat firma concluſio, ꝙ demonſtratio ſimpliciter eſt nobilior demonſtratione quia. *Dub.* ¶ Sed circa dicta ſuperius dubitatur, quoniam Ariſt. in libro poſt. cum inuenit medium per reſolutionem: deinde componit illud medium in præmiſſis, & per illud mediũ in præmiſſis ordine compoſitiuo acquirit finem ſuum, qui eſt ipſum ſcire. Vnde eſt, ꝙ liber poſt. potius dicitur reſolutiuus à reſolutione, qua fuit inuentum medium, quàm compoſitiuus à compoſitione, qua itur à medio ad acquirendum ipſum ſcire, tamquam finem? *Sol.* ¶ Dicas quòd nomen ſumitur à nobiliore 2. de anima 49. & quoniam reſolutio eſt nobilior compoſitione, hac de cauſſa iſte liber potius dicitur reſolutiuus, quàm compoſitiuus. *Replica* ¶ Sed dices contra: nam proceſſus, & via, quæ tendit ad eſſe, eſt nobilior illa via, quæ tendit ad non eſſe: quoniam eſſe eſt nobilius non eſſe 1. phyſicorum 81. & 2. de generatione animalium cap. 1. ſed compoſitio eſt via tendens ad eſſe quoniam ſeparata, & diſunita aggregat, & componit: & reſolutio eſt via tendens ad non eſſe: quoniam diſgregat compoſitum & ipſum diuidit, & ſeparat: ergo compoſitio eſt nobilior reſolutione. *Sol.* ¶ Dicitur, ꝙ reſolutio eſt duplex, alia eſt naturalis, & hæc tendit ad non eſſe; alia verò eſt reſolutio rationis, & hæc tendit ad eſſe: quoniam procedit à fine pręcognito, ad inueniendum medium, quod eſt aptum ad acquirendum illum finem, & ab hac reſolutione liber poſt. dicitur reſolutiuus. *Alia ſo.* ¶ Vel dicendum, tamen eſt notandum, ꝙ qui ſcit reſoluere, ſcit componere, & non è contra. primum eſt verum: ſecundum probatur ſic, quoniam Idiotæ ſciunt componere, & non reſoluere: idiotæ enim ſyllogizant, & componunt ſyllogiſmos; ſed ignorant reſoluere illos ſyllogiſmos in propoſitiones, & in terminos. Vnde dicit Ioannes Grammaticus, difficilius eſſe reſoluere, quam componere, ſed quoniã circa difficillima ars, virtuſq; conſiſtit 2. ethicorum cap. 3. ideo Ariſt. inſcripſit potius hunc librum reſolutiuum, quàm compoſitiuum, quoniam quãto res eſt difficilior, tanto, & laborioſior; & maior virtus, & nobilitas in ipſa reperitur. *Alia ſo.* ¶ Vel dicas falſum eſſe, Ariſt. in primo poſt. componere: quoniam in primo priorum compoſuit ſyllogiſmum: hic verò tantum docet regulas componendi demonſtrationes, vt rectè inquit Auer. in Epit. log. cap. 1. & in 3. & 4. quæſito poſt. quæ demonſtrationes poſtea fiunt in alijs ſcientijs, vt Auer. inquit in primo poſt. in prologo. *Dub.* ¶ Dices ſi liber primus poſt. dicitur reſolutiuus, quoniam medium demonſtrationis ſimpliciter, per quod habetur ſcire, fuit reſolutione inuentum: quid dicendũ eſt de ſecundo libro poſt. qui non tractat de medio, ſed de definitione, quæ vt in noſtro quæſito diximus, eſt inſtrumentum valdè diuerſum à demonſtratione, quomodo dicetur reſolutiuus? *Sol.* ¶ Dicas ꝙ ſecundus poſt. dicitur reſolutiuus ab eadem reſolutione, qua dicitur primus: quoniam demonſtratio de cuius conditionibus tractatur in 1. poſter. teſte Auer. 1. poſt. 17. eſt eadem cum definitione, quæ conſideratur in 2. poſt. vt inquit 1. poſt. 64. & 2. poſt. 46. & 47. nec non in Epit. log. cap. de triplici ſpecie definitionis, & vt inquit etiam Auer. in prologo primi poſt. cõditiones, quæ competunt demonſtrationi, competunt etiam definitioni. patet ergo ex his omnibus, quomodo, & qualiter liber priorum, & poſt. dicitur reſolutiuus. *Dub.* ¶ Dices, ſi liber poſt. diceretur reſolutiuus à reſolutione, qua fuit inuentum medium, per quod acquirimus ſcientiam: tũc ſequeretur, ꝙ omnes libri Ariſt. dicerentur reſolutiui: quoniam in omnibus libris Ariſt. ordine reſolutiuo inuenit res tractandas, & conſiderandas, vt inquit Ariſt. 7. met. 23. & 3. ethycorum 6. quem ordinem obſeruat in 1. phyſicorum qui, propoſita intentione, & fine in primo textu, qui finis eſt ſcientia rerum naturalium, inueſtigauit res tractandas. ſimiliter etiam in 1. priorum cap. 1. qui, propoſito fine, ſcilicet, demonſtratione, dixit, quòd prius erat cõſiderandum de ſyllogiſmo quoniam

Digitized by Google

nam demonſtratio non poteſt haberi ſine ſyllogiſmo; ideo dixit in 1. priorum cap. 5. prius dicendum eſſe de ſyllogiſmo, quam de demonſtratione: & non poteſt tractari de ſyllogiſmo, ſi prius non tractatur de propoſitione, & termino, ecce q Ariſt. ordine reſolutiuo inuenit rem conſideratam in libro, vnde omnes libri, & omnes ſcientiæ dicerentur reſolutiui. Sol. ¶ Dicendum, q rei veritas intelligitur ſic, videlicet, q iſti libri dicuntur reſolutiui à fine, qui finis eſt ſcientia demonſtrationis ſimpliciter, quæ fuit acquiſita inſtrumento, ſeu medio, quod fuit inuentum per reſolutionem, & ſic iſti libri non dicuntur reſolutiui ab ordine reſolutiuo, quo res conſiderandæ fuerunt inuentæ, ſed dicũtur reſolutiui à reſolutione qua fuit inuenta ſcientia, quæ acquiritur per mediũ demonſtrationis ſimpliciter reſolutione inuentum, & ſic non dicitur iſte liber reſolutiuus à reſolutione, qua res tractanda inuenitur, ſed à reſolutione, qua ſcientia demonſtrationis ſimpliciter fuit inuenta.

DE PROPORTIONE.

ET quoniam præcognitio nominis, tantam habet vim, ſine qua nulla doctrina acquiri poteſt, dilucidiſſimo Themiſtio referẽte 1.poſt.2. cum ſit fons, & principium omnis noſtræ agnitionis. ideo antequàm declarabitur, quæ nam ſit proportio libri poſter. ad reliquos libros logices, oportet videre, quid ſibi vult hoc nomen proportio: & ſcias, q proportio aliud non eſt niſi comparatio vnius rei ad aliam in perfectione, & nobilitate. Dub. ¶ Quæres modo, quæ nam eſt proportio, ſeu comparatio libri poſt. ad alios libros logices? Sol. ¶ Reſpondet Auer. in prologo, & dicit. Proportio verò eius ad reliquas partes huius artis eſt, ſicut proportio principatus ad illos quibus dominatur, ideſt, principis ad miniſtros, quaſi dicat, q liber poſter. reſpectu aliorum librorum, ſe habet, veluti princeps ad ſubditos, & ſicuti ſubditi debent obedire principi, ſic alij libri logices debent obedire libro poſte. & finis ad ea, quæ ſunt ante finem: ac ſi diceret; q ſicut illa, quæ ſunt ante finem reducuntur ad finem ſic alij libri logices reducũtur ad librum poſter. Proportio verò partis communioris eſt, ſicuti proportio illorum, quæ ſunt ante finem ad finem, & quodammodo eſt ſicut proportio illorum, quibus dominatur ad ipſum dominum: & per inde huius proportio ad reliquas quinque artes eſt verè proportio domini ad illos, quibus dominatur, & illius cui ſubminiſtratur ad miniſtros: illæ enim deductæ ſunt vt ſubminiſtrẽt ſcientiæ demonſtratiuæ, quæ peruenit ex hac parte, concluditur ergo, q liber poſter. reſpectu aliorum librorum logices ſe habet, veluti princeps dominus, & finis, cui omnes alij libri debent miniſtrare, & obedire: &, vt imperfecti reducuntur ad ipſum, tanquam ad perfectũ hæc ergo eſt huius libri proportio.

DE VIA DOCTRINAE.

VIA doctrinæ primo phy. in prologo Auer. triplicem eſſe fateri videtur, Prima, quæ demõſtratio ſimpliciter appellatur, Secunda demonſtratio, propter quid cognominatur: Alia, quæ demonſtratio: quia dicitur, ſciant quæſo omnes, qui facultatem hanc profitentur, q via doctrinæ per quam acquiritur ſcientia præſentis libri, nulla iſtarum eſt, ſed illa eſt, quæ reſolutio prædicatur, qua fuit inuentum medium demonſtrationis ſimpliciter: verum quia res eſt per ſe manifeſta: Ideo circa hac non oportet amplius immorari.

DE NOMINE AVCTORIS.

DE Nomine Auctoris aliqua dicere, poſt alias præcognitiones, non in conſonum eſſe videtur, ſeu vt Græci dicunt, an liber poſter. ſit germanus, & Ariſt. legitimus. Dicunt interpretes Ariſt. compoſuiſſe hunc librum Stagiritæ, Græci viri, Nicomachi filium Philippi amiciſſimum, atque medicum: & nemo fuit qui aliter ſentirẽt, nam præter inſcriptionem, & auctoritatem, magnam fidem facit ſtylus, breuitas ipſa, & ſubtilitas, quæ ab Ariſt. non diſcrepant. Alioqui Ariſt. imperfectus eſſet nam cum tres ſcientias inueniſſet, logicam, naturalem, & diuinam, quomodo Artifex ſcietificus fuiſſet, niſi inſtrumenta, quibus illæ ſcientiæ acquiruntur, tradidiſſet: quorum regulas Ariſt. tradidit in libro poſt.? ¶ Di- Dub.
ces, quare ſit mentio de nomine Auctoris? Sol.
¶ Dicas ad extollendam doctrinam, & ad trahendos auditores ad beneuolentiam, & attentionem: quoniã ſi auctor erit parui momenti, & minoris conditionis, & grauitatis, ac auctoritatis; & eſt rudis, atque ignorans animus ſtudentium non mouetur: non deſiderat, nec ab illo adiſcere cupit. Ariſt. enim vir grauiſſimus, ſummaque auctoritate dignus ad quem omnes currunt, & à quo omnes ſapientes originem habuerũt, & apud poſteros philoſophiæ ſemper principatum obtinuit fuit enim miraculum in natura, quem Deus Optimus Maximus ſic exaltauit, de quo audet Auer. in prologo phy. dicere,

nullus

Digitized by Google

nullus eorum qui ſequuti ſunt eum vſque ad hoc tempus, quod eſt mille, & quingentorum annorum, nihil addidit, nec inuenit in eius verbis errorem alicuius quantitatis, & talem virtutem eſſe indiuiduo vno miraculoſum, & extraneum exiſtit: & cum hæc diſpoſitio cum in vno homine reperitur, dignus eſt vocari eſſe diuinus magis quàm humanus. ¶ Nec non Auer. 2. poſter. 22. ait laudetur qui hunc virum proprie decreuit, ſecundum humanam perfectionem, & ipſum ſeparauit in attingendo finem cuiuſque voluerit in hac ſpecie ob eius bonitatem, quæ acceptat illum, in quo ei complacuerit. ¶ Et 3. de anima 14. dicit, credo enim, quod iſte homo fuerit regula in natura, & exemplar, quod natura inuenit ad demonſtrandam vltimam perfectionem humanam in materijs. ¶ Et 2. cæli 1. nec non 12. meta. 18. ait Alexander, teſte Auer. nos autem non ſumus ſubſtentati ſuper ſententiam huius hominis inter omnes alios, niſi quia videmus ipſam minoris ambiguitatis, & remotiorem à contradictione. ¶ Et 1. de gen. & cor. 38. aſſerit, quomodo fuit poſſibile, quòd ille magiſter primus ita conſentit ſine probatione? cum nunquam creditur aliquid dixiſſe ſine forti probatione, hæ quidem, & aliæ ſunt infinitæ laudes huius miraculoſi viri, quas humana lingua referre non poteſt: ad ipſum ergo, & cum ipſo, & nunquam contra ipſum, & ab ipſo ſemper recurramus, & concluſiones defendamus, & nunquam audeamus, & adiſcamus. eſt enim regula, ſpeculum, & exemplar: regula, quæ ſi nos regulabit nũquàm, mens noſtra errabit: quibus ergo declaratis, expedit modo, ad ſingula verba exponenda accedere, adiuuãte Deo Optimo Maximo à quo petimus auxilium, conſenſum & directionem ad ipſam veritatem.

Secũda laus. *Tertia laus.* *Quarta laus.* *Quinta laus.*

FINIS.

Digitized by Google

DONATI ANTONII CITI MARTINENSIS

IN VIVOLVM PRAECEPTOREM SVVM.

Epigramma.

DOgmata Stagiræ dum VIVOLVS abdita pandit
Nec non quæ ſcripſit Corduba docta, docet,
Barbariem Græcorum fædam, Arabumq; coercens
Eximit ex tenebris quæ latuêre diu.
Si diris iterum Stygijs remeaſſet ab vndis
Non verbis melius tradere poſſet opus.
Fn magnus virtutis honos, nomenq; perenne
Excelſa vt fama docta per ora volat;
VIVOLVS en diuus Stagiræ euaſit alumnus
Palladis en ſplendor, mirus in orbe Sophus;
Aurato en ſolio reſidens vt doctus Iarcas
Ad ſe conuenient plurimi Apollinei;
En Parcæ ducent vitæ ſua fila per æuum,
En ſemper celebris fama perennis erit;
Perge igitur FRANCISCE precor, nec cede labori
Nam reddes ſcriptis aurea ſæcla tuis.

Digitized by Google

FRANCISCI ANTONII VIVOLI
PHILOSOPHI NEAPOLITANI
DILVCIDA, AC PERIPATETICA EXPOSITIO IN LIBRVM POSTERIORVM.

Idem 1. poſter. 101. & 6. top. in 1. loco definitionis, & 1. met. 48. & 6. ethic. c. 4

OMNIS DOCTRINA, & omnis diſciplina, intellectiua fit ex praeexiſtente cognitione.

PERSPICACISſimus ille naturæ inueſtigator Ar. in 4. meteororũ 28. nec non 2. phy. 22. & 79. artem imitari naturam, memoriæ proditum reliquit: & cum in natura admirabilis reperiatur ordo, veluti 8. Phy. 15. teſtatur dicens, nihil eorum, quæ natura conſtant inordinatum eſt, verùm etiam 3. cæli 24. inquit, ordo eſt propria natura ſenſibilium, cum igitur in natura ſemper reperitur ordo, ſic in arte ordinem reperiri, neceſſarium eſt, cum ſit imago, & ſequela naturæ, vt protulit Auer. 1. poſt. 41. 56. & 2. poſt. 94. & 1. cæli 2. cum dixit tunc artes, & ſcientiæ ſunt veræ, cum inſequuntur opus naturæ. cùm igitur in omnibus entibus ordo reperiatur, 12. met. 52. & 2. de gen. & cor. 57. ideo rationi conſonum eſt, cùm vt periti artificis munere fuugar, tum etiam vt Ar. & Au. ac denique naturæ dogmata ſequar, vt ordo in ſingulis textibus exponendis ſeruetur. ordo. n. (vt Cicero 2. de oratore affirmat) ſit qui memoriæ lumen affert. ordo enim confuſionem aufert, & rebus explicandis plurimum conducit, &, vt aſſerit Plato, ab eo, qui ordine caret, præſtat non diſcere. ordo ergo eſt hic, quem omnes maiores noſtri in ſingulis Ar. ſententiis interpretandis obſeruare ſolent. Primò, textum cum textu continuant: Secundò intentionem, eiusq; cauſſam aſsignant: Tertiò diuiſionem afferunt: Quartò, ſyllogiſmum textualem erigunt: Quintò, verba ponderant: Sextò dubitant, & ſoluunt. & non immeritò, qm vbi continuatio, ibi memoria, vbi intentio, ibi non eſt ambiguitas, vbi cauſa intentionis, ibi quietatio; vbi diuiſio, ibi intelligentia; vbi verborum ponderatio, ibi determinatio; vbi dubitatio, ibi acuitas; vbi ſolutio, ibi dubitationis ceſſatio. nos autem eorum veſtigia inſectantes non aliter procedemus. Quo igitur ad primum hic textus continuari non poteſt; qm continuatio eſt memoria rei præteritæ cum narratione rei docendæ, cum ordine inter rem edoctam, & rem docendam hic tex. cùm ſit primus, non habet priorem cum quo continuatur. ideo relicta eius cõtinuatione particulari aſsignanda ẽ cõtinuatio vniuerſalis, & eſt talis poſtq; Ar. in lib. priorum explicauit vnam partem demonſtrationis, q̃ gerit vicem formæ, quæ eſt ipſa ratiotinatio, ſeu ſyllogiſmus in hoc libro poſt. explicat aliam partem quæ gerit vicem materiæ, quæ ſunt præmiſſæ verè, vt inquit Au. in prologo libri poſt. clarius Ar. 1. priorum cap. 5. dum inquit prius. n. de ſyllogiſmo eſt dicendum, poſterius de demõſtratione, quam cõtinuationem epilogat 2. poſt. 100. cum dicit de ſyllogiſmo, & de demõſtratione dictũ eſt, modò eſt aſſignãda intẽtio, & dicimus intẽtionẽ Ar. eſſe manifeſtare, ſcientiam demonſtratiuam, & definitiuam fieri ex præexiſtente cognitione: cauſa intentionis eſt, ne aliquis crederet, ſcientiam demonſtratiuam, & definitiuã non fieri ex præexiſtente cognitione: qm Ar. in textu nominat, ſolùm ſyllogiſmum inductionem, exemplũ & enthimema: & non nominat demonſtrationem, nec definitionem. ¶ Diuiditur hic text' in 3. partes, in 1. ponit illam dignitatem tamquam maiorem (omnis doctrina fit ex præexiſtente cognitione) in 2. ibi (Manifeſtum) manifeſtat eam duplici inductione: vna inductione facta in ſcientiis ſpeculatiuis, & in artibus operatiuis: alia inductione facta in inſtrumentis, quibus acquiruntur ſcientiæ: in 3. ibi (ſimiliter & Rethoricæ) remouendo dubitationem perficit ſecundam inductionem in omnibus inſtrumentis, erigendus venit modò ſyllogiſmus, & maior eſt in textu, quæ eſt talis, omnis doctrina, & omnis diſciplina fit ex præexiſtente cognitione: minor extra textum, ſed ſcientia demonſtratiua, & definitiua eſt doctrina, & diſciplina. ergo ſcientia demonſtratiua, & definitiua fit ex præexiſtente cognitione. ¶ Dices quarè Ar. tetigit maiorem ſolum, & non minorem? ¶ Reſpondet Au. in Epit. log. cap. de Rhethorica demonſtratiua: & dicit qm maior propoſitio

Ordo ſeruandus.

Quid eſt continuatio.

Additio.

Diuiſio tex.

Dub.

Sol.

potentia continet minorem, & cõcluſionem: & clarius Ar. 7. ethic. cap. 5. inquit, qm̃ propoſitio maior eſt caput ſyllogiſmi. oportet, nunc verba ponderare. Verùm nota, intelligentiam totius dependere ab intelligentia partium: qm̃ totum 1. phy. 17. nil aliud eſt, niſi partes: necnon 4. phy. 43. & 3. cæli 8. quare tota hæc maior propoſitio intelligi non poteſt, niſi prius intelligantur partes, quæ ſunt ſubiectum, & prædicatum, & copula 1. priorum cap. 1. ſubiectum eſt ly (omnis doctrina, & omnis diſciplina intellectiua) copula verò eſt ly (fit) prædicatum, ly (ex præexiſtente cognitione) quibus perſcrutatis tota propoſitio erit dilucidata, quæ cùm fuerit

Additio. probata patebit falſitas opinionis Socratis, & Eracliti, qui dicebant, ꝙ non datur ſcire, & Platonis dicentis ꝙ datur ſcire, tamen non datur ſcire de nouo, & ꝙ noſtrum ſcire eſt ſolùm reminiſci, ſicut. n. agens naturale non inducit nouam formam in materia niſi corrumpat aliam iuxta illud Ar. 1. de gen. & cor. 17. 18. & 21. corruptio vnius eſt generatio alterius, v. g. fabricator non inducit formam campanilis in lapidibus ſi primò nõ remouet, & corrumpit formam domus, quæ reperitur in illis lapidibus, ſic Ar. non inducit modum quo modo ſcientia fit, & acquiritur in nobis niſi prius deſtruat opiniones falſas veritati repugnãtes.

Verborũ ponderatio. Et primò quæritur quare Ar. poſuit illud ſignum (omnis) quod eſt vniuerſaliter ſignificatiuum, vt dicit Ar. 1. per hermenias, cap. 5. cum ſubiecto propoſitionis, & non cum prædicato? dixit enim oĩs doctrina fit ex præexiſtẽte cognitione; & non dixit, doctrina fit ex omni præexiſtente cognitione. ¶ Reſpondet Ar. 1. Periheremias t. 5. & 1. poſt. 90. & dicit, quia illud ſignum ſcilicet (omnis) quod ſepimentũ vocat ibi Au. qñ ponitur cum prædicato, facit propoſitionem incongruam, & falſam, vt ſi diceres, homo eſt omne animal.

Dub. ¶ Dices ergo Ar. facit falſam propoſitionem in 2. poſt. 1. vbi cum prædicato ponit ſignũ vniuerſaliter ſignificatiuum, qñ. d. quæſita ſunt æqualia numero iis quæcumque ſcimus.

Sol. ¶ Dicas ꝙ qñ illud ſignum ſumitur appropriatè & æquiualenter ad particulare, poteſt poni cum prædicato, & ſic ſumit Ar. 2. poſt. 1. non autem diſtributiuè, & vniuerſaliter.

Dub. ¶ Iterum dices Ar. 5. met. cap. de eodem inquit, ꝙ hoc ſignum non ponitur cum ſubiecto.

Sol. ¶ Reſpondet ibidem Ar. & dicit quòd non ponitur cum ſubiecto ſingulari: non enim valet dicere omnis fortes; ſed ponitur cum ſubiecto communi, vt omnis homo.

Replica. ¶ Dices contra, nam cælum eſt ſubiectum ſingulare, & mundus, & tamen Ar. 1. cæli 96. & 5. met. 17. & 3. cæli dicit totum cælum, & in tex. 98. dicit totus mundus, modò totum, & omne 1. cæli 5. & 3. phy. 64. idem eſt. ergo non ſolùm ponitur cum ſubiecto communi, ſed etiam cum ſubiecto ſingulari.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ Ar. tanquam philoſophus non negat, ꝙ cum ſingulari æterno ponatur hoc ſignum, ſed dicit non poni cum ſingulari ſubiecto corruptibili: dicitur enim, omnis mundus: ſed non dicitur omnis ſortes.

Dub. ¶ Dices, quarè cum ſubiecto ſingulari æterno, & non cum corruptibili?

Sol. ¶ Dicitur, qm̃ cum ſingulari æterno adeſt natura cõmunis, & vniuerſalis: quæ non eſt in ſingulari corruptibili; vt notat Auer. 1. poſt. 40. & 41. & 65.

Dub. ¶ Dices, hoc ſignum ponitur ne aliquandò cum prædicato?

Sol. ¶ Dicas, ſic: & nota, ꝙ qñ prædicatum ſua natura remouetur, & negatur à ſubiecto, tunc cum ſubiecto ponitur ſignum affirmatiuum, & cum prædicato ponitur ſignum negatiuum, vt omnis homo eſt nullus bos: ſimiliter nota, qñ prædicatum non habet niſi vnum ſubiectum, etiam cum prædicato, ponitur ſignum affirmatiuum, vt ſol eſt omnis ſol. & qñ prædicatum eſt communius ſubiecto, tunc cum ipſo ponitur ſignũ particulare, vt omnis homo eſt aliquod animal; vt 2. poſter. 94. aſſerit Au. His declaratis optimè Ar. poſuit, ly omnis, cum ſubiecto, & non cum prædicato propoſitionis, dicens, (omnis doctrina, & omnis diſciplina fit ex præexiſtẽte cognitione.

Dub. ¶ Dices, doctrina, & diſciplina eſt genus, vt dicit Ar. in cap. de qualitate, ſed genus eſt prædicatum, 1. poſt. 30. & 1. top. cap. de genere, & Ar. poſuit ſignum vniuerſaliter ſignificatiuum cum doctrina, & diſciplina: ergo cum genere, & per conſequens cum prædicato, & non cum ſubiecto.

Sol. ¶ Dicitur, doctrinam, & diſciplinam eſſe genus reſpectu ſuarum ſpecierum: ſed eſt ſubiectum reſpectu prædicatorum, quæ de ipſo prædicantur.

Dub. ¶ Sed dices, quid intelligit Ar. per doctrinam, & diſciplinam?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ intelligit idem: qm̃ ſunt nomina ſynonima, vt 3. phy. 22. patetq; eoq; magis, qm̃ ſolet vti vno pro alio: nominat enim doctrinam, & non diſciplinam. 6. ethic. cap. 4. & nominat diſciplinam, & non doctrinam, 1. met. 48. & 1. poſt. 4. ex quo ſequitur, ꝙ ſiue dicas, omnis doctrina, ſiue dicas, omnis diſciplina, diuiſim, ſeu coniunctim, idem eſt.

Dub. ¶ Dices, ſi ſunt idem, quare dicitur doctrina, & diſciplina, & quomodò ſunt idem?

Sol. ¶ Nota, ꝙ dicit Ar. 3. phy. 20. & 21. ꝙ vnus & idem motus in numero ſub diuerſo reſpectu habet duo diuerſa nomina: dicitur actio, & dicitur paſsio, dicitur actio, vt prouenit ab agente; & dicitur paſsio, vt recipitur à patiente: exemplum; qñ dominus verberat ſeruum; ille motus vnus numero, quem facit, ſeu illa verberatio reſpectu domini, qui verberat, dicitur actio: & ille met motus dicitur paſsio in quantum recipitur à ſeruo pa-

tiente

tiente illum motum, ſeu illã verberationem: ſimiliter vna, & eadem ſcientia numero habet duo nomina diuerſa; dicitur doctrina, & diſciplina: dicitur enim doctrina, ſeu doctio, quia eſt actus à didaſcolo tendens in diſcipulum: .i. quia eſt actio docentis 3. phy. 20. i. inquantum exit ab ore doctoris, quando docet diſcipulum. ¶ Vel dicitur doctrina, quia eſt docibilis, vt 6. ethic. cap. 4. declarat Ar. & dicitur diſciplina inquantum auditur, & recipitur à diſcipulo. ¶ Vel quia eſt diſciplinabilis, vt 6. ethic. cap. 4. ait Ar. vnde ſequitur ꝙ hæc duo nomina ſunt eadem ſubiecto, quia ſignificant eandem ſcientiam, ſed differunt ratione, & habitudine 3. phy. 22. ex quo ſequitur, ꝙ dicitur ſcientia reſpectu ſcibilis: quæ ſcientia nominatur doctrina reſpectu doctoris, & dicitur diſciplina ratione diſcipuli: ſed nota, ꝙ doctrina non ſolùm dicitur illa, quæ exit ab ore doctoris; ſed etiam quando doctor, qui eſt vox viua fuerit abſens, vel mortuus, vicè doctoris ſcriptura faciunt doctrinam, ac ſi doctor doceret: tamen differunt in hoc, qm̃ doctor, qui eſt viua vox principaliter, & magis imprimit, & accendit animum audientis, illumque magis reddit attentum, & vt dicit Au. 9. met. 16. magiſtri qñ faciunt addiſcentem eſſe ſcientem, non ceſſant docere addiſcentem, donec perueniat ad ſuam vltimam perfectionem: quod ſumunt à natura, quæ non ceſſat mouere rem donec perueniat ad ſuam vltimam perfectionem, libri verò, & ſcriptura ſecundario ad ſupplementum vocis doctoris, & per accidens, ex quo Nota, ꝙ duo ſunt doctores qui docent, primus eſt vox viua, quæ dicitur doctor principalis, & ſecundus eſt ſcriptura.

Alia expoſitio. *Alia expoſitio.* *Notandum.*

Dub. ¶ Dices, ſi doctrina & diſciplina ſunt nomina ſynomina idem ſignificantia; Ar. non debebat nominare vtramque, ſed vnam tantùm, veluti 1. met. 48. nominauit ſolùm diſciplinam, & 6. ethic. cap. 4. ſolùm doctrinam, & cauſa eſt, qm̃ fruſtra fit per plura, quod fit per pauciora 1. phy. 50. & 56. & 12. met. 45. & 3. de partibus animal. cap. 4. nec non 2. de anima 88. & 2. de partibus animalium 26.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ nominauit vtramque, habens oculos ad tyrones, ne fortè crederent, ꝙ non ſunt ſynonima, alibi verò nominauit vnam ſolùm qm̃ loquitur ad prouectos.

Alia ſol. ¶ Vel dicas ꝙ ſicut doctor, & diſcipulus ſunt duo relatiua; ſic doctrina, & diſciplina ſunt relatiua; vt in cap. de relatiuis aſſerit Ar. & qm̃ qui nominat vnum relatiuorum, debet nominare reliquum ideò hic nominauit doctrinam, & diſciplinam.

Replica. ¶ Sed dices, ſi hæc ſunt relatiua, & qñ nominatur vnum debet nominari reliquum, ergo Ar. eſt diminutus in 1. met. 48. & 6. ethic. cap. 4. vbi nominauit vnũ tantùm.

Sol. ¶ Dicas ꝙ Ar. hic nominauit vtrum que expreſsè, ibi verò tacitè.

Dub. ¶ Dices, nomina idem ſignificantia 1. cæli 1. & 4. phy. 45. & 129. non viſitantur in doctrina demonſtratiua, cum ergo Ar. ſit artifex demonſtratiuus, non deberet vti his nominibus, ſcilicet, doctrina, & diſciplina, quæ ſunt ſynonima.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ ſynonima duplicia ſunt quædam, quæ ſignificant idem, ſm̃ rem, & ſm̃ definitionem, vt tunica, veſtis, & indumentum. Alia verò ſunt, quæ ſignificant idem, ſecundum rem, & non ſecundum definitionem, vt ens, & vnum 6. met. 3. doctrina demonſtratiua vtitur ſynonimis non primo modo, ſed ſecundo modo, doctrina & diſciplina ſunt ſynonima: ſecundo modo, non primo modo, vt teſtatur Ar. 3. phy. 22. & ſi fortè doctrina, & diſciplina eſſent ſynonima primo modo, ſic etiam poſſent vſitari in doctrina demonſtratiua, tamen vt vnum eſt expoſitiuum alterius, veluti 4. phy. 45. docet Au. ſic etiam hic ſumi poſſunt.

Dub. ¶ Sed, dices, ꝙ doctrina, & diſciplina ſunt diuerſa: ergo non ſynonima, quod denotat illa particula (&) poſita inter doctrinam, & diſciplinam.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ ly (&) non ſumitur coniunctiuè, ſeu copulatiuè, pro ut habet coniungere, ſeu copulare diuerſa: ſed ſumitur expoſitiuè, pro (id eſt) q. d. omnis doctrina (&) id eſt, omnis diſciplina: hæc enim eſt vetus conſuetudo Ar. qñ loquitur ad tyrones, vel qñ res ſunt difficilis cognitionis, vti ſynonimis prout 1. phy. 1. & 3. vbi idem intelligit per principia, cauſas, & elementa, & 12. met. 23. & 1. phy. 2. & 3. vbi clarè ſynonimis vti videtur, qñ dicit (ſunt autem primum nobis dilucida, ac manifeſta) quis nam ignorat, hæc eſſe ſynonima? (intellectiua) Nota, ꝙ in text. Græco legitur dianoitichi, .i. dianoetica, quod verbum aliqui transferunt intellectiuam, alij verò diſcurſiuam, ex qua varia trãſlatione diuerſæ oriũtur interpretationes, & maximè inter Au. & Alfarabium. Nos autem dicimus, ꝙ debet legi intellectiua, quod includit diſcurſiuam.

Petitio. ¶ Dices, quid intelligitur per diſcurſiuum?

Reſponſ. ¶ Dicas, ſcientiam acquiſitam per quatuor ſpecies diſcurſus, .i. per ſyllogiſmum, inductionem, exemplum, & enthimema, vt patet in text. qui diſcurſus eſt operatio humanæ mentis, non ſenſus, nec animæ vegetatiuæ: qm̃ plantæ, & bruta & zoophita diſcurſu ſunt priuata, & mente, carent: non enim hæc cognoſcunt notum, & ignotum, & quid intelligit per intellectiuam? ¶ Dicas, ꝙ intelligitur ſcientia acquiſita per demonſtrationem, & definitionem, & ſcientia primorum principiorum, non communium, ſed propriorum 1. met. 48.

Dub. ¶ Dices Ar. hic non nominat demonſtrationem, & definitionem, ſed ſyllogiſmum, inductionem, exemplum, & enthimema.

Reſponſ. ¶ Dicas ꝙ quando nominat ſyllogiſmum,

Digitized by Google

logiſmu , nominat demõſtrationem, qm̃ genus virtute continet ſpecies, qui ſyllogiſmus 1. poſt. 8. eſt genus, & demõſtratio eſt ſpecies, & etiam nominando demonſtrationem, nominat etiam definitionem: qm̃ 1. poſt. 64. & 2. poſt. 47. definitio, & demõſtratio ſunt idem quæ demonſtratio potentia continet definitionem, 1. poſt. 11. Au. Dub. ¶ Dices, quarè in 1. met. 48. nominauit demonſtrationem, & definitionem, hic verò non? Sol. ¶ Dicas, qm̃ hic non erat manifeſtum vtrũm ſcientia demonſtratiua, & definitiua fiat ex præcedente cognitione, ſed cùm fuerit deinde probatum, expreſsit in 2. poſt. 101. & 1. met. 48. & nota, ꝙ dicitur intellectiua, vel diſcurſiua ad differentiam ſcientiæ angelorum, quæ non eſt diſcurſiua ſed à Deo ſolo infuſa, quæ dicitur per infuſionem, & ad differentiam artium, & diſciplinarum, animalium brutorum, quæ non acquiruntut ex præcognitione quia non ſunt diſcurſiuæ, & ad differentiam cognitionis ſenſitiuæ, quæ 1. poſt. 3. non fit ex præcedente cognitione. Dub. ¶ Dices, quarè Ar. hic dixit omnis doctrina, & oĩs diſciplina intellectiua, & in 1. met. 48. non nominauit, nec intellectiuam, nec diſcurſiuam? Sol. ¶ Dicas, ꝙ ſatis eſt hic dixiſſe. ideò repetere non oportebat (ſit) pro expoſitione hui⁹ particulæ, eſt ſciendum, ꝙ in natura, quando res eſt completa, & perfecta: tunc dicimus ꝙ illa res eſt: quando verò non eſt completa, tunc dicimus illa res fit: exemplum in arte: veſtis, quando eſt completa, ab artifice tunc dicitur veſtis eſt: ſed dum non eſt completa, ab artifice tunc dicitur, veſtis fit ab artifice, quod aſſerit Ar. 8. phy. 58. ſimiliter, ſcientia dum exit ex ore doctoris erga diſcipulum, non eſt completa, ſed fit in diſcipulo: ideò Ar. dixit (fit) & non dixit eſt. Alia expoſitio. ¶ Vel dixit (fit) propter Platonem, qui vult noſtrum ſcire non eſſe de nouo, ſed eſſe quodam reminiſci. Alia expoſitio. ¶ Vel dixit (fit) propter prima principia communia, quorum notitia nobis eſt naturaliter cognita ab ineunte ætate, quæ non fit, ſed eſt, teſte Au. 1. poſt. 134. quæ non reminiſcimur qñ & quõ nobis aduenerint, & ſic eorũ notitia non fit, cùm de nouo non inſit nobis, ſed eſt ad differentiam primorum principiorum propriorum, quorum notitia non eſt, ſed fit. Dub. ¶ Dices contra: nam Ar. 1. met. 48. dicit omnis diſciplina eſt, & non dicit (fit) ergo expoſitio data eſt falſa. Sol. ¶ Soluitur: verùm nota, ꝙ ſicut in natura, ſic etiam in arte: vt 2. phy. 22. & 4. meteororũ 28. in natura enim aliquando res eſt in eſſe, & modo imperfecto, quod eſſe modo imperfecto idem eſt, ac ſi diceres res fit. Aliquando res eſt modo perfecto, & tunc verè eſt, ſic in arte: qñ doctor docet diſcipulum, illa ſcientia eſt in diſcipulo tamen imperfecto modo .i. illa ſcientia fit in diſcipulo. quare qñ dixit Ar. omnis diſciplina eſt, ſumitur ibi ly (eſt) modo imperfecto, quod idem eſt, quod ſit. Alia expoſitio. ¶ Vel dixit (fit) .i. accedit: ſicut ipſe ſe declarat paulò inferius, qñ dicit, mathematicæ namque ſcientiæ per hunc modum accedunt. Alia expoſitio. ¶ Vel dixit (fit) .i. ſe habet, vt 6. top. in 1. loco definitionis. Alia expoſitio. ¶ Vel dixit, (fit) pro addiſcitur, vt ſe ipſum exponit 2. poſter. 101. Alia expoſitio. ¶ Vel dixit (fit) .i. acquiritur à diſcipulo, vt Auer. exponit in paraphraſi. Alia expoſitio. ¶ Vel dixit (fit) pro ineſt diſcipulo, vt ibidem Au. Alia expoſitio. ¶ Vel dixit (fit) .i. ſcitur, vt exponit Au. 6. ethic. cap. 4. Alia expoſitio. ¶ Vel dicendum, ꝙ fieri nil eſt, niſi reduci de potentia ad actum 9. met. 9. & 12. met. 18. ideò dixit (fit) .i. reducitur de potentia ad actum (ex) hæc præpoſitio plura ſignificat. primò enim ſignificat materiam, vt domus fit ex lapidibus 5. met. 19. ſignificat etiam ordinem, vt album fit ex nigro, .i. corpus poſt album, fit nigrum, vt 1. phy. 43. & 1. de gen. an. cap. 18. & 2. met. 7. & 8. phy. 4. vt diſcipulus ex ignorante fit ſciens, .i. poſt ignorantem fit ſciens: ſignificat etiam cauſam efficientem principalem, 5. met. cap. 24. vt ex quo pugna? .i. quis fuit cauſa agens pugnam? ſignificat etiam cauſam efficientem, inſtrumentalem, veluti ſerra ſecat lignum: vt 2. phy. 30. quibus ſignificatis ſic ſtantibus, dicimus ꝙ ly (ex) ſumitur hic, vt dicit cauſſam efficientem, inſtrumentalem. (præexiſtente cognitione) Nota ꝙ præexiſtens cognitio eſt duplex in epit. log. cap. de reth. demon. & cap. 1. Alia vocatur dirigens, ſeu præparans, vt Au. in libro de inſomniis cap. penultimo. Alia verò agens, & nota ꝙ dicitur dirigens, qm̃ dirigit ad ſcientiam, quæ præcognitio dirigens eſt duplex. Alia quid nominis. Alia quia eſt, ſeu ſi eſt appellatur, dicitur agens: quoniam actu, & immediatè agit ſcientiam, quæ duplex eſt, quædam demonſtratiua, vt ſunt præmiſſæ conditionatæ, quæ ſunt factiuæ, vt dicit Auer. 1. poſt. 2. & Ar. in libro de motu animalium, cap. 4. Alia eſt definitiua, vt ſunt partes definitionis, genus nempe, & differentia: hic Ar. intelligit vtramque præcognitionem tàm dirigentem: quàm agentem; tàm demonſtratiuam, quàm definitiuam. quare exponatur textus hoc modo (omnis doctrina, & omnis diſciplina) id eſt, omnis ſcientia, quæ diuerſo reſpectu dicitur doctrina, & diſciplina, quæ eſt potentia ſcibilis (intellectiua) .i. quæ habet per quatuor ſpecies diſcurſus, per ſyllogiſmum, inductionem, exemplum, & enthimema: & etiam per demonſtrationem, & definitionem, & ſcientiam, primorum principiorum propriorum (fit) .i. eſt, accedit, ſe habet, addiſcitur, acquiritur à diſcipulo, ineſt diſcipulo, ſcitur à diſcipulo, reducitur de potentia ad actum

(ex præ-

Digitized by Google

(ex præexiſteute cognitione) .i. dirigente,
& agente actu exiſtente tempore, præcedente
talem ſcientiam 2. de anima 54. 3. phy. 17.
2. de gen. & cor. 53. & 9. met. 20. .i. ex præ-
miſsis actu exiſtentibus, & tempore præce-
dentibus ſcientiam de concluſione, quæ præ-
miſsæ faciunt ſcientiam. qm̃ ſcientia non
poteſt facere ſe ipſam; ſed requiritur agens,
quòd faciat ipſam: veluti ſunt præmiſſæ: qm̃
dicit Ar. in libro de motu animalium cap. 3.
ꝙ oportet præexiſtere mouens ei quod mo-
uetur; & generans ei, quod generatur, ipſum
autem ſeipſo, nullum eſt prius quod 2. de ani-
ma 47. confirmat, dicens, nihil poteſt moue-
re, neque generare ſe ipſum, nec non 9. met.
13. ſimiliter ſcientia definitiua fit ex eſſe, &
nomine definiti: tamquam ex præcognitione
dirigente, & ex genere, & differentia, tam-
Noua ex quam ex præcognitione agente. ¶ Vel ali-
poſitio. ter exponatur; ſicuti exponit Ariſt. 2. de
anima 58. omnis addiſcens, qui eſt poten-
tia ſciens (fit) actu ſciens accipit ſcientiam
(ex præexiſtente cognitione) id eſt, à do-
cente, actu exiſtente, tempore præceden-
Dub. te ipſum addiſcentem. ¶ Dices, quarè
non dixit, omnis doctrina, & diſciplina eſt
præexiſtens cognitio in recto, ſicut dixit ex
Sol. præexiſtente cognitione in obliquo? Dicas
ad denotandum finem non eſſe idem cum in-
ſtrumento ad finem, vt ſecare non eſt idem
cum ſerra, & qm̃ ſcientia, ſeu doctrina eſt
finis, & præexiſtens cognitio vti ſunt præ-
miſſæ ſunt inſtrumentum ad ſcientiam: ideò
dixit in obliquo non in recto; vt ſecare non
eſt ſerra: ſic ſcientia non eſt præexiſtens co-
gnitio; ſed præexiſtens cognitio facit ſcien-
Dub. tiam. ¶ Amplius 1. de gen. an. cap. 1. & 3.
phy. cap. de infinito, ars non ſuffert proceſ-
ſum in infinitum; modò ſi doctrina fit ex præ-
exiſtente cognitione, ergo fit ex alia doctri-
na, & hæc ex alia, & ſic committitur proceſ-
ſus in infinitum: ſed talis proceſſus commit-
ti non debet, ergo doctrina non fit ex præexi-
Sol. ſtente cognitione. ¶ Dicas, ꝙ doctrina fit ex
præexiſtente cognitione, non vt doctrina eſt,
Dub. ſed vt eſt ſcientia. ¶ Amplius id, quod fit, eſt
imperfectum; vt patet 8. phy. 58. & 1. phy.
64. ſed ſcientia fit, vt dicitur in tex. ergo eſt
imperfecta quod eſt Ar. 6. ethic. cap. 4. vbi in-
quit, ꝙ ſcientia eſt habitus concluſionis per
Sol. demonſtrationem acquiſitus. ¶ Dicas, ꝙ
ſcientia fit, & eſt imperfecta non ratione ſui,
Dub. ſed ratione addiſcentium. ¶ Amplius 1. phy.
64. id, quod fit, eſt compoſitum: ſed ſcientia
eſt ſimplex: qm̃ eſt accidens in anima reſi-
dens, vt in anteprædicamentis cap. 2. ergo
Sol. ſcientia non fit. ¶ Dicas, ꝙ ly (fit) non ſu-
mitur hic pro generatur, ſicuti ſumitur in 1.
phy. 64. ſed ſumitur hic pro acquiritur.
¶ Sed contra, id generatur, quod prius non
erat, & poſterius eſt 1. cæli 112. ſed ſcientia Replica.
prius non erat in anima addiſcentis, & po-
ſterius eſt: ergo ſcientia verè generatur.
¶ Dicas ꝙ ſcientia ſemper eſt: qm̃ eſt æterna
6. ethic. 4. 1. poſt. 62. 63. & 7. met. 35. & 53. Sol.
& vt æterna eſt, non generatur: ſed ſi genera-
tur, & fit, non niſi ratione addiſcentis. ¶ Ite-
rum dices quare Ar. nominauit prius doctri- Dub.
nam, & poſt diſciplinam? ¶ Dicitur, qm̃ ſicut
doctor eſt prior diſcipulo, ſic doctrina eſt Sol.
prior diſciplina, & qm̃ ſicut res ſunt, ſic de-
bent ordinari, meritò Ar. prius doctrinam,
deinde diſciplinam ſituauit. ¶ Dices, contra Dub.
qm̃ aliquis homo, vt ſortes prius eſt diſcipu-
lus, deinde doctor, ergo ſicut eſſe diſcipulum
præcedit eſſe doctorem; ſic diſciplina debet
præcedere doctrinam, & per conſequens de-
bebat Ar. prius nominare diſciplinam, &
deinde doctrinam. ¶ Dr̃, ꝙ in vno, & eodem Sol.
indiuiduo verum eſt, ꝙ diſcipulus eſt prior
doctore, ſed in diuerſis indiuiduis, doctor eſt
prior diſcipulo. ¶ Iterum dices qn̄ aliquis ex Dub.
ſe ſine doctore addiſcit aliquid, illa ſcientia
fitne ex præexiſtente cognitione? ¶ Dicas, Sol.
quòd ſi illa ſcientia eſt alicuius concluſio-
nis, vel præmiſſæ, quam addiſcit viſu ſcri-
ptorum, fit ex præexiſtente cognitione; ſi
verò eſt ſcientia primorum principiorum,
quæ inuentiua dicitur, non fit ex præexiſten-
te cognitione.

Manifeſtum autem hoc ſpeculantibus in omnibus mathematicæ, enim ſcientiæ per hunc modum accedunt, & aliarum vnaquaque artium.

CVM propoſuit illam vniuerſalem propo-
ſitionem, quę eſt maior ſyllogiſmi: nunc vt di-
cit Au. in paraph. in omnibus ſcientiis, & ar-
tibus veram eſſe inductione, manifeſtat, ꝙ de-
notat illa particula (manifeſtum eſt) vnde
duo facit, primò .n. ponit modũ probãdi eſſe,
veram .ſ. per inductionem: ſecundò facit in-
ductionem ibi (mathematicæ) quo igitur ad
primum dicit (manifeſtũ aũt hoc) .i. hoc, quod
dictũ eſt, ſ. ꝙ omnis ſcientia fit ex præexiſtẽte
cognitione: negari non poteſt (aũt) .i. qm̃ (ma
nifeſtũ eſt) hoc eſt, manifeſtè apparet, dixit,
manifeſtũ, denotando modũ probandi eſſe ꝑ
inductionẽ, cuius propriũ eſt, nõ probare, ſed
manifeſtare 2. prior. 23. (ſpeculantib9) .i. illis
qui faciunt ſpeculationẽ, inductionem, inqui-
ſitionem 1. poſt. 134. in omnibus ſingularibus
ſcientiis, & artibus, qui non poſſunt aliquã il-
larũ addiſcere, ſi illã non addiſcũt ex præexi-
ſtente cognitione (mathematicæ .n. ſcientiæ)
nunc facit inductionem, & dicit, mathemati-
cæ enim ſcientiæ .i. ſpeculatiuæ ſingulæ, vt
geometria, arithmetica, muſica, & proſpe-
ctiua (accedunt) .i. fiunt, acquiruntur à
nobis addiſcentibus: q. d. non per alium
modum,

modum, niſi per (hunc) ſupradictum, .ſ. ex præexiſtente cognitione: aliter impoſsibile erit, vt dicit in 2. poſt. 101. & non ſolùm ſcientiæ mathematicæ, quæ ſunt ſpeculatiuæ, ſed etiam .q.d. vnaquæq; aliarum artium, .ſ. operatiuarum, vt ædificatoria, textoria, & ſutoria, quæ ſunt aliæ, .i. diuerſæ à ſcientiis ſpeculatiuis, accedunt, .i. ſiunt ex præexiſtente cognitione, patet ergo ꝙ tàm ſcientiæ ſpeculatiuæ, quàm artes operatiuæ acquiruntur ex præexiſtente cognitione, .q.d. Ar. hæc ſcientia mathematica, vt geometria; hæc ſcientia mathematica, vt perſpectiua, & hæc, vt arithmetica, & hæc, vt muſica, & aliæ ſingulares artes, vt hæc, quæ dicitur ſutoria, & hæc, vt textoria, & hæc, vt ædificatoria, & omnes aliç ſiunt ex præexiſtente cognitione, & impoſsibile eſt, aliter fieri: ergo vera eſt vniuerſalis, .ſ. omnis ſcientia, immò omnis ars fit ex præexiſtente cognitione.

Dub. ¶ Dices, quæ artes ſiunt ex præexiſtente cognitione?

Sol. ¶ Dicas, omnes artes operatiuas, ſeu practicas, quæ duæ ſunt alia actiua, alia factiua: actiua, quæ moralis dicitur, eſt triplex, ethica œconomica, & politica. Factiua, ſeu mechanica dr̃ ſeptem modis, .ſ. lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina, ars fabrilis. Et nota, quòd actiua differt à factiua, qm̃ actiua eſt illa, poſt cuius factionem eſt monſtrare aliquod opus, vt ſcannum, nauis 1. etich. 1. & 9. met. 13. & ideo dixit vnaquæque includendo omnes artes, tàm actiuas, quàm factiuas.

Dub. ¶ Dices principia artis, 1. poſter. 20. ſunt per ſe nota in arte 2. phy. 22. & 26. quod per ſe notum ſuperfluum eſt probare in arte 2. prior. 26. ſed hæc propoſitio eſt per ſe nota in logica, quia eſt principium in logica ergo ſuperfluum eſt ipſam probare per inductionem.

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ licet hæc propoſitio ſit per ſe nota, & non indigeat probatione reſpectu ſui: tamen indiget probatione ratione addiſcentium, qui non ſic de facili credunt.

Dub. ¶ Dices, quare Ar. manifeſtauit hanc propoſitionem inductione, & non demonſtratione?

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ propoſitiones tribus modis reperiuntur 1. cæli. 2. 4. cæli 22. & 2. phy. 3. 6. phy. 4. & 1. priorum cap. de ſyllogiſmo hyppotetico, quædam ſunt notiſsimæ, quæ nulla indigent probatione, quædam ſunt naturaliter ignotè, quæ ſyllogiſmo cathegorico probantur, quædam verò ſunt medio modo non omnino ignotæ nec omnino notæ, quæ indigent aliqua maneriæ diſciplinæ: vt eſt ſyllogiſmus hypoteticus per naturam. vel inductio, aut exemplum, diuiſio, vel enthimema: ex quo ait Au. 4. cæli 22. Alia eſt latentia, quæ ſyllogiſmo: & alia eſt latentia, quæ indiget inductione, ideo Ar. non manifeſtauit hanc propoſitionem demonſtratione, nec cathegorico ſyllogiſmo; qm̃ non eſt naturaliter ignota; ſeibeſt nota per ſe; vel eſt medio modo nota; ideo inductione, & non alio inſtrumento ipſam notificauit, eoque magis quoniam eſt propoſitio vniuerſalis, quæ 1. prior. 26. & 1. top. cap. 9. & 1. poſt. 13. inductione probatur.

Dub. ¶ Dices, inductio eſt duplex 2. priorum cap. 26. 1. phy. 48. 2. phy. 80. 8. phy. 33. & 2. cæli 49. & 59. Alia demonſtratiua, Alia topica, qua inductione Ar. notificauit hanc propoſitionem demonſtratiua, vel topica?

Sol. ¶ Dicas, inductione topica, non demonſtratiua ſignum eſt: qm̃ Ariſt. induxit plura ſingularia qñ dixit, (mathematicæ ſcientiæ) ex quibus intulit vniuerſalem propoſitionem, quòd eſt priuilegium topicæ inductionis inferre omnia ſingularia, quibus inductis infertur ipſum vniuerſale, vel aliquibus, ſi non omnibus, quoniam ſunt infinita, & innumerabilia, vtendo tamen quadam cautela topica dicendo, & ſic de ſingulis veluti vſus eſt Ar. in hoc textu, & 2. poſt. 15. 1. phy. 46. & 1. magnorum moralium cap. 2. exemplum, hic homo eſt coloratus, & ſic de ſingulis, ergo omnis homo eſt coloratus. Inductio autem demonſtratiua infert vniuerſale ex vno tantùm ſingulari inducto, qm̃ fit in materia neceſſaria; in qua tantùm valet particularis, quantum vniuerſalis, vt hic homo eſt riſibilis ergo omnis homo eſt riſibilis: qm̃ in eſſentialibus, & propriis prædicatis, quòd competit vni ſingulari competit omnibus eiuſdem ſpeciei: ſed nota, ꝙ inductio topica poteſt inferre vniuerſale ex vno ſingulari, inducto tamen non in quantùm eſt vnum, ſignificans vnam perſonam; ſed vt habet vim repræſentandi omnia ſingularia.

Dub. ¶ Dices, ſi Ar. probauit hanc propoſitionem inductione topica, & non demonſtratiua: ergo hæc propoſitio non eſt neceſſaria, & per ſe, ſed communis, & per accidens, non propriè, & per ſe.

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ verum eſt, hanc propoſitionem eſſe per ſe, & neceſſariam, & eam non probat Ar. inductione topica, vt neceſſaria eſt, & per ſe, ſed qm̃ mos ſuus eſt propoſitiones notas confirmare teſtimonio topico, vt fecit in tex. 7. & 1. cæli 3. & 2. poſt. tex. 85. ideò probauit ipſam inductione topica, & non demonſtratiua, vt etiam patet in logica multis in locis.

Conſimiliter autem, & circa orationes, & quæ per ſyllogiſmos, & quæ per inductionem: amba enim per prius nota faciunt doctrinam: illæ quidem accipientes, tamquam à cognoſcentibus: iſtæ verò monſtrantes vniuerſale ex eo, quòd ſingulare manifeſtum ſit.

Postquam Ar. inductione facta in ſciẽtiis, & artibus, notificauit illam vniuerſalem propoſitionẽ: nunc, alia inductione facta

in inſtrumentis, quibus acquiruntur ſcientiæ, eandem manifeſtat: vtvndique pateat, veram eſſe. ¶ Diuiditur iſta pars in 2. partes, in 1. facit, quod dictum eſt: in 2. ibi (hæ quidem accipientes) ſigillatim declarat, quomodo inſtrumenta, ſ. ſyllogiſmus, & inductio faciunt doctrinam ex præexiſtente cognitione; pro noticia eſt ſciendum, ꝙ duo ſunt inſtrumenta quibus omnes doctrinæ acquiruntur, 1. poſt. 134. & 2. priorum cap. 26. ſyllogiſmus, & inductio: cauſa eſt, qm̄ duæ ſunt doctrinæ, vna eſt concluſionum, alia principiorum, illa quæ eſt concluſionum ſyllogiſmo, quæ verò principiorum, inductione, vt docet Ar. 6. Etic. c. 4. vnde ex numero doctrinarum ſumitur numerus inſtrumentorum, ex quo exponas ſic (ſimiliter) .i. ſicut omnis doctrina fit ex præexiſtente cognitione, ſic (autem) .i. etiam (& circa orationes, quæ per ſyllogiſmos, & quæ per inductionem) .i. ſyllogiſmi, & inductio, qui ſunt rationes 1. top. 9. & meritò dixit ſyllogiſmos in plurali: qm̄ plures ſunt ſpecies ſyllogiſmorum, vt demonſtratiuus, topicus, elenchus, 1. poſt. 8. & 85. & inductionem in ſingulari: qm̄ nominauit inductionē in communi, tam demonſtratiuam, quàm topicam (vtræque) ſcilicet, orationes ſyllogiſticæ: & inductiuæ (per prius nota) .i. per præexiſtentem cognitionem (faciunt doctrinam) .i. ſcientiam. ¶ Di-

Dub. ces: quomodo valet hoc, ſ. ſicut doctrina fit ex præexiſtēte cognitione ſimiliter ſyllogiſmus, & inductio faciunt doctrinā ex præexiſtente

Sol. cognitione? ¶ Dicitur, ꝙ habitus, & inſtrumenta, quibus acquiruntur habitus, referuntur adinuicem: ſicut finis, & ea, quæ ſunt ad finem 2. phy. 88. & habent proportionabiliter eaſdem conditiones, ex quo dicimus, ꝙ ſi doctrina, & diſciplina, quæ eſt habitus, & finis acquirendus per inſtrumēta eſt, cum tali conditione acquiſita, ſ. ex præuia notione: oportet etiam inſtrumenta, quibus acquiritur doctrina, & diſciplina, eſſe huiuſmodi, i. propor-

Dub. tionabiliter ex præuia notione. ¶ Sed dices, ſi inſtrumenta fiunt ex præuia notione, ergo ex aliis inſtrumentis, & ſic in infinitum, quod

Sol. eſt abſurdum. ¶ Dicitur, ſed nota, ꝙ eædem conditiones conueniunt fini, & inſtrumentis, quæ ſunt ad finem, diuerſo tamen modo fini in recto, & per ſe, vt ſubiecto 1. de anima 64. principiis verò, & cauſis, & eis quæ ſunt ad finem in obliquo. v. g. homo intelligit, & anima intelligit: homo tamen in recto, anima autem in obliquo dicas ergo, ꝙ fieri ex præuia notione paſsiuè competit fini, i. ſcientiæ, & inſtrumentis, ſcilicet, ſyllogiſmo, & inductioni, differenti tamen modo fini, ſeu ſcientiæ in recto, per ſe, & propriè, inſtrumentis verò obliquè, & impropriè: qm̄ inſtrumentis non competit fieri, ſed facere veluti innuit Ar. qn̄ dicit vtræque enim per prius nota faciunt doctrinam: & ideo dixit (circa) denotando obliquum modum, veluti etiam 1. priorum 1. & 1. phy. 1. & 1. cæli 1. & 3. cæli 1. & 2. phy. 24. & 1. de anima 3. & 1. de gen. & cor. 1. ex quibus lege litteram hoc modo ſicut, ſcientiæ ſpeculatiuæ, & artes operatiuæ fiunt paſsiuè ex præexiſtēte cognitione (ſimiliter) .i. ſic etiam ſe habet circa orationes, quæ ſunt ſyllogiſticæ, & inductiuæ, quæ vtræque fiunt paſsiuæ, impropriè ſed actiuè, & propriè faciunt doctrinam per principia prius nota, i. per præexiſtentem cognitionem: Sed licet hæc expoſitio ſit optima, tñ Nos altius mentem Ar. **Alia expoſitio.**
perſcrutantes, facilius, dicamus tñ pro intelligentia eſt ſciendum, ꝙ ly (circa) Græcè dicitur (peri) .i. (de) apud nos: quomodo vtitur Ar. 3. cæli 1. qui poſtquam in 1. cæli 1. dixit, ꝙ ſcientia de natura eſt circa corpora, exponens ly (circa ſic in 3. cæli 1. ait hiſtoria de natura eſt (de) corporibus; vnde exponatur ſic ſicut ſcientiæ ſpeculatiuæ, & artes operatiuæ fiunt ex præexiſtente cognitione (ſimiliter) q. d. eſt dicendum (circa) .i. (de) orationes) .i. orationibus ſyllogiſticis, & inductiuis, quæ vtræq; faciunt doctrinam, i. ſcientiam ex præexiſtente cognitione tñ non principaliter, ſed inſtrumentaliter; & quid doctius quàm exponere Ar. per Ar. ¶ Dices, quō hæ **Dub.**
rationes faciunt ſcientiam ex præexiſtente cognitione? ¶ Rñdet, & dicit, ꝙ orationes **Sol.**
ſyllogiſticæ faciunt ſcientiam de concluſione ignota, hoc modo: videlicet (accipientes) .i. facientes ſcientiam (à cognoſcentibus) .i. à præmiſsis cognitis, ſeu notis: quæ præmiſſæ cognitæ & notę faciunt ſcientiam, & ſic ſcientia fit ex præmiſsis, tamquam ex præexiſtente cognitione, v. g. omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt riſibilis: & meritò dixit, à cognoſcentibus, .ſ. præmiſsis in plurali; qm̄ præmiſſæ ſumptæ in ſyllogiſmo ſunt plures .i. duæ, non vna 1. poſt. 26. & in libro de motu. anim. cap. 4. qm̄ ex vna propoſitione non ſequitur concluſio: & dixit (tamquam) à cognoſcentibus non innuens diminutionem, hoc eſt, ꝙ præmiſſæ non ſunt verè notæ: ſed affirmationem, hoc eſt, ꝙ ſunt verè notæ. ¶ Vel non ſumitur (tāquam) ſimilitudinariter, ſed expreſsiuè veluti ſumitur 1. de ani. 2. vbi ait, ꝙ anima eſt tanquam principium animalium. i. verè eſt principium ſic præmiſſæ ſunt tanquam notę, .i. verè per ſe ſunt notę, & vt notæ ſunt, ſic, tamquam præexiſtens cognitio faciunt ſcientiā de concluſione (illæ verò monſtrantes) nunc manifeſtat exemplo, quō inductio manifeſtat propoſitionem vniuerſalem, ex præexiſtente cognitione, & dicit (iſte) .ſ. orationes inductiuæ (ſunt monſtrantes) .i. monſtrant non demonſtrant: ſed manifeſtant: qm̄ demonſtrare eſt proprium demonſtrationis (vniuerſale) .i.

propoſi-

propoſitionem vniuerſalem (ex eo quod manifeſtum eſt ſingulare) .i. per ſingulare notum, & manifeſtum, tamquam per præexiſtentem cognitionem v. g. hic homo eſt riſibilis, ergo
Dub. omnis homo eſt riſibilis. ¶ Dices, de qua inductione hic intelligit Ar. de topica an de de-
Sol. monſtratiua? ¶ Dicas de vtraque. ¶ Sed con-
Dub. tra, topica dicitur illa, quæ vt inferat vniuerſalem propoſitionem debet inducere omnia ſingularia, 1. top. cap. 9. modo Ar. hic non inducit niſi vnum: ergo non intelligit de topica,
Sol. ſed tantùm de demonſtratiua. ¶ Dicit̃, ꝙ ſi illud vnum ſingulare ſumitur prout repræſentat vnam ſolam perſonam, ſic facit inductionem demonſtratiuam: ſed ſi ſumitur, vt habet vim repræſentandi omnia ſingularia, ſic facit inductionem topicam, ſed reſolutè dicas, ꝙ intendit inductionem topicam, non demonſtratiuam.

Similiter & rethoricæ parſuadent, aut enim per exempla, quod eſt inductio, aut per enthymemata, quod eſt ſyllogiſmus.

CVM Ar. in 2. parte huius tex. inchoauit inductionem in inſtrumentis demonſtratiuis, dicens, ꝙ tàm ſyllogiſmus, quàm inductio faciunt ſcientiam ex præexiſtente cognitione: in hac 3. parte complet inductionem in inſtrumentis rhetoricis: vt oſtendat vndique propoſitam propoſitionem eſſe veram: & dicit (ſimiliter) .i. ſicut ſyllogiſmus & inductio, quæ ſunt inſtrumenta demonſtratiua faciunt ſcientiam ex præexiſtente cognitione ſecundum eandem rationem (rethoricæ) .i. orationes, .i. exemplum, & enthymema: (perſuadent) .i. faciunt perſuaſionem ex præexiſtente cognitione: ex quibus patet, ꝙ propoſitio propoſita eſt vniuerſaliter vera. q. d. ſcientiæ mathematicæ, & artes operatiuæ, & ſcientia, quæ acquiritur per ſyllogiſmum, inductionem, exemplum, & enthymema, & præter has non dantur aliæ, ſiunt ex præexiſtente cognitione, ergo vera eſt illa vniuerſalis, omnis doctrina & omnis diſciplina fit ex præexiſtente
Dub. cognitione. ¶ Dices, ſi Ar. probauit ꝙ ſyllogiſmus, & inductio faciunt ſcientiam ex præexiſtente cognitione, non debebat probare, ꝙ exemplũ, & enthymema faciunt ſcientiam ex præexiſtente cognitione; qm̃ dicit ipſe in tex. ꝙ exemplum eſt inductio: & enthymema eſt ſyllogiſmus, vnde videt̃ ſuperfluus. ¶ Di-
Sol. cas, ꝙ maximè differt exemplum ab inductione, & enthymema à ſyllogiſmo: quoniam exemplum procedit ab vno ſingulari ad aliud ſingulare 2. priorum 27. v. g. Callias heri commiſit malum, fuit ſuſpenſus: ergo Sempronius qui hodie commiſit malum, ſuſpendetur. Inductio autem eſt acceſsio à ſingularibus ad vniuerſale 2. prior. 26. & 1. top. cap. 9. enthymema procedit ab vna præmiſſa & infert concluſionem; ſyllogiſmus verò ex duabus præmiſſis infert concluſionem. 1. poſt. 26. 1. prior. 1. & 1. top. cap. 1. & in libro de motu anim. c. 4. & ſi dicitur ſyllogiſmus, non niſi imperfectus 2. prior. cap. proprio, quando enim dicit Ar. ꝙ exemplum eſt inductio, & enthymema eſt ſyllogiſmus; intelligitur ſic. Iterũ nota, ꝙ aliquod eſſe tale, capitur dupliciter, vno modo vniuocè; Alio modo analogicè, & proportionaliter, .i. idem in opere v. g. vti rex in regno: ita princeps in principatu. ex quo dicitur, ꝙ princeps eſt rex, non vniuocè, ſed proportionaliter in opere: qm̃ quantam, & qualem vim poteſt rex in regno, talem, & tantam vim poteſt, & habet princeps in principatu. Vnde dicas ſic, ꝙ exemplum eſt inductio non vniuocè, & enthymema eſt ſyllogiſmus non vniuocè; ſed proportionabiliter; & in opere: qm̃ ſicut inductio, & ſyllogiſmus in arte ſua faciunt ſcientiam hoc opus ex præexiſtente cognitione: ſic exemplum, & enthymema in rethorica faciunt hoc met opus: ſcilicet perſuaſionem
ex præcedente cognitione. ¶ Vel dicas, ꝙ ex- Alia expoſitio.
emplum eſt inductio rethorica, & enthymema eſt ſyllogiſmus rethoricus, vt dicit Au. 1. re-
thoricorum cap. 2. ¶ Vel dicas ꝙ ſunt idem Alia expoſitio.
in genere: quoniam enthymema eſt oratio, & ſyllogiſmus eſt oratio 1. Rethor. cap. 2. & exemplum eſt oratio, & 1. top. cap. 9. 1. prior. 1. 1. top. 1. & in libro de motu animal. cap. 4.
quæ oratio eſt genus ad omnia hæc. ¶ Dices, Petitio.
quare Ar. exemplificauit de ſyllogiſmo, & inductione, & non de exemplo, & enthyme-
mate? ¶ Dicitur, ꝙ hoc omiſit tamquam cla- Reſponſio.
rum, & manifeſtum. ¶ Iterum dices: videtur Petitio.
ꝙ locutio Ar. non eſt congrua, quando dicit per exempla, quod eſt inductio, & per enthymemata, quod eſt ſyllogiſmus, coniungendo
plurale cum ſingulari. ¶ Dicunt, ꝙ ly (quod) Aliorum
non refertur ad exempla, ſed ad perſuadere, Reſponſio.
quod fit per exempla. ¶ Dicerem ego, & ſe- Vera ſolutio.
curius, vt alij transferunt in ſingulari, ſcilicet, per exemplum, quod eſt inductio, & per
enthymema, quod eſt ſyllogiſmus. ¶ Amplius Dub.
Ar. in tex. facit petitionem: procedit enim à ſingulari ad ſingulare; qm̃ probauit illam vniuerſalem per inductionem: factam in ſingularibus: ex qua vniuerſali probata probat particularem, .ſ. ſcientiam demonſtratiuam fieri
ex præcedente cognitione. ¶ Dicas cum Au. Sol.
1. reth. cap. 4. ꝙ inductio eſt duplex: Alia eſt à ſingularibus ad vniuerſale: Alia verò à ſingulari ad ſingulare, mediante vniuerſali: Ar. hic non vtitur inductione primo modo dicta: ſed ſecundo modo dicta, quæ non eſt vera petitio; ſed ſm̃ quid topica, & apparens petitio. ¶ Sed qm̃ dictũ eſt, quod hæc enunciatio non ſolùm continet ſcientiam demonſtratiuam: ſed etiã definitiuam: quam expoſitionem in-

ter alios

ter alios ſequitur Alpharabius contra quem inſurgit Au. aſſerens, ſcientiam, quæ acquiritur per definitionem, non fieri ex præexiſtente cognitione, & per conſequens non contineri ſub hac enuntiatione; quod probat quatuor mediis.
1. Ratio. ¶ Primum eſt tale ſumptum ab auctoritate Themiſtij in 1. cap. 1. vbi aſſerit, omnem rationalem doctrinam, diſciplinamque fieri ex præuia notione: ſed ſcientia definitiua non eſt rationalis .i. diſcurſu, & ratione acquiſita: ergo ſcientia definitiua non fit ex præexiſtente cognitione.
2. Ratio. ¶ Amplius de illa doctrina loquitur Ar. in ſubiecto huius enuntiationis, de cuius præcognitione loquitur in prædicato illius, ſed in prædicato loquitur de præcognitione dirigente, & agente ſolùm ſcientiam demonſtratiuam, & non definitiuam, vt patet in tex. 2. ergo in ſubiecto intelligit tantùm de ſcientia demonſtratiua, & non definitiua.
Ratio. ¶ Amplius exemplificando, quæ inſtrumenta faciunt doctrinam ex præexiſtente cognitione exemplificat de ſyllogiſmo, inductione, exemplo, & enthymemate, & non de definitione: ergo ſcientia quæ acquiritur per definitionem non fit ex præexiſtente cognitione.
Ratio. ¶ Præterea: ſi hæc enuntiatio contineret vtramque doctrinam demonſtratiuam nempe, & definitiuam: eſſet æquiuoca; qm̃ ſcientia demonſtratiuá procedit ex præmiſsis naturaliter notis ad concluſioné naturaliter ignotã; ſciẽtia verò definitiua ꝓcedit ex notis tñ nõ ad naturaliter ignotum. ergo ſunt duo æquiuoci proceſſus, & per conſequens enuntiatio eſſet æquiuoca continens illos, modo artifex demõſtratiuus, qualis eſt Ar. dedignatur vti æquiuoco, cùm de eo non fit ſcientia 4. met. 2. ergo ſcientia definitiua non fit ex præexiſtente cognitione, & non cõtinetur in hac enuntiatione. ¶ Amplius omnis definitio, tum illa, quæ eſt principium demõſtrationis, quæ eſt per ſe nota non indiget præcognitione, cum illa, quæ eſt concluſio demonſtrationis, quæ eſt naturaliter nota 1. poſt. 64. & 2. poſt. 47. non indiget præcognitione partium: ſed habetur ex præmiſsis demonſtratiuis: ergo ſcientia definitiua non fit ex præexiſtenti cognitione.
21. ¶ Sed rei veritate inſpecta, res è contrario ſe habet: Vnde rectè dicit Alpharabius. Ar. enim claré teſtatur, tàm ſcientiam demonſtratiuam, quàm definitiuam fieri ex præexiſtẽte cognitione 1. met. 48. & 6. top. in primo loco definitionis cui ſe ſubſcribit Au. ibidé, ac etiam in Epit. log. cap. 1. & in cap. de rethorica demonſtratiua & 1. poſt. 3. verùm ne videatur Au. ſibi ipſi & Ar. contradicere eſt notandũ, ꝙ non negat Au. ſcientiam definitiuam non fieri ex præexiſtenti cognitione: ſed hoc latiſsimè affirmat, ſine dubio fieri ex præexiſtente cognitione: illud tamen, quod negat eſt hoc .ſ. ſcientiam definitiuam non includi (hic) .i. in hac enuntiatione: ſed tantùm demonſtratiuam: ſed negat omninò, non includi (hic) niſi prima intentione: ſed includi ſecunda intẽtione: prima enim intẽtione ſcientia demõſtratiua .i. vniuocè: ſecunda verò intentione .i. analogicè ſciẽtia definitiua, veluti 1. poſt. 2. reliquit.
¶ Et ſi dices, ꝙ rationes eius probant, ſcientiam definitiuam non fieri omnino ex præexiſtẽte cognitione. Dub.
¶ Dicas, ꝙ illæ rationes ſunt ad hominem, contra Alpharabium probabiles non demonſtratiuæ: & ꝙ ſit verum, non ne ſciebat Au. quamuis hæc enuntiatio non contineret ſcientiam definitiuam: adhuc eſſet æquiuoca? qm̃ contineret etiam proceſſus æquiuocos, ſyllogiſmum nempe, inductionem, exemplum, & enthymema: ſyllogiſmus enim procedit à naturaliter notis ad naturaliter ignotum: inductio à ſingularibus notis ad vniuerſale quodam modo notum, & quodã modo ignotum: ecce ꝙ ſunt æquiuoci proceſſus. ¶ Amplius non ne ſciebat Au. ꝙ ſi valeret illa ratio, ꝙ ſcientia definitiua non fit ex præexiſtente cognitione: qm̃ Ar. non nominauit ipſam in tex. ſimiliter ſequeretur, ꝙ nec ſcientia demonſtratiua fieret ex præexiſtente cognitione: qm̃ nec demonſtrationem nominauit? Vnde ne iſte grauiſsimus vir ſic de facili reprehendatur: dicendum eſt, ꝙ mens ſua fuit mens Ar. & ſi oppoſitum dixerit, nonniſi diſputatiuè dicimus ergo ex Ar. & cum Au. & cum Alpharabio, ꝙ hæc enuntiatio continet in ſuo ſubiecto quicquid eſt in hoc libro .i. ſcientiam demonſtratiuam in 1. libro, & ſcientiam definitiuam in ſecundo. Sol.
¶ Ad rationes, dicimus primò ad primam: ꝙ Themiſtius non negat, ſcientiam definitiuã non fieri ex præexiſtente cognitione: ſed dicit, ꝙ omnis rationalis ſcientia ad differentiam ſenſitiuæ, quæ non fit ex præexiſtente cognitione. Sol. ad 1.
¶ Ad 2. dicitur, ꝙ Ar. nominauit in 2. text. præcognitiones dirigentes, & agentes, ſcientiam definitiuam tamen non explicitè, ſed implicitè: qm̃ nominando præcognitiones dirigentes, & agentes ſcientiam demonſtratiuam, nominauit præcognitiones agentes, & dirigentes ſcientiam definitiuam: qm̃ demonſtratio 1. poſt. 64. & 2. poſt. 47. & definitio idem ſunt: & conditiones, quæ competunt demonſtrationi, competunt definitioni, vt teſtatur Au. in prologo primi poſt. Sol. ad 2.
¶ Dices 2. poſt. 19. demonſtratio, & definitio non ſunt idem: ergo falſa ſolutio. Replica.
¶ Dicitur, ꝙ non ſunt idem fine, & ordine, ſed ſunt idem ſubiecto, & materia. Sol.
¶ Ad 3. ꝙ exemplificando de ſyllogiſmo exemplificauit de demonſtratione, qm̃ demonſtratio eſt ſyllogiſmus 1. poſter. 8. & 1. priorum cap. 5. & exemplificando de demonſtratione, exemplificat de definitione: Sol. ad 3.

Digitized by Google

Sol. ad 4. qm̃ (vt dictum) idem ſunt. ¶ Ad 4. dicitur, ꝙ hæc enuntiatio non eſt æquiuoca purè, ſed analogicè dicta. Sol. ad vltimam. ¶ Ad vltimam dicitur, ꝙ licet definitio, quæ eſt principium, & quæ eſt concluſio demonſtrationis, non indigeat præcognitione partium, tamen illa, quæ eſt tota demonſtratio, quæ eſt modicum euidens, indiget præcognitione partium, & hæc indubitanter fit ex præexiſtente cognitione.

Dub. ¶ Sed dices: qn̄ ſunt duo analogata contenta ſub vno genere analogo, & vnum prædicatum competit vtriſque: tunc primò, & per ſe competit illi analogato, quod eſt nobilius v.g. demonſtratio, & definitio ſunt duo analogata contenta ſub hoc genere, .ſ. ſub inſtrumento ſciendi, & vtriſq; competit hoc prædicatum, .ſ. fieri ex præexiſtente cognitione 1.met.48. & definitio (vt diximus in noſtro quæſito) eſt nobilior demõſtratione ergo primò & per ſe, hoc prædicatum .ſ. fieri ex præexiſtente cognitione, competit definitioni, & analogicæ demonſtrationi, & non è contra; & per conſequens illa enuntiatio primò continet ſcientiam definitiuam, deinde demonſtratiuam.

Sol. ¶ Dr̄, ꝙ anolagata ſunt bifariam. Alia enim ſunt, quæ inter ſe materialiter, & formaliter differunt: quædam verò ſunt, quæ formaliter tantùm differunt: ſed conueniunt materialiter. dicimus ergo, ꝙ maior eſt vera de illis analogatis, quæ differunt materialiter, & formaliter, non de illis, quæ formaliter tantùm, qualiter eſt demonſtratio, & definitio.

Alia ſol. ¶ Vel dicas, ꝙ qn̄ vnum prædicatum competit duobus, primò competit vni, vel notiori, vel nobiliori, & qm̃ demonſtratio eſt notior definitione: ideò primò primitate notioritatatis, non nobilitatis fieri ex præexiſtente cognitione competit demonſtrationi, & non definitioni, & per conſequens, hæc enuntiatio primò continet ſcientiam demonſtratiuam, & non definitiuam: ſed nota, ꝙ licet hęc enuntiatio primò cõtineat demonſtrationẽ, deinde definitionem, adhuc dicimus, ꝙ continet primò id, quod eſt nobilius: qm̃ primò continet ſcientiam per demonſtrationem ſimpliciter, quæ eſt nobilior ſcientia, per demonſtrationem propter quid, & quia: & ſic ſimul, & ſemel cõtinet primò id, quod eſt notius; tamẽ reſpectu definitionis, & id, quod eſt nobilius reſpectu demonſtrationis propter quid, & quia.

Alia digreſſio Auer. ¶ Iterum Au. digreditur contra Themiſtium, & probat artes operatiuas non fieri ex præexiſtente cognitione. 1. Ratio. ¶ Et primò ſic diſcipulus ſurdus, & mutus à natiuitate addiſcit artem ſutoriam, & ædificatoriam ſine vlla præexiſtente cognitione: ſi enim magiſter doceret eum, non audit, qm̃ caret ſenſu auditus, vnde deficiente ſenſu, deficit ſcientia illius ſenſus, 1.poſt.2 34. caret loquutione: ex quo ſi vellet addiſcere aliquod, non poteſt illud quærere à præceptore: ergo caret, & deficit in neceſſariis ad ſcientiam, & artem, & tñ addiſcit artem, ſicut ille qui audit, & loquitur.

2. Ratio. ¶ Amplius, animalia diſciplinabilia, vt pſitacus, merula, pica addiſcunt artẽ loquendi, & equus artem bellandi, & ſaltandi, & canis portandi ſportam, & ſaltandi, & venandi, & tamen ſine vlla præcedente cognitione.

Sol. ad 1. ¶ Dr̄, ꝙ licet ſurdus & mutus addiſcat artem ſutoriam, & alias ſine præexiſtente cognitione habita per auditum, non tamen ſine præcognitione habita per viſum: nam ſi eſſet ſurdus, & mutus, & cæcus à natiuitate nihil profectò vnquam addiſcet carens viſu, auditu, & loquutione.

Sol. ad 2. ¶ Ad 2. dicitur, ꝙ hæc animalia acquirunt artem loquẽdi, & ſaltandi ex præexiſtente cognitione habita per conſuetudinem factam ex pluribus locutionibus auditis à nobis. ſimiliter equus, & canis ex conſuetudine facta in pluribus ſaltibus, & actibus imperfectis, quæ conſuetudo deſeruit eis, vti præcognitio 2.ethic.1.& 9.met.10.& 14. vbi ait Ar. virtutes acquirimus operando prius, veluti in aliis artibus, quæ enim oportet poſtquàm didicerimus, facere; ea faciendo addiſcimus; ceu fabricando fabri, & cytharam pulſando citharedi: ecce ꝙ ex continuo vſu; tamquam ex præcognitione artes addiſcuntur.

Alia ſol. ¶ Vel dr̄, ꝙ Ar. loquitur de artibus, & diſciplinis acquiſitis intellectu, vel diſcurſu pertinentibus ad hominem, & non de diſciplinis animalium brutorum, quæ ſine diſcurſu & intellectu habentur.

Dub. ¶ Dices, quid eſt dicendum de quibuſdam animalibus, quæ habent artem ſine præcognitione, ſine conſuetudine, & exercitio, & actibus imperfectis? vt aranea facit telam, hyrundo nidum, formica in æſtate conſeruat cibum pro hyeme: 2.phy. text. 80. puer ſtatim ex vtero natus ſumit mammas, & alia huiuſmodi?

Sol. ¶ Dr̄, ꝙ hæc animalia habẽt has operationes, & artes ex naturali inſtinctu, ſine doctore: qm̃ naturæ animalium à nullo doctæ ſunt, vt ait Hyppocrates, & Ar. 6. ethic. cap. 13. & 2. top. loco 42. nemo natura eſt ſapiens, & vt dicit Au. 2. phy. 80. apes, & hyrundines agunt actiones artificiales ſine cognitione: quod pulchrè confirmat Galenus in 1. de vſu partium cap. 3. vbi aſſerit: ſi acceperis tria oua, vnum aquilæ, alterum anatis, reliquum ſerpentis, ex quibus oriantur aquila, anas, & ſerpens: quæ animalia dum perfecta fuerint in vna, & in eadem domo nutriueris: deinde ad locum ſubdialem ducta emiſeris. Aquila quidem in ſublime attolletur, Anas autem in paludem aliquam deuolabit, ſerpens verò ſub terram inrepet. Deinde illa citra doctorem venabitur, hæc natabit, ſerpens verò in terræ cauernis latebit, vnde ſequitur, ꝙ hæc animalia natura magis quàm ratione artem aliquam

exercere

Digitized by Google

exercere videntur, apes videlicet plaſmare, fingereq; alueolos thesauros verò quoſdam, & labyrinthos, formicæ fabricari, nere autem, & texere araneæ. vt autem coniecto ſine doctore. ¶ Vel dicendum ꝙ quædam ſunt artes propriè dictæ, quæ diſcurſu acquiruntur, quædam verò ſunt artes, quæ impropriè dicuntur, quæ ſine diſcurſu acquiruntur; tunc dicimus ꝙ licet animalia diſciplinabilia acquirant artes ſine præcedente cognitione illæ non ſunt artes propriè dictę acquiſitæ cum diſcurſu, ſed ſunt artes, ſeu diſciplinæ impropriè dictæ, quæ acquiruntur ſine præexiſtente cognitione, & ideò dixit Ar. omnis diſciplina (diſcurſiua) fit ex præexiſtente cognitione ad differentiam illarum diſciplinarum, quæ non ſunt diſcurſiuæ, veluti ſunt diſciplinæ brutorum animalium, quæ fiũt ſine præcognitione. ¶ Dices, quarè quædam animalia bruta loquuntur, vt pſitacus, quædam verò non, vt equus, & bos? ¶ Reſpondet Ar. 2. de par. an. cap. vltimo, & dicit, ꝙ ad litterarum explanationem, & ad ſermonis expreſsionem requiritur lingua, quæ habet tres conditiones. Prima vt ſit mollis, Secunda ꝙ ſit lata, Tertia vt ſit abſoluta .i. libera: hinc homo cùm habet linguam cum his conditionibus optimè, & promptè loquitur, & cùm lingua non eſt abſoluta, & libera, tunc quidam homines ſunt blæſi balbi, & torti: quod eſt vitium litterarum, & multotiis licet lingua habeat has conditiones, tamen propter ebrietatem non liberè loquuntur, vnde aues litteras proferre maximè poſſunt lingua, ſunt latiore, quàm cæteræ: quod confirmat Ar. 2. de hyſt. an. cap. 12. vbi inquit: omnium maximè animalium poſt hominem litteras proferre nonnulla auium genera queunt, videlicet ea præcipuè, quibus lingua latior: alia verò animalia, quorum lingua dura, craſſa, non abſoluta, nec libera, literas exprimere non poſſunt, & hæc eſt cauſa, quare quædam animalia loqui, & quædam non loqui videntur.

(margin: Alia ſol. / Dub. / Sol.)

Tex. 2. *Dupliciter autem neceſſarium eſt præcognoſcere.*

POSTQVAM Ar. notificauit illam vniuerſalem propoſitionem (omnem doctrinam & diſciplinam fieri ex præcedente cognitione) nunc manifeſtat modos, ſeu numerum præcognitionum ſimul etiam, & numerum præcognitorum, ex quibus fit omnis doctrina. ¶ Diuiditur iſte tex. in quatuor partes; in prima ponit numerum præcognitionum, in 2. ibi (Alia namque) ſimul numerando declarat, quæ ſunt. In 3. (vt quoniam quidem) dat exemplum de præcognitionibus cum præcognitis in 4. ibi (Non enim) remouet quodam dubium quò ad primum dicit Ar. quod dupliciter oportet præcognoſcere .i. ante omnem doctrinam habendam de concluſione neceſſarium eſt habere duas præcognitiones, adde tu dirigentes. Dices iſtæ quę ſunt pręcognitiones, reſpondet Ar. & dict.

(margin: Pro hoc tex. vide 1. poſt. 73 74. 75. 76 / Diuiſio text.)

Alia namque quia ſunt; præaccipere neceſſarium eſt.

HAEC eſt 2. pars tex. in qua nominat vnam pręcognitionẽ, verùm nota, ꝙ accidentia non cognoſcuntur, niſi cum ſubiectis in quibus ſunt, vt dulcedo, quę eſt accidens exiſtens in lacte non cognoſcitur, niſi ſimul cum lacte, cum quo ſemper eſt. Et quoniam præcognitiones ſunt accidentia, quę ſunt in pręcognitis: ideò non poſſunt cognoſci quæ ſunt pręcognitiones, ſi non cognoſcuntur ſimul cum ſuis præcognitis, ideò Ar. declarans primam pręcognitionem, declarat illam cum pręcognito in communi, & dicit: Ar. namq; .ſ. pręcognita neceſſarium eſt præaccipere: quia ſunt .i. alia ſunt pręcognita, de quibus neceſſarium eſt pręcognoſcere hanc primam præcognitionem. quæ ſic nominatur, proprio nomine .ſ. quia eſt, & nota, quod dixit (Alia) declarando, ꝙ illa præcognita, quæ præcognoſcuntur hac præcognitione ſic dicta, quia eſt, ſunt alia, id eſt, diuerſa ab aliis præcognitis, vt dicemus. ¶ Dices, quarè Ar. declarauit præcognitionem ſimul cum præcognito? ¶ Dicas propter cauſam dictam, vel qm̃ natura relatiuorum eſt, ꝙ vnum non poteſt intelligi ſine alio cùm enim præcognitio, & præcognitum ſint duo relatiua, meritò fuerunt ſimul declarata, & non vnum abſque alio. ¶ Dices ſine his præcognitionibus poteſt ne fieri doctrina? ¶ Reſpondet Ar. in 2. poſt. 101. & dicit, ꝙ impoſsibile eſt addiſcere ſine præcognitionibus: ex quo infertur ꝙ qñ dicit Ar. ꝙ neceſſarium eſt præcognoſcere, intelligit ſimpliciter neceſſarium ſine quo non, hinc ſumas ꝙ Ar. hic loquitur de præcognitione neceſſaria, & non de præcognitione vtili. ¶ Dices iſta præcognitio, quia quõ eſt? ¶ Dicas primò, quod eſt duplex: alia ſimplex, quæ potius dicitur, ſi eſt quæ explicatur per propoſitionem de ſecundo adiacente, vt homo eſt, quòd poteſt eſſe affirmatiuum, (vt dictum eſt) & negatiuum, vt homo non eſt. Alia verò compoſita, quæ explicatur per propoſitionem de tertio adiacente, vt homo eſt riſibilis, .i. qñ prædicatum, prædicatur de ſubiecto quod innuit Ariſt. 2. poſt. 1. ¶ Dices, nulla quæſtio eſt præcognitio qm̃ pręcognitio eſt contraria quæſtioni 2. poſt. 33. ſed quia eſt 2. poſt. 1. eſt quæſtio ergo non eſt præcognitio. ¶ Reſpondet Au. 2. poſt. 2. quòd tunc eſt quæſtio, qñ eſt ignota, & ſic non eſt præcognitio, ſed qñ eſt nota tunc eſt præcognitio. ¶ Dices

(margin: Dub. / Sol. / Dub. / Sol. / Dub. / Sol. / Dub. / Sol. / Dub.)

Digitized by Google

cùm præcognitio duplex ſit. Alia dirigens, vt quid nominis, & quia eſt. Alia agens, vt demonſtratiua .ſ. præmiſſæ, & definitiua, vt genus, & differentia, vt ait Au. in cap. de rethor,
Sol. demonſt. de qua hic loquitur Ar. ¶ Reſpondet Au. in com. 2. ꝙ prima intentione loquitur de dirigente ad ſcientiam demonſtratiuam, & ſecundaria intentione de dirigente ad ſcientiam definitiuam, ſed de qua prius? dicas
Dub. de dirigente priùs; deinde de agente. ¶ Dices ꝙ Ar. hic non nominat genus, nec differentiam, ergo nec primaria, nec ſecundaria intentione loquitur de præcognitione agente
Sol. ſcientiam definitiuam. ¶ Dicas, ꝙ intelligendo de agente ſcientiam demonſtratiuam, intelligit etiam de agente ſcientiam definitiuam: qm̄ idem ſunt 1. poſt. 63. & 2. poſt. 47. ſi non expreſsè, tacitè tamen, & implicitè.
Dub. ¶ Dices ſi præmiſſæ ſunt materia demonſtrationis 1. poſt. in prologo, & 2. phy. 31. quomodo poſſunt eſſe præcognitiones agentes, cùm cauſa agens & materia non concidant 2. phy.
Sol. 70? ¶ Dicas, ꝙ ſunt materia reſpectu ſyllogiſmi, vt ibidem Au. vel reſpectu concluſionis, vt 2. phy. 31. ſed ſunt agentes in quantum faciant ſcientiam de concluſione. ¶ Di-
Dub. ces materia & agens non coincidunt 2. phy. 70. ſed præmiſsæ ſunt materia, ergo non poſ-
Sol. ſunt eſſe cauſæ efficientes. ¶ Dr̄ ꝙ qn̄ eſt materia ex qua tunc non coincidit cum efficiente, ſed qn̄ eſt materia in qua, tunc coincidit.
Dub. ¶ Vel dicas, ꝙ ſunt quaſi materia, non verè materia 2. phyſ. 31. Au. & in prologo 1. po-
Petitio. ſter. ¶ Dices, quæ eſt alia præcognitio quo-
Reſponſ. modo nominatur? ¶ Reſpondet Ariſtot. & dicit.

Alia verò quid eſt, quod dicitur intelligere oportet.

Cvm Ar. numerauit primam præcognitionem nomine proprio, ipſam nominando quæ vocatur, quia eſt: & primum præcognitum nomine communi, in hac 2. parte numerat ſecundam præcognitionem, nominando ipſam nomine proprio, & ſecundum præcognitum nomine communi: & dicit (alia verò). ſ. ſunt præcognita, de quibus (oportet). i. neceſſarium eſt (intelligere). i. præcognoſcere (quid eſt quod dicitur). i. quid nominis, vt exponit Ar. 1. poſt. 73. 75. 76. quod notat illud verbum (dicitur) qm̄ nomen dicitur, & ſignificat rem: res verò ſignificatur, vt hoc nomen ſubſtantia dicitur, & ſignificat hominem, & equum, vt in ante prædicamẽtis cap. vltimo Ar. quæ præcognitio quid nominis licet ſit confuſa, vt ait Au. 2. poſt. 79. tamen in omni inquiſitione eſt neceſſaria; qm̄ eſt principium, fons, caput, & origo omnis noſtræ cognitionis, ſine qua fruſtrà fit aditus ad ſcho-
las. ¶ Dices ſcire nomen rei eſt præcognitio? Petitio.
vellem ſcire, quod nomen proprium, vt bectonica, vel commune vt herba? ¶ Dicas vtrunque: primò tamen proprium. Reſponſ.
¶ Iterum dices 2. poſt. 32. & 44. ꝙ quid eſt, duplex eſt aliud quid nominis, aliud quid rei. vellem ſcire, quid rei poteſt eſſe præcognitio? ¶ Dicas indubitanter, ꝙ qn̄ eſt intellectum terminis, tunc non poteſt eſſe præcognitio: ſed quando non eſt intellectum terminis, poteſt eſſe præcognitio, quod innuit Auer. quando dicit, ꝙ definitiones quid rei dum intelliguntur, redduntur definitiones: ſed dum non intelliguntur, redduntur nominium explicationes v.g. definitio quid rei ipſius hominis, homo eſt animal rationale, ly animal quod eſt genus, & ly rationale quod eſt differentia, ſunt termini hui⁹ definitionis: qui, qn̄ fuerint intellecti .i. qn̄ ſcitur quid eſt genus, & quid eſt differentia: adeò dicitur hæc definitio, quid rei, quæ non dicitur, quid nominis, & hoc accidit, apud prouectos in arte, verùm qn̄ iſti termini non ſunt intellecti: non ſcitur quid eſt genus, & differentia: tunc hæc definitio eſt quid nominis, quod accidit in initio artis, & apud nouitios in arte.
¶ Sed nota, ꝙ explicatio nominis quinque modis fieri poteſt. Quinque modis fit explicatio nominis.
Prima, qn̄ vnum nomen per alterum ſynonimum explicatur, vt tunica .i. veſtis. Secunda, qn̄ nomen accidẽtis ſignificat nomen ſubſtantiæ, vt Plato .i. currens. Tertia qn̄ explicatur nomen ſubſtantiæ per proprium; vt ſi dico, homo .i. riſibile. Quarta, qn̄ definitio non intellecta terminis dicitur nominis explicatio. Quinta qn̄ non ſolùm ſignificatum nominis declarat, ſed etiam cauſam ſigniſicati exprimit, vt homo .i. ortus humo.
¶ Dices, quæ præcognitio eſt prior inter dirigentes illa, quæ eſt, quid nominis, an illa, quæ dicitur quia eſt? Petitio.
¶ Dr̄, ꝙ quid nominis præcognitio eſt prior: qm̄ quid nominis .i. rei, nomen poteſt haberi, ſine quia eſt; vt hoc nomen chimæra habetur, tñ chimæra non eſt, ſimiliter hirco ceruus, vacuum, & mons aureus: vnde oritur ratio in prædicamẽtis cap. de priori, id eſt, prius à quo non conuertitur conſequentia, ſed habito: quia eſt habetur nomen, & non è contra, ergo nomen eſt prius, quàm quia eſt. Reſponſ.
¶ Dices contra multa entia præcognoſcuntur, quia ſunt, & tñ illorum nomina ignorantur. Petitio.
¶ Dicitur, ꝙ ſi ignorantur nomina propria, non ignorantur nomina communia, vt ſi ignoratur hoc nomen Viuolus, non ignoratur hoc nomen homo. Reſponſ.
¶ Dices 2. poſt. 1. quia eſt, præcedit quid eſt: ergo falſum eſt quod dicitur. Dub.
¶ Soluitur, ꝙ quia eſt, .i. ſi eſt præcedit quid rei & non quid nominis 2. poſt. 32. vbi dicitur non entis .i. rei, quæ non eſt, non eſt definitio, ex quo nota ꝙ duæ ſunt neceſſariæ præcognitiones vna, quæ dicitur Sol.

citur

Digitized by Google

citur quid nominis. i. ſcire nomina rerum, & alia eſt ſcire quia eſt. i. ſcire res ipſas eſſe.

Quædam autem vtroque modo.

CVM Ar. numerauit duas præcognitiones, & proprio nomine nominauit, & duo præcognita nomine communi: nunc numerat tertiam pręcognitionem, & proprio nomine nominat ipſam cum tertio præcognito in communi: & dicit (quædam autem). i. præcognita (alia) diuerſa à primis, quæ neceſſarium eſt præcognoſcere (vtroque modo). ſ. præcognitionis. i. vtraque pręcognitione. ſ. quia eſt, & quid nominis. i. oportet ſcire, ꝙ ſunt, & no-
Dub. mina illorum. ¶ Dices, ſi Ar. dixit, ꝙ dupliciter oportet præcognoſcere. i. ꝙ duæ ſunt præcognitiones: quare nominat tres. ſ. quia eſt abſolutè, ꝙ quid eſt abſolutè, & quia eſt, &
Sol. quid eſt coniunctim? ¶ Dr̃, ꝙ duæ ſunt præcognitiones ſimplices, ſeu diuiſim ſumptæ, & alia compoſita: ſeu coniuncta mixta ex
Dub. ſimplicibus: & ſic ſunt tres. ¶ Dices qr̃ Ar. numerauit tria tantùm præcognita, & non
Sol. plura nec pauciora? ¶ Dr̃ ꝙ id, ꝙ natura eſt tale, artifex non poteſt mutare illud ab eſſe tali, ſed ſemper eſt tale in eſſe, & numero; vt digiti in manu natura ſunt quinque, non poſſunt eſſe nec plures: nec pauciores naturaliter, ſeu præcognita 1. poſter. 56. 57. & 76. natura ſua ſunt tria, & nihilminus, ergo Ar. non potuit addere, nec diminuere nihilminus, nec plus, tria ergo ſunt præcognita. Alia quæ præcognoſcuntur, quia ſunt alia præcognoſcuntur quid nominis, alia quia ſunt, & quid nominis: duæ verò ſunt præcognitiones ſimplices; & ſunt tres: numerando com-
Dub positam ex his. ¶ Dices quæ ſunt illa præcognita, quę præcognoſcũtur, quia ſunt quo nominantur proprio nomine? Rn̄det Ar. & dicit.

Vt quoniam quidem omne, aut affirmare: aut negare, verum eſt: quia eſt.

POSTQVAM nominauit præcognita nomine communi nunc nominat illa, quæ ſunt nomine proprio, & primò nominat, & exemplificat primum in metaphyſica: q. d. Ariſt. illa præcognita, quæ oportet præcognoſcere; quia ſunt proprio nomine, vocantur dignitates, ſeu communes propoſitiones, velut eſt, hæc dignitas (vt qm̄ quidem omne, aut affirmare, aut negare). i. de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe: hæc enim dignitas præcognoſcitur (quia eſt). i. quia eſt vera, & non falſa: & hæc etiam omne totum eſt maius ſua parte præcognoſcitur, quia eſt vera: nemo enim tam rudis eſt, qui hoc neget, dicitur enim vera, qm̄ eſt ſenſata, & nullus ſenſus
Dub. ei contradicit. ¶ Dices, quarè oportet, vt dignitates præcognoſcantur, quia veræ ſunt? Petitio.
¶ Dicas, qm̄ dignitates ingrediuntur demonſtrationem 1. poſt. 76. quæ demonſtra- Reſponſ.
tio fit ex veris 1. poſt. 9. ¶ Sed contra nam dicit Ar. 1. poſt. 67. & 2. de gen. an. cap. 6. Replica
quòd demonſtratio non fit ex communibus, modo dignitates 1. poſt. 14. ſunt communes, ergo, licet ſint veræ, non ingrediuntur demonſtrationem. ¶ Dicas, verùm Nota, ꝙ dignitates communes ingrediuntur demon- Sol.
ſtrationem: tamen non actu, & formaliter ſicut præmiſsæ propriæ, ſed virtute & potentia. ¶ Dices, ſi ingrediuntur virtute, & poten- Replica.
tia: ergo ingrediuntur actu, qm̄ 1. cæli 20. fruſtratoria eſt illa potentia, quæ non redu-
citur ad actum. ¶ Dicas, ꝙ potentia, qñ Sol.
eſt naturalis, & non contradicens actui, tunc eſt fruſtratoria, ſi non reducitur ad actum, ſed quando eſt potentia logica, & abiiciens actum, non dicitur fruſtratoria, ſi non redu-
citur ad actum. ¶ Dices, quarè Ar. potius Dub.
exemplificauit de dignitatibus communi-
bus, quàm de propriis? ¶ Dicitur qm̄ noui- Sol.
tiis in arte ſatisfaciendum eſt, cum exemplis notioribus, & qm̄ communia ſunt notiora propriis 1. phy. 4. 57. & 3. phy. 2. & 2. de gener. & cor. 51. ideò dedit exemplum in communibus, & non in propriis.
¶ Sed Nota, ꝙ Ariſt. dixit, quòd dignita- Notandũ
tes præcognoſcuntur, quia veræ ſunt ad differentiam ſubiecti, quod præcognoſcitur, quia eſt, tantùm vt homo eſt, quod ſi eſt, explicatur per propoſitionem de ſecundo adiacente, ſed illa præcognitio quia quæ præcognoſcitur de dignitatibus, explicatur per propoſitionem de tertio adiacente, vt homo eſt rationalis: hinc Nota, ꝙ ly, quia eſt, dicitur dupliciter, vno modo compoſitum, & hoc præcognoſcitur de dignitatibus. Alio modo ſimplex, quod verius dicitur, ſi eſt, & hoc præcognoſcitur de ſub-
iecto. ¶ Sed dices ergo ſequitur, ꝙ præco- Dub.
gnitiones ſunt tres, & non duæ, vna quid nominis: altera ſi eſt, alia tertia quia eſt.
¶ Dr̃, ꝙ ſunt duæ in genere. ſ. quia eſt, & Sol.
quid nominis: ſed ſunt tres in ſpecie, qm̄ ly quia eſt diuiditur in ſimplex, & compoſitum.
¶ Dubitabis quarè Ar. nunc dicit, ꝙ di- Dub.
gnitates præcognoſcuntur, quia ſunt, & non dicit, quid nominis, & in tex. 11. dicit ꝙ non ſolùm præcognoſcuntur, quia ſunt, ſed
etiam quid nominis? ¶ Dicitur, ꝙ duplici Sol.
de cauſa: primò quia in præmiſsis præcognitio quid nominis terminorum eſt facilis.
¶ Secundò quia tunc præcognoſcitur ali- Alia ſol.
quod aliqua præcognitione, qñ eſt ignotum: ſed qñ eſt notũ illa præcognitione non oportet vt præcognoſcat: qñ enim præmiſsæ ſunt notæ notitia quid nominis, non pręcognoſcuntur quid nominis, & ideò Ar. dixit hic

ꝙ præco-

ꝙ præcognoſcuntur ſolùm, quia ſunt veræ. qñ verò ſunt ignotæ quid nominis, tunc præcognoſcuntur quid nominis,&ſic intelligitur Ar. in tex. 11. veluti ſe exponit in tex. 76.
Petitio. ¶ Quæres, qñò vocatur aliud præcognitum proprio nomine de quo præcognoſcitur quid nominis?
Reſponſ. ¶ Reſpondet Ar. & d.

Triangulum autem quoniam hoc ſignificat.

Cvm nominauit proprio nomine primum præcognitum, quod exemplo declarauit in metaphyſica, nunc nominat nomine proprio 2. præcognitum, & ipſum exemplificat in geometria .q. d. illa præcognita, quæ præcognoſcuntur, quid nomen ſignificat proprio nomine, appellantur quæſita, ſeu paſsiones, vt ſe exponit 1. poſt. 76. quorũ vnum eſt triangulum: ſic vocatur de quo triangulo, vt de quæſito præcognoſcitur: (qm̃ hoc ſignificat) .i. præcognoſcitur nomen ipſius, & ſicut dicimus de triãgulo, ſic dicimus de quolibet alio quæſito, quod demonſtratur p. r demonſtrationem. v. g. riſibile quæritur, & demonſtratur de homine, antequàm demonſtratur de homine oportet, vt præcognoſcatur nomen ipſius, ſ. ꝙ dicitur riſibile.
Dub. ¶ Sed dices, triangulus 3. poſt. 7. & 43. eſt ſubiectum: ergo non quæſitum, qm̃ ſubiectum eſt notum, & quæſitum eſt ignotum 2. poſt. 1.
Sol. ¶ Dr̃, ꝙ eſt ſubiectum reſpectu prædicati, quod demonſtratur de ipſo, vt habere tres angulos æquales, ſed eſt quæſitum in quantũ demonſtratur de alio, vt de data linea, vt patet in geometria.
Dub. ¶ Amplius id, quod eſt quæſitum, non eſt præcognitum 2. poſt. 1. ſed triangulus eſt quæſitum, vt patet hic: ergo non eſt præcognitum.
Sol. ¶ Dr̃ ſicut exponit Ar. 1. poſt. 73. 74. 75. 76. ꝙ quæſitum eſt præcognitum præcognitione, quid nominis: tm̃ ſed quæritur, & demonſtratur eſſe.
Petitio. ¶ Dices, quæ ſunt illa præcognita, quæ præcognoſcũtur quid ſignificant, & quia eſt?
Sol. Reſpondet Ar. & d.

Sed Vnitatem vtroque modo, & quid ſignificat, & quod eſt.

Cvm notificauit ſecundum præcognitum, ipſumq́; proprio nomine nominauit: nunc declarat 3. præcognitum, & proprio nomine nominat ipſum, exemplificando in arithmetica illa præcognita, quæ oportet, vt præcognoſcantur, quid nominis, & quia eſt, proprio nomine vocantur, quorum vnum eſt, & vocatur Vnitas, quæ eſt ſubiectum in arithmetica: de qua Vnitate, vt de ſubiecto oportet præcognoſcere quid nominis .i. nomen, & quia eſt, vnde ait ſic (ſed vnitatẽ) adde tu, quæ eſt ſubiectum in arithmetica neceſſarium eſt præcognoſcere (vtroque modo) .i. quid ſignificat .ſ. hoc nomen vnitas (& quia eſt) .i. ſi eſt, & nota, ꝙ non ſolùm intelligit de vnitate, quæ eſt ſubiectũ in arithmetica, ſed de quolibet, alio ſubiecto cuiuſcunque ſcientiæ demonſtratiuæ, oportet vt ſciatur nomen illius, & ꝙ ſit, & reperiatur in rerum natura: qm̃ ſi illud ſubiectum non eſt, & non reperitur de ipſo non poterit haberi ſcientia, qm̃ de non ente non eſt ſcientia 1. poſt. 10. & 2. poſt. 32.
Dub. ¶ Dices ſubiectum eſt ignotum: ergo non eſt præcognitum: qm̃ demonſtratio eſt ſubiectum in libro poſt. vt patet 1. prior. cap. 1. vbi ait Ar. ſyllogiſmum quærimus, qm̃ demonſtrationẽ quærimus, ſimiliter ſyllogiſmus eſt ſubiectum in libro prior. vt patet 1. prior. cap. 5. & tñ ſyllogiſmus eſt ignotus: qm̃ quæritur vt ait Ar. 1. prior. cap. 1. & Ar. 1. top. cap. 1. ergo ſequitur ꝙ cum ſubiectum ſit ignotum non poteſt eſſe præcognitum.
Sol. ¶ Dr̃, ꝙ non quæritur ſubiectum quo ad ſi eſt, nec eſt ignotum: ſed eſt præcognitum, quoad ſi eſt, ſed ſi eſt ignotum, & quæritur quoad quia eſt.
Replica. ¶ Sed contra nam dictum eſt in tex. ꝙ ſubiectum eſt præcognitum quia eſt, ergo non eſt ignotũ, & quæritur quia eſt.
Sol. ¶ Dr̃, ꝙ eſt præcognitum, quoad quia eſt ſimplex, quod potius dicitur ſi eſt,
Alia ſol. ſed quæritur quoad quia eſt compoſitũ v. g. non quæritur homo vtrum ſit, qm̃ ſic præcognoſcitur, ſed quæritur homo vtrum ſit riſibilis, vnde idem eſt, dicere ſubiectum quæritur, quoad quia eſt, quod eſt dicere prædicata, conditiones, & attributa quæruntur de ſubiecto: & ſic remanet textus clariſsimus ꝙ de primo præcognito quod vocatur dignitas, præcognoſcitur, quia eſt compoſitum de 2. quod vocatur quæſitam, ſeu paſsio, præcognoſcitur nomen; de 3. quod vocatur ſubiectum, ſeu genus, præcognoſcuntur ambæ præcognitiones. ſ. nomen, & eſſe.
Petitio. ¶ Dices quæ iſtarum præcognitionum magis competit ſubiecto quid nominis, an ſi eſt.
Reſponſ. ¶ Dicitur, magis ſi eſt quàm quid nominis, ſed nota candide lector huius ſententiæ facilitatem: qñ vis facere demonſtrationem, neceſſe eſt, vt accipias tres terminos 1. poſter. 76. 134. ſ. quæſitum, medium, & ſubiectum: medium, vt rationale: quæſitum, vt riſibile: ſubiectum, vt homo; quibus acceptis, antequàm facias propoſitiones ex iſtis terminis, oportet te ſcire nomen riſibilis .ſ. quid ſignificat hoc nomen riſibile, deinde oportet te ſcire quid ſignificat hoc nomen homo, & ꝙ homo eſt, & reperitur, & cùm præcognouiſti hos terminos, præcognitionibus dirigentibus ſcilicet, quid nominis, & quia eſt confice propoſitiones ex his terminis, ſic præcognitis, dicendo ſic: omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, & cùm ſunt confectæ iſtæ propoſitiones, quæ ſunt præcognitiones agentes, præcognoſce illas ſi ſunt veræ, & ſi ſunt veræ tunc

Digitized by Google

tunc ex ipſis conficitur demonſtratio, & ſe-
quitur vera concluſio, dicendo, ergo omnis
homo eſt riſibilis: ſi ſunt falſæ ex illis non fit
demonſtratio, & non ſequitur ex illis vera
ſcientia, & ſic ſcientia fit ex præexiſtente co-
gnitione dirigente, & agente, & hæc eſt vera
Petitio. mens Ar. ¶ Sed dices oportet ne vt iſta præ-
cognita, ſemper præcognoſcantur, aut aliqñ
Reſponſ. ſic, & aliqñ non? ¶ Reſpondet Ar. & d.

Non enim conſimiliter horum vnum quodque manifeſtum nobis eſt.

CVM Ar. proprio nomine nominauit præ-
cognita, & præcognitiones: nũc remouet du-
bium: diceret enim aliquis, hæc tria præco-
gnita dignitas nẽpe quæſitum, & ſubiectum,
oportet ne ſemper præcognoſcere, aut aliqñ
ſic, & aliqñ non? Reſpondet Ar. &.d. (vnum-
quodque horum) .ſ. pręcognitorum (non con-
ſimiliter manifeſtum eſt nobis) .q. d. qñ præ-
cognita ſunt nota illa pręcognitione, qua de-
bent præcognoſci, non debent præcognoſci
illa præcognitione, veluti homo qui eſt ſub-
iectum nomen hominis, & ſi eſt ipſius eſt adeò
notum, ꝙ præcognoſci non debet ſimiliter:
qñ dignitates ſunt notæ quid nominis, nec
præcognoſci debent, ſimiliter quæſitũ: qñ eſt
notum notitia quid nominis, qm̃ circa nota,
& manifeſta ars non verſatur, ſed circa igno-
ta, & immanifeſta 2. ethic. cap. 3. 1. top. cap.
9. circa ea, quæ ſunt nota, & manifeſta non
oportet dubitare: nam qui dubitant, vtrum
oportet, Deos honorare, & parentes dilige-
re, an non? pœna indigent; qui verò vtrum,
nix alba an non, ſenſu immò Ar. 1. poſt. 76. ſe
exponens ait, non nullas ſcientias, nihil pro-
hibet, quædam horum deſpicere, vt genus .i.
ſubiectum non ſupponere eſſe ſi ſit manife-
ſtum; frigidum, & calidum, & paſſiones .i.
quæſita non accipere, quid ſignificant, ſi ſint
planè: quemadmodum neque communia .i.
dignitates non accipit quid ſignificant, qm̃
notum eſt, ſed qñ hæc præcognita ſunt igno-
ta, tunc neceſſarium eſt, vt præcognoſcantur,
aliter ſcientia nõ fieret ex notis, ſed ex igno-
tis, quod eſt impoſsibile, & contra Ar. 1. met.
48. vbi inquit, ꝙ omnis diſciplina, aut per de-
monſtrationem, aut per definitionem eſt per
Dub. præcognita. ¶ Dices illud eſſe, ſeu ſi eſt quod
præcognoſcitur de ſubiecto, eſt eſſe eſſentiæ?
vel eſſe exiſtentiæ ſicut aſſerit Ar. 3. de ani-
Sol. ma 9. ¶ Reſpondet Au. 2. poſt. 33. & dicit,
Replica. eſſe exiſtentiæ, non eſſe eſſentiæ. ¶ Sed contra
nam eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ idem eſt
3. de anima 9. ergo ſi præcognoſcitur eſſe
Sol. exiſtẽtiæ, præcognoſcitur eſſe eſſentiæ. ¶ Dr,
ꝙ ſunt idem ſubiecto differunt tñ ratione.
Replica. ¶ Contra nam 3. de anima 9. eſſe exiſtentiæ
& eſſentiæ idem ſunt ſubiecto, & ratione.

¶ Dicas, ꝙ eſt verum in abſtractis diuinis, & Sol.
non in his inferioribus. ¶ Amplius eſſe exi- Dub.
ſtentiæ eſt corruptibile: ergo non debet præ-
cognoſci qm̃ demonſtratio fit ex æternis 1.
poſt. 62. & 6. ethic. cap. 4. exiſtentia Petri eſt
corruptibilis, modò eſt, & modò non eſt. ¶ Dr Sol.
ꝙ non præcognoſcitur exiſtentia hæc, & illa
particularis huius, & illius ſingularis: ſed exi-
ſtentia in communi de ſpecie, vt de homine,
non enim præcognoſcitur eſſe Franciſci indi-
uidui: ſed eſſe ſpeciei hominis, qui homo ſeu
ſpecies præcognoſcitur eſſe, & verificatur eſſe
in ſingularibus veluti aſſerit Ar. 7. met. 57.
cùm dicit nihil vniuerſalium ſeparatim præ-
ter ſingularia eſt, quod etiam confirmat 1.
poſt. 81. ¶ Iterum quæres, omnis quæſtio po- Dub.
teſt ne eſſe præcognitio, & omnis præcogni-
tio poteſt ne eſſe quęſtio? ¶ Dr, ꝙ præcogni- Sol.
tio quid nominis adeò eſt præcognitio, quæ
nullo modo poteſt eſſe quæſtio, & quæſtio,
quæ dicitur propter quid 2. poſt. 1. & 7. met.
39. non poteſt eſſe præcognitio, verum ſi eſt,
poteſt eſſe quæſtio, & pręcognitio hoc modo;
videlicet; dicitur quæſtio reſpectu quid no-
minis, dicitur præcognitio reſpectu quia eſt
ſimiliter quia eſt, dr præcognitio reſpectu
propter quid, & dicitur quęſtio reſpectu ſi eſt.

Eſt autem cognoſcere, alia quidem prius co- Tex. 3. vi
gnoſcentem, quorumdam verò, & ſimul accipien- de 2. pri.
tem cognitionem. cap. de
decept.

POSTQVAM notificauit ꝙ omnis doctri-
na fit ex præcedente cognitione, & declara-
uit numerum præcognitionum, & præcogni-
torum; ex quibus fit omnis doctrina nunc in-
tendit manifeſtare, ꝙ non omnia cognoſcun-
tur ex præcedente cognitione, ſed quædam
ſic, & quædam non vnde. ¶ Diuiditur iſte tex. Diuiſio
in 3. partes, in 1. docet, ꝙ quædã cognoſcun- text.
tur ex præuia cognitione, & quædam non,
quæ nominat communi nomine, in 2. ibi (vt
quæcunque) exemplo declarat, quæ non co-
gnoſcuntur ex præuia notione in 3. ibi (quod
quidem) nominat proprio nomine per exem-
plum, illa quæ cognoſcuntur ex præcedente
cognitione, & illa quæ non cognoſcuntur ex
præcedente cognitione, quo ad primum, ali-
quis poſſet dicere; ô Ar. illa quæ ſciuntur,
ſciuntur ne omnia ex præcedente cognitio-
ne? Reſpondet q.d. non, ſed quædam cogno-
ſcuntur .i. ſciuntur per prius cognoſcentem,
.i. ex præcedẽte cognitione: & quædam ſunt,
quorum non eſt cognitio per præcedentem
cognitionem, ſed ſimul cognoſcuntur, .i. ſu-
bitò 2. prior. 19. ꝙ ſentiuntur ſine vlla præ-
uia notione cognoſcuntur, non ſciuntur, &
nota, ꝙ illa, quæ ſciũtur ex præcedẽte cogni-
tione, ſunt (alia) .i. diuerſa ab illis, quæ non
cognoſcuntur ex præcedente cognitione. tum

tione,

quia cognoſcũtur diuerſo modo cognitionis: tùm etiam quia cognoſcuutur à diuerſis potentiis qm̃ quæ cognoſcuntur hoc modo cognitionis, .ſ. ex præcedẽte cognitione, cognoſcuntur ab intellectu, quæ verò cognoſcuntur alio modo cognitionis, .ſ. ſine præcedente cognitione, cognoſcuntur à ſenſu, qui intellectus valde eſt à ſenſu diuerſus, vt Au. 1. poſt. 182. vbi aſſerit oppoſitas, ſeu diuerſas res comprehendentes oportet eſſe oppoſitos .i. diuerſos. ¶ Dices, quæ cognoſcuntur ſimul ſubitò ſine nulla præcedente cognitione? ¶ Reſpondet Ar. & d.

Petitio.

Reſponſ.

Vt quæcunque ſunt ſub Vniuerſalibus, quorum habet cognitionem.

Cvm docuit, ꝙ non omnia cognoſcuntur ex præcedente cognitione: ſed quædam ſic, & quædam non. Nunc exemplo declarat, quæ non cognoſcuntur ex præcedente cognitione: vnde ſi quis diceret, ò Ar. quæ ſunt illa, quæ non cognoſcuntur ex præcedẽte cognitione? Reſpondet ſic, dicens (vt) .i. v.g. (quæcunque) .i. omnia quæ ſunt ſub vniuerſalibus quorum habet cognitionem .i. quorum vniuerſalium habet cognitionem adde tu per prius cognoſcentem. i. ex præexiſtente cognitione, vt ſub homine ſpecie vniuerſali ſunt ſingulares homines: & vniuerſaliter ſub qualibet ſpecie ſunt indiuidua, & ſingularia, vt Ar. in cap. de ſubſtantia, dixit, ſecundæ autem ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, in quibus .i. ſub quibus ea, quæ principaliter ſubſtantiæ dicũtur, inſunt: & hæ quidem, & harum ſpecierum genera, vt quidam homo in ſpecie quidem eſt in homine .i. ſub homine, ex qnibus ſequitur vera textus intelligentia: vt ſeipſum exponit Ar. ꝙ quæ cognoſcuntur ſine præcedente cognitione, ſunt ſingularia, quæ ſunt .i. continẽtur ſub vniuerſalibus, vt dicit in tex. 4. addit etiam Au. ꝙ non ſolùm ſingularia non cognoſcuntur ex præcedente cognitione; ſed etiam illa, quæ reminiſcentia cognoſcuntur v. g. ſunt duo amici in ſtudio, Sortes, & Plato qui completo ſtudio, coronantur corona doctoratus, deinde quiſque ſuum capit iter, & alter per longum tẽporis ſpatium non videt, alterum & interim intercedit obliuio, qua intercedẽte, fortè fortuna inter deambulandum in foro alter obuiam venit alteri, & alter cognoſcit alterum ex illa præuia notione, quæ prius præceſſit, ergo vnum ſingulare, vt Sortes, cognoſcit aliud ſingulare, vt Platonem ex præuia notione. Reſpondet Au. & dicit, ꝙ licet reminiſcentia fiat ex præuia notione: tamen illa non eſt doctrina, & diſciplina, non enim continetur in illa enuntiatione: qm̃ illa reminiſcentia eſt eadem ſcientia prius habita, vnde id, quod prius cognoui, cognoſco nunc, eſt enim idem ſuccedenti, ſed ſcientia concluſionis non eſt eadẽ cum ſcientia præmiſſarum: & ſic licet ſcientia concluſionis, & reminiſcentia fiat ex præcedente cognitione diuerſo tamen modo, & ſcientia concluſionis continetur ſub enuntiatione Ar. reminiſcentia verò non. ¶ Dices, ſi illa cognoſcuntur ſine præcedente cognitione, quæ ſunt ſub vniuerſalibus, vt ſingularia: vellem ſcire modò proprio nomine, quæ cognoſcũtur ex præcedente cognitione, & quæ non? Reſpondet Ar. & d.

Quod enim omne triangulum habet duobus rectis æquales, præſciuit, quòd autem hoc, quod eſt in ſemicirculo triangulum eſt, ſimul inducens cognouit.

Postqvam exẽplificauit illa, quæ non fiunt ex præcedente cognitione: nũc proprio nomine nominat, & declarat tàm illa, quæ cognoſcũtur ex præcedẽte cognitione, quàm illa, quæ non cognoſcuntur ex præcedẽte cognitione: & primò declarat illa, quæ fiunt ex præcedente cognitione: ſecundò quæ non fiunt ex præcedente cognitione, ibi (quod enim) vnde hæc pars diuiditur in duas partes; in 1. nominat, quæ fiunt ex præcedente cognitione: in 2. quæ non fiunt ex præcedente cognitione: Quo ad primum: q. d. Ar. ſi tu neſcis, quæ ſunt, & quo vocantur illa, quæ fiunt ex præcedente cognitione: dico, ꝙ ſunt, & vocanẽ vniuerſalia propoſitiones vniuerſales: v.g. hæc propoſitio vniuerſalis, omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis ſit ſcitur ex præcedente cognitione .i. ex ſuis ſingularibus. ¶ Dices, quõ fit hoc: ¶ Dicas ſic: ſi volo ſcire, hanc propoſitionem vniuerſalem eſſe veram: oportet illam ſcire ex præcedente cognitione. i. facta inductione in omnibus ſingularibus, vt omnis triangul' habet tres angulos, eſt vera: qm̃ hic triangulus ſingularis ſignatus in arena habet tres angulos: hic triangulus ſignatus in muro habet tres angulos: & hic, qui eſt in ſemicirculo habet tres angulos, & ſic de ſingulis, ergo vera eſt hæc vniuerſalis .ſ. omnis triangulus habet tres angulos, & ſic vniuerſales fit ex præcedente cognitione: & ſicut dictum eſt de hac propoſitione vniuerſali: ſic etiam dicitur de omnibus propoſitionibus vniuerſalibus: vnde præmiſſæ demonſtrationis, quæ ſunt vniuerſales, cognoſcuntur ex præcedente cognitione. i. ex ſuis ſingularibus: non autem ex præcedente cognitione. i. ex aliis præmiſſis: qm̃ ſequeretur proceſſus in infinitum. ¶ Dices ſolùm præmiſſæ vniuerſales fiunt ex præcedente cognitione, & non alia? ¶ Reſpondet Au. & dicit, ꝙ non ſolùm præmiſſæ, ſed etiam quæſita naturaliter ignota fiunt ex præexiſtente cognitione. ¶ Dices, quõ fit hoc? ¶ Dicas hoc

Petitio.

Reſponſ.

Petitio.

Reſponſ.

cas hoc modo, videlicet, hæc concluſio, omnis homo eſt riſibilis eſt naturaliter ignota, & nõ ſcita: ſed vt notificetur, & fiat nota, & vt ſciatur, oportet ſciri ex præcedente cognitione, .i. ex præmiſsis vniuerſalibus, dicendo, ſic, omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt riſibilis. ecce modò illa concluſio .ſ. omnis homo eſt riſibilis, quæ erat ignota, nunc eſt nota, & ſcita ex p̃cedente cognitione .i. ex præmiſsis vniuerſalibus, & illæ p̃miſſæ vniuerſales etiã ſciunt̃ ex præcedente cognitione. i. ex ſingularibus, & ne detur proceſſus in infinitum: ſi quæres, illa ſingularia, fiunt ne ex præcedẽte cognitione? dicas, ꝙ non cognoſcuntur ex præcedente cognitione, ſed ipſa ſunt præcedentes cognitiones, ex quibus notificantur propoſitiones vniuerſales, & præmiſſæ vniuerſales ſunt præcedentes cognitiones, ex quibus ſciuntur con-
Dub. cluſiones 1. poſt. 134. ¶ Dices quarè Ar. non exemplificauit de quæſitis, ſicut de propoſi-
Sol. tione vniuerſali? ¶ Dr̃, qm̃ non erat dubium, immò notiſsimum ꝙ quæſita fiunt ex præce-
etitio. dente cognitione. ¶ Iterùm dices, ſi ſingularia non fiunt ex præcedente cognitione, quomodo cognoſcuntur, & ſciuntur, qñ ſunt igno-
ſponſ. ta? ¶ Reſpondet Ar. & dicit.

Quod verò hic, qui eſt in ſemicirculo triangulus ſit ſimul inducens cognouit.

Cvm Ar. proprio nomine nominauit quæ ſunt illa, quæ cognoſcuntur ex præcedente cognitione: nunc proprio nomine nominat illa, quæ non cognoſcuntur ex præcedente cognitione, & declarat modum, quomodo cognoſcuntur. q. d. Ar. ſi tu neſcis, quomodo vocantur illa, quorum cognitio eſt ſimul .i. quæ non cognoſcuntur ex præcedente cognitione; dico, ꝙ nominantur: & ſunt ſingularia, v. g. (hic) .ſ. triangulus qui eſt in ſemicirculo .i. hoc ſingulare ſignatum (triangulus ſit) .i. exi-
Petitio. ſtat. ¶ Dices, quo ſcitur hoc ſingulare? ¶ Re-
Reſponſ. ſpondet & dicit (ſimul inducens cognouit) .i. ſubitò, ꝙ repræſentatur ſenſui: ſenſus cognoſcit ipſum immediatè ſine vlla prauia notione v. g. ego non cognoſco Regem Philippum; ſed ad hoc vt ipſum cognoſcam, neceſſe eſt, vt ipſe ſit coram ſenſu; ſenſus verò cùm ſentit hoc ſingulare .ſ. Philippum, ipſum cognoſcit ſubitò ſine vlla præcedente cognitione: vnde dicit Ar. 7. met. 35. & 53. ſingularia ſenſu cognoſcuntur: cùm enim abeãt ab actu: non eſt manifeſtum vtrùm ſint aliquando, an non ſint, ex quo fiat ratio talis 1. poſt. 99. ſicut ſe habet negatio ad negationem; ſic ſe habet affirmatio ad affirmationem, ſed ſi per abſentiam ſingularium à ſenſu ſubitò de ipſis non remanet cognitio, ergo per præſentiam ſingularium coram ſenſu ſimul ſtatim ſine vlla prauia notione ipſa cognoſcuntur à ſenſu cognitione ſenſitiua: quod confirmans Ar. 7. ethicorum. cap. 5. ſic dixit: ſingularibus ſenſus prædominatur, & alia eſt ſcientia vniuerſalis; alia verò ſingularium rerum, quibus ſenſus dominatur. q. d. ꝙ ſcientia vniuerſalis eſt alia, ſeu diuerſa à ſcientia ſingularium: qm̃ ſcientia rei vniuerſalis fit ex præcedente cognitione: ſcientia verò ſingularium fit ſine præcedente cognitione (prima enim eſt intellectiua; demonſtratiua, vel definitiua; ſecunda verò eſt ſenſitiua) dat exemplum Ar. ibi dicens: omne dulce oportet guſtare: hæc eſt propoſitio vniuerſalis, quæ fit ex præcedente cognitione, hoc dulce, quod eſt vnum ſingulare, non fit ex præcdente cognitione, ſed guſtatur, & ſentitur ſenſu guſtus: v. g. ſi diceret aliquis hoc zaccarum eſt dulce, non crederem illi, donec ſenſu guſtus guſtarem illud. & quid clarius? vnde ſileant illi, qui dicunt, ꝙ Ar. hic docet tempus præmiſſarum, & ꝙ hic faciat ſyllogiſmum, vel demonſtrationem; cum alia, & alia & ad altiora ſit Ar. intentio: quod idem aſſerit Ar. 2. de anima 60. & 1. met. 1. ſenſus eſt ſingularium, ſcientia verò vniuerſalium, & 1. poſt. 182. ſingularia ſenſu comprænhenduntur. ¶ Sed dices: con- Dub.
tra nam illa, quæ præſciuntur, fiunt ex præcedente cognitione, vt patet in tex. ſed ſingularia præſciuntur, vt ait Au. in libro de inſomniis cap. penultimo: ergo ſingularia fiunt ex præcedente cognitione. ¶ Dicitur ꝙ, quan- Sol.
do ait Au. ꝙ ſingularia præſciuntur, non intelligitur, ſicut intelligitur hic, ſed hoc modo, videlicet: qm̃ vniuerſale 6. ethicorum cap. 13. fit ex ſingularibus, vnde oportet, ꝙ præſciantur. i. ꝙ præhabeantur ipſa ſingularia, ex quibus præhabitis fit vniuerſale, aliter vniuerſale nec fieri, nec haberi poſſet, iuxta dictum Ar. 1. de anima 8. & Auer. 1. poſt. 162. & 12. met. 26. vbi dicit, ꝙ vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt. i. vniuerſale non eſt ante ſingularia, ſed eſt poſt ſingularia: qm̃ fit ex ſingularibus, & ſic ſingularia præhabentur: ſed non præſciuntur. ¶ Vnde optimè dicebat Au. 1. phy. 5. & 1. poſt. 134. ꝙ ſingularia ſunt principium acquiſitionis ipſius vniuerſalis. ¶ Iterum dices, ſen- Dub.
ſus ſentit vniuerſale, ergo non ſentit ſingulare: dicit enim Ar. 13. metet. vltimo ſenſus ſentit vniuerſale, vt viſus videt colorem vniuerſalem. ¶ Reſpondet ibidem Ar. vi- Sol.
ſus videt colorem vniuerſalem per accidens, inquantum hic color, quem videt, eſt color.
¶ Amplius, ſingulare fit ex præcedente co- Dub.
gnitione vniuerſali: ergo falsò dicit Ar. ꝙ ſingulare non fit ex præcedente cognitione: probatur ſic: nam ſcio, hanc mulam ſingularem eſſe ſterilem; qm̃ ſcio omnem mulam eſſe ſterilem: ergo ſingulare cognoſcitur

ex præcedente cognitione vniuerſali. ¶ Sol. Soluitur, ꝙ verè artificialiter, cùm regula artis vniuerſale fit ex præcedente cognitione: ſi ex ſingularibus, tamen ſi ſingulare fit ex præexiſtente cognitione vniuerſali, hoc eſt, præter regulam artis per accidens, & contingenter non neceſſario. Dub. ¶ Dices: illa potentia, quæ cognoſcit vnum obiectum, non cognoſcit reliquum; vt ſenſus viſus ſentit colorem, non autem ſonum, nec odorem: ſed ſenſus in cōmuni ſentit vniuerſale, I. poſt. 106. ergo non ſentit ſingulare. Sol. ¶ Dr, ꝙ ſenſus ſi ſentit vniuerſale, non primò, ſed primò ſingulare: deinde vniuerſale intellectus, è contra teſte dilucidiſſimo Themiſtio 3. de anima 9. Alia ſol. ¶ Vel dicas, ꝙ ſenſus dupliciter conſideratur vno modo, vt eſt potentia communis, & ſic eſt vniuerſalis; vt viſus indifferenter poteſt videre omnes ſingulares colores, vt hoc album, hoc nigrum: alio modo ſecūdùm operationem, ſeu in actu ſecundo: tunc dr, ꝙ ſenſus eſt vniuerſalis, qñ conſideratur vt potentia: ſed qñ conſideratur ſecundùm operationem, & in actu ſecundo, tunc eſt ſingularis. ¶ Quidā ex hoc tex. ignorantes ſumunt, ꝙ propoſitio ſingularis, vt ſortes eſt animal, ingreditur ſyllogiſmum: qm Ar. facit ſyllogiſmum quem ingreditur propoſitio ſingularis, qñ dicit: omnis triangulus habet tres angulos æquales, hic qui eſt in ſemicirculo, eſt triāgulus: ergo hic qui eſt in ſemicirculo, habet tres angulos æquales: ſi iſti intelligerent, quid facit Ar. in hoc tex. non dicerent hæc ſic falſa: & contra Ar. numquam enim mens Ar. fuit hic facere ſyllogiſmum, nec demonſtrationem: ſed tantùm declarare quæ cognoſcuntur ex præcedente cognitione, & quæ non; veluti diximus: tamen dato, & non conceſſo, ꝙ Ar. facit hic ſyllogiſmum: non per hoc eſt dicendum, ꝙ propoſitio ſingularis ingrediatur verum & cathegoricum ſyllogiſmum definitum in libro priorum cap. 1. niſi per accidens: ſed ingreditur ſyllogiſmum ſeruantem figuram tantùm, non autem ſeruantem figuram, & modum; nam licet hic ſyllogiſmus, omnis homo eſt animal, ſortes eſt homo, ergo ſortes eſt animal, ſit in figura prima, qñ medium ſubiicitur in maiori, & prædicatur in minore, tamen non eſt in aliquo modo figuræ: qñ nullus modus reperitur in figuris, qui fiat ex minori ſingulari: ſed ex particulari, quæ particularis propoſitio differt à ſingulari, ſicut cælum à terra; qm. n. aliud eſt dicere, aliquis homo eſt philoſophus: & aliud eſt dicere, ſortes eſt philoſophus: nam, qñ dicitur, ꝙ aliquis homo eſt philoſophus, dico, omnes qui ſunt philoſophi, & plures: ſed qñ dicitur ſortes eſt philoſophus, dico vnum ſingulare, vnam determinatam perſonam, & ſic numquam reperitur, ꝙ propoſitio ſingularis ingrediatur ſyllogiſmum ſeruantem modum, & figuram, ſed ſeruantem figuram tantùm: qui ſyllogiſmi, qñ fiunt ab Ar. 7. ethic. cap. 5. & in libro de motu animalium cap. 4. & ab Au. in epit. log. cap. de prima, & ſecunda, & tertia figura, dicuntur potius exempla ſyllogiſmorum: non veri ſyllogiſmi. hinc Ar. 1. priorum cap. 1. numerans propoſitiones non numerauit propoſitionem ſingularem: ſed tantùm vniuerſalem particularem & indefinitam: niſi qm non ingreditur ſyllogiſmum, quem definire intendit.

Quorundam enim in hunc modum diſciplina eſt, & non per medium extremum cognoſcitur: quæcunque iam ſingularia ſunt, & non de ſubiecto aliquo. Tex. 4.

Ab instituto non diſcedentes, eo ordine circa hui^9 textus expoſitionem procedemus, quo ſanè in præcedentibus, cùm ergo declarauit, quæ ſunt illa, quæ cognoſcūtur ex præuia notione: & quæ non, nunc concludit illa, quæ dixit clariore vocabulo, declarando quæ ſunt illa, quæ non cognoſcuntur ex præexiſtente cognitione, & docet, ꝙ ſcire eſt duplex, aliud in potentia, & aliud in actu. ¶ Diuiditur iſte textus in 4. partes, in 1. recolligit, quæ dixit ſupra, & alio nomine nominat, & declarat quæ ſunt illa, quæ non cognoſcuntur ex præcedente cognitione. Diuiſio text. In 2. ibi (Antequàm) docet ꝙ, ſcire eſt duplex, aliud in potentia. Aliud in actu, qm per hanc diſtinctionem ſoluit in 6. tex. cauillum, & ſophiſma Memnonis, & ſophyſtarum. In 3. ibi (quod enim neſcinit) docet quomodo præmiſſæ inductionis debent eſſe notæ. In 4. ibi (ſed manifeſtum) determinat veritatem. ¶ Quantum igitur ad primum dicit Ar. recolligendo quæ dixit: (quorundam enim) adde tu entium (eſt diſciplina) .i. cognitio (in) .i. per hunc modum) .i. dictum in tex. 3. i. ſine præexiſtente cognitione? ¶ Dices, ò Ar. quod eſt illud, quod non fit ex præexiſtente cognitione? Petitio. ¶ Reſpondet, & dicit, quod eſt (vltimum) .i. ſingulare quod non cognoſcitur (per medium) .i. per præexiſtentem cognitionem. Reſponſ. ¶ Dices quarè ſingulare vocatur vltimum? Petitio. ¶ Dicas, qñ vltimò ſubiicitur, v. g. in hoc ſyllogiſmo, omnis homo eſt animal, ſortes eſt homo, ergo ſortes eſt animal, ly homo eſt medium: qm ſapit naturam ſubiecti, & prædicati: in prima figura ly ſortes ſubiicitur vltimò, & in minori, & in concluſione: & numquam prædicatur. vnde ſequitur, ꝙ cùm ſingulare non prædicetur de ſubiecto, non cognoſcitur per medium terminum, ſed cognoſcitur, & percipitur ſenſu, & non ſyllogiſmo omninò: ſed eius attributa, ſeu prædicata noſcuntur ſyllogiſmo, vt notat Au. in com. Reſponſ. ¶ Sed dices, eſt ne vnum tantùm, quod non cognoſcitur Petitio.

gnoſcitur per medium cuius eſt diſciplina ſine præexiſtente cognitione an plura? ¶ Reſpondet Ar. q. d. ſunt plura. ¶ Dices ſi ſunt plura, quæ ſunt, & quomodo proprio nomine vocantur? ¶ Reſpondet, & dicit, (quæcunque iam ſingularia ſunt) ¶ Dices; quæ ſunt iſta ſingularia? ¶ Reſpondet, q. d. ſunt illa, quæ fuerunt definita in anteprædicamentis, cap. 2. & in cap. de ſubſtantia: ſed q. d. nunc iterum dicimus propter memoriæ renouationem (& non de ſubiecto aliquo) (&) .i. quæ (non) q. d. prædicantur de aliquo ſubiecto.

Reſponſ. / Petitio / Reſponſ.

Dub. ¶ Dices, ſingulare dicitur pluribus modis: vno modo minus vniuerſale, vt ſpecies, vt homo 1. phy. 4. 2. poſt. 82. & in prædicamentis cap. de qualitate. Alio modo, ſingulare compoſitum extra animam exiſtens, vt ſortes, de quibus ſingularibus intelligit hic Ar.

Sol. ¶ Reſpondet idem Ar. in tex. & dicit, quæ non de ſubiecto aliquo, adde tu, prædicantur ad excludendum ſingulare, quod eſt minus vniuerſale, quod prædicatur de ſingularibus, Porphyrio teſte cap. de ſpetie.

Petitio. ¶ Dices ſingulare eſt duplex, aliud ſubſtantiæ, vt Franciſcus: Aliud accidentis, vt hoc album, in antepredicamentis cap. 2. & in cap. de ſubſtantia 1. poſt. 33. 7. met. 1. in libro de inſomniis cap. penultimo, & in epit. log. cap. de vniuerſali, quod ſingulare eſt illud, quod non prædicatur de aliquo ſubiecto?

Reſponſ. ¶ Reſpondet Ar. in tex. q. d. non hoc vel illud, ſed quæcunque ſingularia .i. tam ſubſtantiæ, quàm accidentis de ſubiecto non prædicantur.

Replica. ¶ Dices contra nam ſingulare accidentis prædicatur de ſubiecto, vt ſortes eſt hoc album: vt dicit Ar. in ante prædicamentis cap. 2. ergo non intelligit ſingularia accidentis, ſed ſingularia ſubſtantiæ ſolùm.

Sol. ¶ Pro ſolutione Nota, q prædicari de ſubiecto intelligitur bifariam: Vno modo naturaliter tantùm, veluti ſunt omnia accidentia communia, quæ naturaliter tantùm de ſubiectis prædicantur, vt coruus eſt niger, & cignus eſt albus. alio modo naturaliter vniuerſaliter .i. per ſe eſſentialiter: tunc dicitur q licet ſingulare accidentis prædicetur de ſubiecto; tamen naturaliter tantùm, ſed non naturaliter vniuerſaliter per ſe, & eſſentialiter modo qn dicit Ar. quæcunque ſingularia tam ſubſtantiæ, quàm accidentis non prædicãtur de ſubiecto intelligitur naturaliter eſſentialiter per ſe, & ſic omnia ſingularia intelliguntur.

Replica. ¶ Sed dices contra, accidentia communia prædicantur de ſubiecto eſſentialiter, vt lignum eſt album, teſte Ar. 1. poſt. 149. ergo non ſolùm naturaliter, ſed vniuerſaliter eſſentialiter, & per ſe ſingularia accidentis prædicantur de ſubiecto.

Sol. ¶ Reſpondet Ar. ibidem, & dicit, q per ly eſſentialiter non intelligitur vniuerſaliter, & per ſe, ſed naturaliter tantùm. ¶ Vnde ſumas, q omnia accidentia communia prædicantur de ſubiecto eſſentialiter .i. naturaliter. Ex quibus

Nota pulchrã concluſionẽ. Nota, q ſingularia ſubſtantiæ non prædicantur de ſubiecto, niſi in naturaliter: ſingularia verò accidentis naturaliter, & in hoc differunt: ſed ſingularia ſubſtantiæ, & accidentis conueniunt: qn nullum ipſorum prædicatur naturaliter vniuerſaliter, & per ſe.

Petitio. ¶ Sed dices quare ſingularia ſubſtãtiæ non prædicantur de ſubiecto, ſingularia verò accidentis prædicantur?

Reſponſ. ¶ Nota 1. poſt. 147. & 148. Regula ad cognoſcendum qn aliquod prædicatur, & qn non prædicatur, hæc eſt: prædicatum enim naturale ſumitur ab eſſe naturali, veluti ſi extra animam aliquod eſt aptum natum eſſe in aliquo tunc in anima, illud poteſt prædicari de illo, & ſi extra animam aliquod non eſt aptum natum eſſe in aliquo tunc illud extra animam non poteſt prædicari de illo, & qn ſingulare ſubſtantiæ extra animam non eſt in aliquo vt in ſubiecto: quia ipſum eſt ſubiectum, in quo aliquid eſt, & de quo prædicatur, vt dicit Ar. in antepredicamentis cap. 2. & in cap. de ſubſtãtia: ideò in anima ſingulare ſubſtantiæ non prædicatur: vnde in cap. de ſubſtantia dixit Ar. à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio: verùm ſi prædicatur, non niſi ſecundùm accidens, & innaturaliter: pro quo vide quæſitum noſtrum, vbi diffusè dictum eſt.

Petitio. ¶ Dices: quotuplex eſt prædicatum naturale, quod de ſubiecto naturaliter prædicatur?

Reſponſ. ¶ Reſpondet Ar. in cap. de demonſtratione, & 1. poſt. 148. & 7. met. 59. & dicit, q eſt triplex, primum, quando cauſa prædicatur de cauſato, vt homo eſt rationalis. Secundum quando accidens prædicatur de ſubiecto, tam proprium, vt homo eſt riſibilis, quàm commune, vt cignus eſt albus. Tertium qn ſuperius .i. genus prædicatur de inferiori, vel de ſpecie, vt homo eſt animal, hæc ergo eſt regula cognoſcendi, quando aliquod prædicatur, & quando non prædicatur: & tot ſunt prædicata naturalia, quorum oppoſita dicuntur prædicata innaturalia.

Antea verò quàm inductum ſit, aut acceptus fuerit ſyllogiſmus, modo quidem aliquo fortaſſe dicendum eſt, ſcire: modo autem alio non.

POSTQVAM Ar. in prima parte huius textus nominauit nomine proprio illa entia, quæ non cognoſcuntur ex præexiſtente cognitione, in hac 2. parte affert diſtinctionem de duplici ſcire, per quam vult ſoluere ſophiſma Memnonis, & cauillum ſophiſtarum. ſed pro intelligentia Nota, q qui vult cognoſcere vniuerſale, debet inducere omnia ſingularia, quibus inductis cognoſcit actu ipſum vniuerſale, ſed antequam faciat inductionem ipſorum ſingularium non in actu, ſed potentia

Digitized by Google

cognoſcit ipſum vniuerſale, v. g. volo ſcire hanc vniuerſalem propoſitionem .ſ. ꝙ omne animal mouet mandibulam inferiorem: Vel quòd omne animal cornutum caret dentibus in mandibula ſuperiori, antequàm faciam inductionem, ſcio quodam modo .i. in potentia, neſcio alio modo, ſ. in actu: ſed cùm induco ſingularia, dicendo ſic, hoc animal mouet mandibulã inferiorem, & hoc animal mouet mandibulam inferiorem, & ſic de ſingulis: ergo omne animal mouet mandibulam inferiorem, nunc ſcio in actu, illam vniuerſalem propoſitionem eſſe verã vnde ante vſum inſtrumenti ſcimus in potentia; poſt vſum inſtrumenti, ſcimus in actu ſimiliter, antequam præmiſſæ accipiantur, & ordinentur in debito modo, & figura, ſcimus concluſionem in potentia: ſed cùm præmiſſæ ſunt ordinatæ in modo, & in figura, ex quibus ſequitur concluſio: ſcimus in actu ipſam concluſionem. quibus ſic declaratis ait Ar. (ante verò quàm inductum ſit) .i. antequam inducantur ſingularia, vel antequam ſit facta inductio (dicendum eſt) .i. ipſe inducens poteſt dicere, ꝙ aliquo modo ſcit, ſupple tu ipſum vniuerſale. i. in potentia; & poteſt dicere, ꝙ non ſcit alio modo .i. in actu. Iterum lege literam (antequam acceptus fuerit ſyllogiſmus) .i. fuerint acceptæ præmiſſæ, & ordinatæ in ſyllogiſmo (dicendum eſt) .i. ipſe ſyllogizans poteſt dicere, ꝙ ſcit aliquo modo concluſionem. i. in actu, verùm nota, ꝙ ſicut dicitur de ſyllogiſmo, & inductione, ſimiliter de omni inſtru-

Dub. mento. ¶ Dices, quarè Ar. non dixit hic, ꝙ antequam fiat enthimema, & exẽplum quodammodo ſcimus, & quodam modo non, ſicut

Sol. dixit de inductione, & de ſyllogiſmo? ¶ Dicas: qm̃ dicendo de ſyllogiſmo, dixit etiam de enthymemate: qm̃ enthymema proportionaliter eſt ſyllogiſmus, & cùm dixit de inductione, ſimiliter dixit etiam de exemplo. hanc diſtinctionem de duplici ſcire confir-

Dub. mat Ar. 13. met. vltimo. ¶ Sed dices qñ aliquis vult ſcire aliquid, in actu, antequàm ſciat

Sol. in actu habet aliquid ſcientiæ? ¶ Reſpondet Ar. 9. met. 14. & dicit, diſcentem quoque neceſſe eſt fortaſſe aliquid ſcientiæ habere, q. d. ꝙ neceſſe eſt, ꝙ ſciat in potentia, & ſi neſcit, neſcit in actu, vnde dixit 2. ethic. cap. 1. nos ſumus apti .i. habemus aptitudinem ad recipiendas virtutes antequàm illas habeamus in

Petitio. actu. ¶ Dices, quõ prius ſcimus virtutes, vel

Sol. ſcientias in actu, vel in potentia? ¶ Reſpondet Ar. 2. ethic. cap. 1. & dicit, ꝙ naturaliter prius nobis inſitæ ſunt potẽtiæ, deinde actus, ex quo ſequitur, ꝙ prius ſcimus in potentia, deinde in actu, qm̃ potentia præcedit actum

Replica. 9. met 14. ¶ Dices contra 9. met 14. actus eſt prior potentia, ergo prius ſcimus in actu, &

Sol. deinde in potentia. ¶ Dr̃, ꝙ in vno indiuiduo potẽtia præcedit actum, veluti ſortes potentia prius eſt medic', deinde actu eſt medicus, ſed in diuerſis indiuiduis actus eſt prior potentia, vt ibidem dicit Ar. & 2. de anima 6.

Petitio. ¶ Dices, quæ eſt melior ſciẽntia illa, quæ eſt

Sol. potentia, vel quæ eſt in actu? ¶ Reſpondet Ar. 6. etic. 8. & dicit apud quem eſt ſcientia vniuerſalis .i. in potentia abſque particulari. i. in actu non eſt ei poſsibile operari quidquam, qm̃ ſcientia in potentia non eſt perfecta ſecundum vltimum actum dat exemplum Ar. & dicit, nam ſi quis ſciat, ꝙ leues carnes facilè digeruntur, & ſalubres ſunt: ſed quæ ſint leues carnes ignoret: non faciet ſanitatem.

Replica. ¶ Sed dices contra: nam dicit Ar. 12. met. 51. ꝙ non videre eſt melius, quàm videre .i. non videre in actu eſt melius, quàm videre in actu; ſed non videre in actu, eſt videre in potentia, ergo videre in potentia eſt melius quàm videre in actu; ſimiliter ſcire in potentia eſt me-

Sol. lius quàm ſcire in actu. ¶ Dr̃, ꝙ qñ dicit Ar. ꝙ non videre eſt melius, quàm videre, intelligitur ratione rei viſæ, reſpectu illius, quod videtur, v. g. non videre quædam vilia, eſt melius, quàm videre illa vilia, & non ratione potentiæ, vnde dicit Au. in com. ꝙ ignorare vilia, & mala, melius eſt, quàm ſcire illa, ex quo ſumitur, quòd ignorantia eſt melior ſcientia.

Petitio. ¶ Dices ſcientia mali eſt ne bona, vel mala?

Reſponſ. ¶ Dicas ꝙ ſcientia mali eſt bona, qm̃ vt inquit Plato ipſius mali cognitio nos à malo profugere facit: ignorantia verò boni cauſa eſt, vt in malum incidamus, quapropter, & è conuerſo ignorantia mali incidere nos facit in malum: cognitio verò boni ad amplexum ipſius hominem præparat, vnde ſequitur, ꝙ omnis cognitio eſt bona, tũm mali, quàm boni, & ideò homo debet eſſe peritus in malo, & bono: in malo, vt fugiat ipſum, & ad fugam in bono, vt amplectatur ipſum: & ad vſum.

Quod enim non ſciuit, ſi eſt ſimpliciter: hoc quodammodo ſciuit, quòd duobus rectis paria habet ſimpliciter.

Cvm Ar. notificauit, ꝙ ſcire eſt duplex, aliud in potentia, & aliud in actu; nũc docet quõ præmiſſæ inductionis debent eſſe notæ, & dicit (ꝙ .n. neſciuit ſi eſt ſimpliciter) q. d. ſi quis neſciuit ſimpliciter, ꝙ .ſ. ſubiectum ſeu ſingulare ſit, quõ ſciuit, ꝙ habet tres? ſi prædicatum: q. d. ſi nos dicimus ꝙ ſubiecta ſingularia, quæ ſunt præmiſſæ inductionis nullo modo ſunt nota: quõ poſſumus affirmare de illis prædicatum? cùm impoſsibile ſit affirmare prædicatum de ſubiecto: niſi præſupponamus ſubiectum eſſe? vt dicit Au. 1. poſt. 73. ſed nota, ꝙ in hac parte duo ſunt .ſ. vnum eſt prædicatum ſcibile, & ſubiectum de quo ſcitur: ſubiectum eſt ſingulare: prædicatum verò eſt

rò eſt

trõ eſt habere tres per ly (quod) intendit ſubiectum, quod eſt ſingulare. ſ. hunc triangulum, per ly (habere tres) intendit prædicatum; & ſic præmiſſæ inductionis quodammodo. i. in potentia ſciuntur, & ſimpliciter, vt ſunt, ſingularia ipſa; & quodam modo non ſciuntur, i. in actu.
Dub. ¶ Dices ſingularia quãdo ſunt ſcita in potentia, & quando in actu? ¶ Reſpon-
Sol. det Ar. & dicit, q ante ſenſationem. i. antequàm ſingularia ſentiantur, ſunt ſcita, & nota in potentia; dum verò ſentiuntur, tunc in actu ſciuntur. v. g. antequàm viſus videat hunc colorem rubeum poteſt dici, q viſus videt hunc colorem: tñ videt in potentia: cum verò ille color eſt coram viſu, tunc viſus actu videt illum, & ſic qm̃ ſingularia ſciuntur in potentia, ſciuntur quodam modo, & ſecundum quid; non omni modo: qm̃ omni modo ſcire eſt in potentia, & in actu ſcire; vnde qui ſcit in potentia, non ſcit in actu, ſed qui ſcit in actu, ſciuit in potentia.

Sed manifeſtum eſt, quòd ſic quidem ſcit: quoniã vniuerſaliter ſcit, ſimpliciter autem non ſcit.

In iſtiad vltima parte Ar. determinat veritatem, quomodo præmiſſæ inductionis, quæ ſunt ſingularia aliquo modo ſunt ſcitæ, ſeu præcognitæ, & aliquo modo non ſunt præcognitæ: qm̃ inhuit illa particula (manifeſtum) quæ manifeſtam inquit ſolutionem; & dicit, ſed manifeſtum eſt, q ſic quidem ſcit. i. antequàm ſingularia ſentiantur, iam inducens ſcit illa (ſic. i. in potentia) aſſignat cauſam Ar. & dicit (qm̃ vniuerſaliter ſcit), q. d. ideò ſcit in potentia, qm̃ ſcit vniuerſaliter, modo ſcire vniuerſaliter nihil aliud eſt, niſi ſcire in potentia (ſimpliciter autem non ſcit). i. non ſcit ſimpliciter. i. in actu, ex quo ſequitur, q ſingularia antequàm ſentiantur, non ſunt omnimodo ſcita; & nullo modo ſcita, ſed vno modo ſciuntur alio modo non ſciuntur; ſed cum fuerint ſenſata omni modo ſciuntur.
Petitio ¶ Dices, quarè ſcire vniuerſaliter, eſt ſcire in
Reſponſ. potentia? Dr qm̃ 2. met. 4. ſcientia inſequitur res ipſas, & qm̃ vniuerſale habet eſſe potentiale in ſingularibus 3. de anima 5. & 7. met. 57. ideò ſcire in vniuerſali eſt, ſcire in potẽtia;
Dub. ¶ Dices, Ar. in ſuperiori parte huius tex. dixit; q per ſcire ſimpliciter intelligitur ſcire in potentia, quõ dicit nunc, q ſcire ſim-
Sol. pliciter, eſt ſcire in actu? ¶ Dr q inter alia ſignificata quæ habet hæc particula (ſimpliciter) ſunt hæc ſcilicet, ſignificat aliquando potentiam, & aliquando actum, vnde non eſt inconueniens dicere ſcio ſimpliciter, & neſcio ſimpliciter; dummodo diuerſo modo ſumatur, Ar. in ſuperiori parte huius tex. ſumpſit ly (ſimpliciter) prout dicit potentiam, qn̄ dixit hoc quodammodo ſciuit q duos habet rectos ſimpliciter: nunc verò ſumit ly ſimpliciter, prout dicit actum: ſed qm̃ hæc particula ſimpliciter multa habet ſignificata; ideò recurre candide lector ad ſeptimum tex. vbi ad longum eius ſignificata habebis.

Si verò non quæ in Memnone dubitatio continget, aut enim nihil addiſcit, aut quæ nouit. Tex. 5. idem. 2. priorum cap. 19.

POSTQVAM Ar. notificauit illam diſtinctionem, q ſcire eſt duplex in actu, & in potentia: nunc vult manifeſtare, q ſupradicta diſtinctio eſt vera; qm̃ ſoluit ambiguitatem Memnonis; priuilegium enim eſt veri, & demonſtratiui ſermonis 1. phy. 71. & 4. phy. 3 1. 8. phy. 22. ſoluere dubia circa ipſum cõtingentia 1. de anima 21. 2. de anima 12. & 23. & 1. cæli 21. ſed qm̃ hæc diſtinctio ſoluit ſophiſma Memnonis: ideò dicitur vera. ¶ Diuiditur iſte Diuiſio text. tex. in tres partes in 1. dat ſignum, q diſtinctio ſua de dupliti ſcire eſt vera in 2. ibi (non enim) confutat aliorũ ſolutionem, & recitat dubium Memnonis quaſi dicẽdo, q per diſtinctionem ſuam poteſt ſolui illud dubium, & non aliorũ ſolutione in 3. ibi (ſoluunt enim) ponit malam aliorum ſolutionem, vt confirmet ſuam eſſe veram; ſed antequàm textos ſentẽtiam declaremus, eſt Notãdum, q multiplex fuit opinio de modo ſciendi: prima fuit Eracliti, qui dicebat; q propter varietatem, & continuum fluxum rerũ non contingit aliquid ſcire; & non datur ſcientia: omnino quam opinionem, Socrates; & multi alij academici ſequuntur; Socrates enim ſic arguebat, nihil huius mundi inferioris poteſt ſciri propter continuam rerum variationem, nec poteſt ſciri aliquid mundi ſuperioris propter magnam diſtantiam; ſicut neque ſcimus ea, quæ ſunt in Germania regione remotiſsima; ergo non datur ſcire. Plato autem dicebat, q contingit aliquid ſcire: ſed non de nouo, & q noſtrum ſcire eſt ſolùm reminiſci; hoc modo videlicet credebat enim Plato; animas rationales de nouo creatas eſſe cum omnib' ſcientiis, & artibus, deinde miſtas corpori maculari, impediri, & obſcurari à tali cognitione propter materialitatem, & corporeitatem, cui anima eſt admiſta; & iterum virtute ſenſus, & cognitionis reduci ad ſcientiam, & cognitionem eorum, quæ prius ſciebat, vnde, ſcire noſtrum eſſe quoddam reminiſci; Ar. autem ſtatuit contra Socratem, & Heraclytum, q ſcientia datur, & eſt, & illam de nouo generari contra Platonem; ſed pro intelligentia opinionis Ar. Nota quòd ſicut ſe habet materia prima, ſic ſe habet intellectus humanus, materia enim prima eſt in pura potentia, nullam de ſe habens formã naturalem, ſed quamlibet formam recipit ab agente naturali, ſic intellectus humanus eſt, ſicut tabula raſa; in

qua

quæ nihil eſt depictum 3. de anima 14. & tantum recipit, quantum ab agente inducitur: adeò quid, quod inducitur in intellectu, de nouo inducitur, ergo omnis ſcientia, quæ inducitur in intellectu, de nouo fit, & acquiritur, & non per reminiſcentiam. His ſic declaratis, exponatur textus hoc pacto (verò) procerte innuens certitudinem notando certam, & veram conſequentiam (ſi) ſupple tu, dicta diſtinctio de duplici ſcire, in potentia, & in actu .i. φ omnia quæſita, & dubia ex aliqua parte ſunt nota; & ex aliqua parte ſunt ignota (non) adde tu concederetur, & non vera eſſet (continget) Nota, φ non ſumitur hic pro quolibet, ſicuti in 1. phy. 43. 44. nec pro (eſt) ſicut in 1. prior. cap. 8. & 1. phy. & 2. de anima 21. ſed pro, ſequitur, ſicut ſumitur in definitione ſyllogiſmi: vnde dicas (continget) .i. ſequetur (dubitatio, quæ eſt in Mennone) .i. quam ponit Plato in libro Mennonis, qui Memnon fuit diſcipulus Platonis, quæ dubitatio importat duo inconuenientia falſa, & impoſsibilia. Primum eſt, φ non datur ſcire omnino, ſecundum eſt, φ ſi ſcire datur non eſt ſcire de nouo, ſed eſt per reminiſcētiam, quod innuit Ar. qñ dicit (aut nihil diſcet) .i. omnino non datur ſcientia, vt volebat Heraclitus (aut quæ nouit) .i. aut ſi datur ſcientia, datur eorum, quæ anima prius nouit .i. antequam fuerit repoſita in corpore: & cùm deinde repoſita fuit in corpore fuit oblita, deinde iterum acquiſiuit illam, quam prius habuit per recordationem tñ: quæ quidem ambo ſunt omnino falſa, qm patet ad ſenſum, multa eſſe quæ prius ſunt nobis ignota, deinde ſcimus illa, vnde aſſerit Ar. 2. ethic. 13. & 2. top. 42. nemo natura ſapiens, & 2. ethic. cap. 1. neque natura, neque propter naturā inſunt nobis virtutes, ſed φ d. Ar. omnia de nouo ſunt in nobis, & acquiruntur à nobis. ¶ Dices, φ non datur ſcire ſupponendo vnum, nam inſtrumentum faciens ſcire eſt demonſtratio 1. poſt. 8. Sed demonſtratio non datur. ergo non datur ſcire, vt dicit Ar. 1. poſt. 8 1. & probatur ſic nihil, nō eſt, vt patet ad ſenſum, ſed demonſtratio eſt, nihil: ergo demonſtratio non eſt, & per conſequens ſcire non eſt, probatur ſic id, quod fit ex nihilo, eſt nihil: vt ſumi poteſt ex 1. phy. 35. ſed demonſtratio fit ex nihilo: ergo eſt nihil minor probatur: demonſtratio fit ex vniuerſali 1. poſt. 62. ſed vniuerſale eſt nihil 1. de anima 8. Ar. & Au. 1. poſt. 162. ergo demonſtratio eſt nihil. ¶ Amplius 1. poſt. 81. ſi vniuerſale non eſt medium non eſt, ſi medium non eſt, demonſtratio non eſt: ſi demonſtratio non eſt, ſcientia non eſt, ſed dictum eſt, φ vniuerſale non eſt, ergo à primo ad vltimum ſcientia non eſt. ¶ Dr ad vtramque rationem, φ id, quod non eſt duplex eſt, vel non eſt extra animam, vel non eſt in anima, tunc dicas, φ vniuerſale non eſt extra animam, ſed eſt in anima, tunc verificatur in his, quæ ſunt extra animam; ſed ſi eſt extra animam, non per ſe, ſed per accidens 1. poſt. 134. ¶ Vel dicas, φ vniuerſale eſt nihil ante ſingularia, ſed ſi eſt aliquid: eſt poſterius, & poſt ſingularia, qm fit ex ſingularibus 3. ethic. cap. 13. & habet eſſe in ſingularibus 7. met. 59. nec non 12 de anima 8. & 1. poſt. 191. ¶ Amplius ſi demonſtratio daretur, ſcire etiam daretur: ſed non datur demonſtratio: ergo non datur ſcire, vera quidem eſt regula 1. poſt. 99. ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationem, ſic ſe habet negatio ad negationem, conſequentia proba ſub ſic, nam ſi demonſtratio daretur, vtique fieret ex prædicatis primi modi dicendi per ſe 1. poſt. 55. & 153. ſed non dantur prædicata primi modi: ergo non datur demonſtratio: & per conſequens non datur ſcire, ſi enim darentur prædicata primi modi, vtique eſſent genera, differentiæ, & definitiones 1. poſt. 30. & 7. met. 11. in epit. log. cap. de demon. 1. poſt. 149. 153 ſed nullum horum eſt prædicatum in primo modo: ergo non dantur prædicata in primo modo, probatur qm prædicata primi modi ſunt ſubſtantialia 1. poſt. 30. 7. 135. ſed genus, differentia, & definitio non ſunt ſubſtantialia ergo non ſunt prædicata in primo modo probatur: qm quæcunque de ſubiecto prædicantur accidentia ſunt 1. poſt. 33: ſed omnia hæc de ſubiecto prædicantur, vt patet in cap. de ſubſtantia, ergo non ſunt prædicata ſubſtantialia, & in primo modo, ſed omnia ſunt accidentia; concluditur ergo φ ſi hæc non ſunt prædicata in primo modo, non dantur prædicata in primo modo. Si hæc non dantur ergo non datur demonſtratio: ſi non demōſtratio, ergo nec ſcire. ¶ Dr, φ qñ dicit Ar. quæcunque de ſubiecto prædicantur accidentia ſunt, non intelligit, φ ſunt accidentia in quantum diſtinguuntur contra ſubſtantiam, ſed ſunt accidentia, in quantum non exiſtunt per ſe, ſimiliter genus, differētia, & definitio ſunt prædicata in primo modo, & ſunt ſubſtantialia ſed ſi ſunt accidentia non .niſi in quantū non exiſtunt per ſe, ſicuti ſunt ſingularia, quæ per ſe exiſtunt, ſed exiſtunt per accidens: remanet ergo, φ dantur prædicata per ſe in primo modo, & per conſequens datur demonſtratio, & datur ſcire contra oppoſitum ſententiæ.

Non enim iam, vt eluti quidam nituntur ſoluere; dicendum: nunquid noſti omnem dualitatem, quod par eſt aut non: aſſerente autem aliquo quandam dualitatem: quam non exiſtimabat eſſe quare neque parem.

IN hac parte Ar. recitat dubium deſtruens ſcientiam innuens dubij falſam aliorum ſolutionem, vt oſtendat, ſuam eſſe veram, & dicit (non

cit (non enim dicendum eſt) .i. non eſt ſoluendum dubium Memnonis (vt) .i. illo modo, ſeu illa ſolutione, quomodo, & qua ſolutione (quidam alij ſoluere conantur) qm̃ q.d.
Dub. Ar. illa ſolutio eſt falſa. ¶ Dices, quomodo erat dubium Memnonis per quod deſtruebat
Sol. ſcire? ¶ Reſpondet, q.d. illi, qui intendunt deſtruere ſcientiam, quærebant ab illis, qui aſſerebant dari ſcientiam, & dicebant (nunquid ſciuiſti omnem dualitatem, qm̃ parem, aut non?) .i. tu qui dicis, ꝙ datur ſcire, ſcis, ne hanc propoſitionem vniuerſalem: ſ. ꝙ omnis dualitas eſt par: nec ne? ſi tu dicis, ꝙ non: illi, dicunt ꝙ habent intentum quod deſiderant. ſ. ꝙ non datur ſcire (dicente autem) .i. ſi tu dicis. i. affirmas, ꝙ ſcis illam vniuerſalem, habita hac reſponſione illi ſophyſtæ (attulerant) .i. apportabant (quandam dualitatem) .ſ. occultam, & abſconditam in manu, & dicebant, ſcis ne hanc eſſe parem? reſpondens ais, neſcio hanc eſſe dualitatem, & per conſequens, neſcio, eſſe parem: qm̃ eſt tecta, occulta, & abſcondita in manu: at hi dicebant: ſi tu neſcis hanc particularem, neſcis etiam vniuerſalem, ergo non datur ſcire: qm̃ particularis negatiua deſtruit vniuerſalem affirmatiuam 2. prior. cap. de inſtantia: v.g. ſi tu ignoras hoc reubarbarum non purgare bilem, ſimiliter tu non ſcis, hanc particularem. ſ. aliquam dualitatem eſſe parem: ergo nec illam vniuerſalem .ſ. ꝙ omnis dualitas eſt par.

Soluunt enim, nõ ſcire omnem dualitatem parem eſſe. ſed quam nouerunt, quòd dualitas.

CVM recitaſſet dubium Memnonis, & aliorum falſam ſolutionem reprobaſſet: nunc recitat falſam ſolutionem ab illis datam. Sed pro huius ſolutionis intelligentia eſt Notandum, ꝙ qñ aliquis ſcit propoſitionem vniuerſalem, poteſt ſcire illam duobus modis, vno modo cum limitatione, ſeu cum conditione; vt ego ſcio omnem dualitatem eſſe parem, cum hac limitatione. ſ. quàm ſcio eſſe parem, alio modo abſolutè, & ſine conditione, & ſimpliciter, vt ſcio omnem dualitatem eſſe parem, quo ſic ſtante dicit Ar. (ſoluunt) .i. ſophiſtæ dubium Memnonis, hoc modo (dicentes non ſcire) illã vniuerſalem. ſ. omnem dualitatem eſſe parem abſolutè, & ſine conditione: ſed cum hac limitatione, & conditione .ſ. quam ſciunt eſſe dualitatem. Sed vt præſens textus facilius intelligatur poteris ordinare ipſum hoc modo (ſi verò non) verò .i. certè, (ſi) ſuppleꝰ diſtinctio de duplici ſcire (non) ſupple eſſet vera: tunc ſequeretur dubitatio, ac intentum ſophiſtarum, qui dicebãt, ꝙ non datur ſcire, aut ſi datur, eſt per reminiſcentiam, quæ dubitatio eſt hæc .ſ. vir optimè ſcis ne omnem dualitatem eſſe parem, ſi tu dicis, ꝙ ſic: ſtatim illi apportant quandam dualitatem in manu abſconſam, quam tu neſcis eſſe dualitatem, & dicunt: ſcis ne eſſe parem? tu dices non, quia neſcis illam eſſe dualitatẽ, & per conſequens neſcis eſſe parem, at illi ſtatim dicunt, ergo contradictio in dictis tuis: quia modò dixiſti te ſcire, & modò dicis, te neſcire ergo non datur ſcire. Reſpondent, & dicunt, ꝙ ſciunt illam vniuerſalem .ſ. ꝙ omnis dualitas eſt par: tamen non abſolutè, ſed cum hac conditione, quam ſciunt eſſe parem. Sed Ar. deridet hanc ſolutionem, dicens non eſſe ſoluendum dubium ſophyſtarum veluti quidam ſoluere conantur.

Tex.6. *Atqui ſciunt quidem, cuius demonſtrationem habent, & cuius acceperunt: acceperunt autem non de omni: de quo vtique nouerint quòd triangulum, aut quod numerus: ſed ſimpliciter de omni numero, atque triangulo.*

POSTQVAM Ar. antiquorum falſam recitaſſet ſolutionem ad dubium Memnonis, nunc vult deſtruere ipſam, vt oſtendat ſolutionem ſuam eſſe veram. ſed pro faciliori tex. intelligentia. ¶ Diuiditur in duas partes, in 1. impugnat falſam ſolutionem datam ab antiquis, in 2. ibi (ſed nihil prohibet) rememorat diſtinctionem propoſitã de ſcire, dicens, ꝙ per hanc diſtinctionem ſoluitur dubium Memnonis, & non per aliã, quantùm ad primum eſt ſciendum, ꝙ à tali, & ſimili non prouenit niſi tale, & ſimile 7. met. 28. vt homo generat hominem 2. phy. 13. 26. & 1. de par. an. cap. 1. & 12. met. 18. & verum eſt hoc in natura: & qm̃ ars 2. phy. 22. & 4. met. 27. imitatur naturam: vnde valet, ꝙ ſicut res ſe habet in naturalibus, ſic etiam in artificialibus. Sed qm̃ ſyllogiſmus eſt res artificialis fabricata ab intellectu, ideo ſicut, qualis eſt homo, qui generat, ſic eſt homo qui generatur, nihil plus, & nihil minus, ſic etiam in ſyllogiſmo, quales enim ſunt præmiſſæ, talis debet eſſe concluſio: qm̃ præmiſſæ faciũt concluſionem, vt patet in libro de motu an. cap. 4. ſi enim præmiſſæ ſunt ſimplices, & abſolutæ, concluſio etiam, quæ depẽdet ab illis, debet eſſe ſimplex, & abſoluta, & ſi præmiſſæ ſunt conditionatæ, concluſio etiam debet eſſe conditionata, ſed ſi prẹmiſſæ ſunt abſolutæ, concluſio non poteſt eſſe conditionata, & ſi præmiſſæ ſunt conditionatæ, concluſio non poteſt eſſe abſoluta: qm̃ id, ꝙ ſeminatur in præmiſſis, colligitur in concluſione, v.g. in hoc ſyllogiſmo, omnis homo eſt animal, omne rationale eſt homo: hæ duæ præmiſſæ ſunt abſolutæ ſine conditione, ex quibus ſequitur concluſio abſoluta, quæ eſt hæc. ſ. ergo omne rationale eſt animal, & non hæc cõditionata .ſ. ergo omne rationale eſt animal, quod eſt animal, quibus ſi

notatis

Digitized by Google

notatis volens Ar. deſtruere antiquorum falſam ſolutionem, vtitur hac ratione, primò enim præponit maiorem, ſecundò minorem, & dicit, illa propoſitio vniuerſalis ſcitur, cuius demonſtrationem habent .i. ex qua habita eſt.i. accepta eſt demonſtratio, idem enim intelligit Ar. per habere, & accipere (acceperunt autem) autem pro ſed, acceperunt demonſtrationē factam ex maiori (non de omni,.i. non de vniuerſali) de quo vtique ſciunt, ꝙ triangulus, aut ꝙ numerus ſit .i. conditionata (ſed ſimpliciter de omni numero, & triãgulo) .i. ſed de maiori (de omni) .i. vniuerſali, (ſimpliciter) .i. abſoluta, & ſupple tu minor etiam fuit ſimplex, & abſoluta; ergo concluſio non debet eſſe de ſcito conditionato, vnde fiat ratio talis. Eodem modo ſcitur concluſio, quo, & propoſitiones: ſed nos ſcimus ſimpliciter omnem dualitatē eſſe parem, & non omnem, quàm ſcimus eſſe dualitatem, & ſimpliciter hæc dualitas abſconſa eſt dualitas, ergo concluſionem contingit nos ſcire ſimpliciter, videlicet, ꝙ hæc dualitas ſit par, & non cum illa conditione. ſ. quam ſcimus eſſe dualitatem.

Nulla enim propoſitio accipitur talis: quòd quem tu noſti numerum, aut quam tu noſti rectilineam, ſed de omni.

NVNC probat Ar. concluſionem acceptam in demonſtratione eſſe ſimpliciter acceptam ſine conditione, nam, quando nulla propoſitio ſumitur cum conditione, concluſio non ſequitur cum conditione, ſed in demonſtratione prædicta nulla propoſitio accipitur talis .ſ. conditionata, vt monſtrat exemplo: non enim fuit accepta cum hac conditione, quem tu noſti numerum, vel quam tu noſti rectilineam: ſed de omni ſimpliciter ſine conditione, quarè concluſio vniuerſalis debet eſſe in demonſtratione ſine conditione.

Sed nihil, vt opinor prohibet: quòd addiſcit aliquis eſt ſic ſcire, eſt autem ſic ignorare: abſurdum enim non ſi nouit quodam modo, quod addiſcit: ſed ſi ita: vt inquantum addiſcit, & ſic.

POSTQVAM reprobauit falſam aliorum ſolutionem, nunc propriam ſolutionem, & veram rememorat, & dicit, vt ego Ariſtoteles (opinor.) Nota ꝙ dixit (opinor) non dubitatiuè, ſed propter philoſophicam reuerentiam (nihil prohibet) .i. à nullo prohibetur, nec ab arte, nec à natura, nullum eſt inconueniens, immò eſt neceſſariū, vt illud, quod quis diſcit (ſit ſic ſcire) .i. contingat, vt ſciat (& ſit ſic ignorare) .i. contingat illud met ignorare, dixit (ſic ſcire ſic ignorare) quia ly ſic notat ſecundùm quid, ſecundùm partem aliquo modo ſcire, aliquo modo ignorare .i. non ſimpliciter, & vniuerſaliter omni modo, ſed pro intelligentia nota, ꝙ ratio deſtruēs ſcire ipſum hæc erat, ſi quæris ſcire, vel id, quod eſt notum, vel id, quod eſt ignotum. Si notum ocioſum eſt quia quæres quod habes: quod eſt abſurdum; ſi ignotum nunquam inuenies; reſpondet Ar. & dicit, ꝙ notum, & ignotum ſumitur duobus modis, vel ſimpliciter, vel ſecundum quid: ſi ſimpliciter omni modo notum, tunc ſequitur inconueniens .ſ. quærere ſcire quod omni modo ſcis, ſi ignotum omni modo ſequitur incōueniens, quæris inuenire, quod nunquam inuenies: ſed ſecundùm quid non eſt inconueniens: quo ſtante, dicit Ar. inconueniens enim non eſt, ſi ſcit quodam modo .i. in potentia, id quod addiſcit in actu. Sed tunc eſſet inconueniens, qñ addiſceret in potentia id, quod ſcit in potentia, vel addiſceret in actu id, quod ſcit in actu: ſed qñ addiſcit in actu, id, quod ſcit in potentia, tunc eſt conueniens, & neceſſarium, vnde idē ſcire, & ignorare diuerſo modo non eſt incōueniēs, quemadmodū poteſt ſciri demonſtratione directa, ignorari demonſtratione ducente ad impoſſibile, vel idem poteſt ſciri, & ignorari: poteſt enim ſciri, quod ſit, & poteſt ignorari quid ſit: vt aliquis ſcit cælum eſſe, tamen quid ſit cælum ignorat. Aliquis enim ſcit aliquod modo confuſo in completo, in vniuerſali ſimpliciter; illud tamen ignorat modo diſtincto completo in particulari, & in actu. ¶ Dices, eſt neceſſarium, vt diſcens prius ſciat aliquid in potentia, deinde in actu? ¶ Dicas cum Ar. 9. met. 14. vbi ait diſcentem quoque neceſſe fortaſſe eſt aliquid ſcientiæ habere .i. neceſſe eſt, vt diſcens prius ſciat in potentia, quàm in actu, qm̄ non poſſet ſcire in actu, ſi prius non ſciret in potentia. ¶ Dices contra qm̄, Dub. qui ſcit in potentia, ſcit in actu, & qui neſcit in actu, neſcit in potentia, & probatur qm̄ 3. phy. 32. iidem eſt eſſe, & poſſe idem eſt actus, & potentia, vt 4. phy. 49. ergo qui ſcit in potentia, ſcit in actu, & qui neſcit in actu, neſcit in potentia. ¶ Dr̄ ꝙ actus, & potentia idem Sol. eſt in diuinis, non in his inferioribus: ſed ſi in his inferioribus; ſed ſi in his inferioribus eſt idem ſolum ſubiecto, ſed non ratione in diuinis ſunt idem ſubiecto, & ratione.

Tex. 7.

Scire autem opinamur vnum quodque ſimpliciter, ſed non ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidens.

POSTQVAM Ar. notificauit duplici inductione illam vniuerſalem propoſitionem .ſ. ꝙ omnis doctrina, & omnis diſciplina fit ex præexiſtente cognitione, & ſoluit dubia contingentia circa illam, quæ erant duo. vnum Memnonis, alterum ſophiſtarum in hoc tex.

ex defini-

Digitized by Google

ex definitione ipſius ſcire vult ſumere quot, & quales debent eſſe conditiones præmiſſarum, quæ ſunt inſtrumenta ad ipſum ſcire, quod eſt finis præmiſſarum. ¶ Dices, quare Ar. definit primò ipſum ſcire, & poſtea definit demonſtrationem, & non è contra? ¶ Dicas, quia ſcire eſt effectus demonſtrationis, vt patet 1. poſt. 8. cùm dicitur demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire .i. demonſtratio eſt ſyllogiſmus, quaſi arbor, quæ facit hunc effectum .ſ. ſcire tamquam proprium fructum; ergo cùm velit tradere nobis ſcientiam de demonſtratione, non potuit opportunius incipere, & melius, quàm ab effectu, qui eſt ipſum ſcire, quod ab ipſa demonſtratione producit, quia cauſſæ, & inſtrumēta non addiſcuntur facilius, quàm ex effectibus ab eis, dependentibus, iuxta illud. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, quia effectus ſunt notiores cauſis. 2. de anima 33. & inſtrumentis, tantò magis, quia finis 3. ethic. 6. neceſsitat ea, quæ ſunt ad finem, artifex enim non operatur niſi ex fine præcognito 3. ethic. cap. 6. ſed finis præmiſſarum demonſtrationis ſimpliciter eſt ipſum ſcire 1. poſt. 8. & 9. ergo quot, & quales ſunt conditiones ipſius ſcire: tot, & tales debent eſſe conditiones præmiſſarū, quæ ſunt inſtrumenta ad ipſum ſcire: & ſic ex cognitione finis, & effectus deuenimus ad cognitionē inſtrumenti, & cauſſæ, producentis illum finem, ideò. ¶ Diuiditur iſte textus in duas partes, in 1. præponit definitionem ipſius ſcire: in 2. ibi (manifeſtum) probat definitionem ipſius ſcire eſſe optimè aſsignatam ex cōmuni omnium voto, ac conſenſu; quantùm igitur ad primum eſt notandum ex 1. de cælo tex. 110. ꝙ omne nomen quando fuerit æquiuocū, quilibet peritus artifex, ſiue fuerit magnus, ſiue paruus, ſiue nobilis, ſiue ignobilis, ſiue practicus, ſiue ſpeculatiuus debet prius diſtinguere illud in ſua ſignificata; deinde debet determinare. nos autem ab eius dogmate non diſcedentes cum ſcire ſit æquiuocum, meritò debemus ipſum in ſua ſignificata diuidere, quæ ſi ignorabimus mentem Ar. numquā guſtabimus, & primo dicitur ſcire in potentia, ſecundo modo ſcire in actu, vt 1. poſt. 4. & 6. inquit Ar. necnon 2. ethic. 1. ¶ Aliquis dicet quod ſcire hic definitur? ¶ Non ſcire in potentia, ſed ſcire in actu. ¶ Adhuc ſcire in actu eſt duplex. Aliud primorum principiorum, aliud per reminiſcentiam ſcias, ꝙ hic non definitur ſcire primorum principiorum quoniam illud ſcire non eſt per cauſam, nec ſcire per reminiſcentiam, quoniam hic definitur ſcire de nouo adhuc ſcire in actu de nouo. Aliud eſt per definitionem. Aliud ſcire in actu de nouo per demonſtrationem. ¶ Aliquis quæret quod ſcire in actu hic definitur? ¶ Dicitur, ꝙ definitur ſcire, quod habetur per demōſtrationē, vt 1. poſt. 8. ſe exponit, quando dicit, dicimus autem per demonſtrationem cognoſcere. ¶ Iterum dices, & cùm demonſtratio dicatur tribus modis, vna ſimpliciter 1. poſt. 8. 22. 35. 62. 152. Ar. & Au. 1. poſt. in prologo 1. phy. in prologo, & in 1. colliget. cap. 1. Alia eſt demonſtratio, propter quid, vt ibidem & 1. poſt. 95. 96. Alia eſt demonſtratio, quia 1. poſt. 99. 1. phy. 2. & 2. de anima 12. 6. met. 1. 2. poſt. 20. ¶ Tunc dices, ſi hic definitur ſcire, quod habetur per demonſtrationem, per quam demonſtrationem, vel ſimpliciter, vel propter quid, vel quia? ¶ Reſpondet Ar. in tex. & dicit, quod illud ſcire hic definitur, quod habetur per demonſtrationem ſimpliciter, non per propter quid, nec quia. ¶ Dices, quæ nam eſt hæc demonſtratio ſimpliciter? ¶ Reſpondet Au. declarando ipſam per tria nomina, & primò notificat ipſam ex fine, dicens quæ notificat eſſe, & cauſam rei, ſecundò dicit, quæ eſt certiſsima inter ſpecies demonſtrationum ſecundùm veritatem. Tertiò dicit, quæ eſt perfectiſsima ipſarum ſecundùm ſcientiam, & primò intenta in hoc libro. ¶ Dices, quid intelligit Au. per demonſtrationem ſimpliciter? ¶ Dicas, ſed Nota ꝙ à fine vnumquodque denominatur 2. de anima 49. & quoniam omne quæſitum eſt duplex 2. poſt. 1. aut eſt de eſſe, aut eſt de cauſa, quo ſtante, ideò dicitur demonſtratio ſimpliciter; quia abſoluit omne quæſitum, tàm eſſe, quàm cauſæ exemplum. verùm Nota, ꝙ interpoſitio terræ inter ſolem, & lunam, eſt cauſa, quæ facit ecclypſim. Nota aliud, ꝙ priuatio luminis eſt eſſe ipſius ecclypſis 8. met. 13. 2. poſt. 42. & in 8. quæſito poſt. quando enim priuatio luminis, quæ eſt eſſe ecclypſis fuerit ignota, notificatur per interpoſitionem, quæ eſt cauſa, per quam notificatur priuatio luminis, dicendo ſic: interpoſitio terræ inter ſolem, & lunam eſt priuatio luminis, ecclypſis eſt interpoſitio terræ inter ſolem, & lunam: ergo ecclypſis eſt priuatio luminis, ecce modò quòd hæc demonſtratio in concluſione abſoluit priuationem luminis, quę eſt eſſe ecclypſis: & in medio dat, & abſoluit cauſam, quæ cauſa eſt interpoſitio terræ inter ſolem, & lunam. ¶ Dices, quarè demonſtratio ſimpliciter eſt certiſsima inter ſpecies demonſtrationis ſecundùm veritatem? ¶ Dicas, quia 1. poſt. 11. & 2. poſt. 94. & 3. quæſ. poſt. certum in ſcientia ſequitur eſſe apud naturam: & quia eſſe effectus habet eſſe certum per cauſam, meritò apud ſcientiam eſt certa per ſcientiam ipſius cauſæ, quæ eſt medium in ipſa. ¶ Dices, quarè eſt certior demonſtratione propter quid, quæ etiam facit ſcire per cauſam 2. poſter. 48? ¶ Dicas, propter duas cauſas: primò quoniam demonſtratio

Petitio. Sol. Diuiſio tex. Quot modis dicitur ſcire. Dub. Sol. Sol. Dub. Dub. Sol. Dub. Sol. Dub. Sol. Dub. Sol.

Digitized by Google

ſimpliciter procedit ſolùm per cauſam formalem 2.poſt.95.& 1.poſt.11.ſed demonſtratio propter quid 2.poſt. 48. procedit per omnes cauſas: & qm̃ cauſa formalis eſt certior omnibus aliis cauſis, ideò demonſtratio ſimpliciter & ſciẽtia ſua eſt certior. Secundò qm̃ primo phy. 2. certum duplex eſt nobis quia ſenſatum, & natura quia prius in eſſe demonſtratio ſimpliciter facit ſcire per cauſam ſenſatam priorem in eſſe certam nobis & naturæ, ſed demonſtratio propter quid licet procedat per cauſam priorẽ in eſſe, quæ eſt certa naturæ, tamen eſt inſenſata, & nobis incerta.

Dub. ¶ Dices quare eſt perfectiſsima ſecundum ſcientiam.

Sol. ¶ Dicas, verùm Nota ꝙ ſcientia eſt finis demonſtrationis 1.prior.1. & 1.poſt. 8. qui finis 3. ethic. 6. nobilitat ea, quæ ſunt ad finem, & qm̃ per demonſtrationem ſimpliciter habetur illa ſcientia, quæ eſt de quod quid eſt 1.poſt.11. Ideo ratione finis nobilioris fine aliarum ſpecierum demonſtrationis dicitur perfectiſsima, dicitur etiã primò intenta in hoc libro qm̃ quod perfectius eſt dicitur finis eorum, quæ imperfecta ſunt, vt 1. magnorum moralium cap. 3. ſed qm̃ demonſtratio ſimpliciter eſt perfectior aliis demonſtrationibus, ideò dicitur finis & qm̃ finis eſt primò intentus 3.ethic.6.meritò demonſtratio ſimpliciter eſt primò intenta reſpectu demonſtrationis propter quid, & quia.

Replica. ¶ Dices contra nam dicit Au. 1.poſt.99.ꝙ demonſtratio quia inter ſpecies demonſtrationis eſt dignisſima, ergo non demonſtratio ſimpliciter.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ Au. non facit comparationem inter demonſtrationem quia & ſimpliciter, ſed facit comparationem inter demonſtrationes quia, dicens ꝙ illa demonſtratio quia eſt dignisſima, quæ concludit prius per poſterius, ex his ergo patet quid intelligit Au. per demonſtrationẽ ſimpliciter, quæ eſt certisſima, & perfectisſima, & primò intẽta in hoc libro.

Petitio. ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly non ſophyſtico modo?

Reſponſ. ¶ Pro intelligentia Nota 1.poſt. 41. ꝙ qñ demonſtratur aliquod prædicatum de aliquo ſubiecto, & illud prædicatum non eſt propriũ illius ſubiecti, vel licet fuerit proprium ſubiecto, & non demonſtratur per cauſam propriam, ſed per cauſam remotã tunc ſophyſtico modo demonſtramus, & ſcimus, exemplum, vt ſi demonſtraretur ſenſibile de leone ſophyſtico modo demonſtraretur, qm̃ non eſt prędicatum proprium de leone, ſed de animali 3.de par.an.cap.4.& 2.de par.an.ca. 8. & in libro de ſomno & vigilia cap. 2. & in libro de ſenſu & ſenſili cap. 1. ac etiam in libro de iuuentute & ſenectute cap. 1. verùm etiam 2.de anima 16.& 17.de quo animali ꝓpriè hoc prædicatum demonſtratur, ſimiliter qñ demonſtratur aliquod prædicatum proprium de ſubiecto, & non demonſtratur per cauſam propriam, ſed per cauſam remotam, & non propriam etiam ſophyſtico modo ſcire eſt: vnde illud ſcire hic definitur, quod eſt ſcire certum in vltimo in ſummo propriè ſimpliciter, quod ſcire ſimpliciter habet de prædicato proprio inhærẽte ſuo ſubiecto proprio per cauſam propriam, tamquam per medium proprium. Sed nota, ꝙ dicit Au.3. de anima 21. & in epit. log. cap. de rethorica demon. ꝙ declaratio alicuius rei per ſuum cõtradictorium redditur clarior, ideò Ar. declarat ſcire ſimpliciter per duo contraria, quorum vnum eſt expoſitiuum alterius, & dicit ꝙ ſcire ſimpliciter non eſt ſcire ſophyſtico modo, quod ſcire ſophyſtico modo eſt ſcire ſecundùm accidens, dicit ergo Ar. (ſcire autem ſimpliciter ſed non ſophyſtico modo, quod eſt ſecundum accidens (Opinamur) dixit opinamur qm̃ ratione topica .i. ex omnium conſenſu illud intendit probare, vel quia vtitur modeſtia philoſophica, vel dixit (opinamur) non dubitatiuè, ſed pro certo, & aperto habemus,

Additio. vel dicas ꝙ Ar. non definit ipſum ſcire per notitiam ſcientificam, ſed opinatiuam, qm̃ hæc definitio non eſt data vigore, & per potentiam demonſtrationis, ſed ſolùm per opinionem omnium hominum, quæ eſt actus, intellectus, & arbitrium, quod eſt actus voluntatis (vnumquodque) Nota ꝙ diuerſo modo ſumitur hic, & 1.phy.1. & 2.phy. 27, & 8. met. 12. qm̃ ibi ſumitur compoſitum naturale, vt ſe exponit 1. phy. 35. hic verò vnumquodque quæſitum naturaliter ignotum, quod eſt accidens proprium eſſentiale.

Dub. ¶ Dices ſcire ſimpliciter 1. poſt. 4. eſt ſcire in potentia, & quodammodo, & ſecundum quid ergo non in ſummo propriè & verùm ſcire eſt id, quod hic definitur.

Sol. ¶ Dicas ꝙ hic non ſumitur ſimpliciter, pro ut dicit potentiam, & imperfectionẽ, ſed pro vniuerſaliter per ſe, & propriè.

Replica. ¶ Dices contra nam ſcire vniuerſaliter 1. poſt. 6. eſt ſcire in potentia ergo falſa ſolutio.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ hæc particula (vniuerſaliter) non ſumitur prout dicit ſcire in potentia, ſed prout dicit ſcire in actu reſpectu tamen diuerſorum.

Dub. ¶ Amplius dices, ꝙ hic non ſolùm definitur ſcire ſimpliciter, ſed etiã ſcire propter quid, & quia, quod probatur ſic illud ſcire hic definitur, quod habetur per cauſã, ſed ſcire propter quid 2.poſt. 48. habetur per cauſam, ergo ſcire propter quid hic definitur.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ hic definitur ſcire quod habetur per cauſam formalem ſolùm, ſed ſcire propter quid licet habeat per cauſam, tamen non per cauſam formalem ſolùm, ſed per omnes quatuor cauſas, vt patet 2.poſt. à 48. vſque ad 51.

Dub. ¶ Dices non ne datur vna demonſtratio propter quid, quæ facit ſcire ſolùm ꝑ cauſã formalem?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ verum eſt, ꝙ datũ demõſtratio propter quid quæ procedit ſolùm per cauſam formalem, tñ eſt notandum.

Digitized by Google

notandum, ꝙ hic definitur ſcire quod habetur per cauſam formalem notam nobis, & natura, modò ſcire propter quid ſi habetur ſolùm per cauſam formalem, tamen illa cauſa formalis eſt nota natura tantùm non nobis, & ſi eſt nota nobis, non eſt nota nobis per ſe, ſed in quantum prius eſt notificata per effectum, ſed illud ſcire, quod hic definitur, habetur per cauſam formalem notam natura, & nobis per ſe, & ſic non definitur hic niſi ſcire ſimpliciter, non propter quid. ¶ Dices contra nam 1. phy. 2. & 1. poſt. 12. idem non poteſt eſſe notum nobis, & natura ergo forma per quam habetur ſcire ſimpliciter non eſt nota nobis & natura? ¶ Dicas, ꝙ idem non eſt notum nobis, & natura hoc valet in naturalibus, ſed in mathematicis conceditur, vt ait Au. 1. phy. 2. & 1. poſt. 101. ¶ Præterea ſcire propter quid eſt ſcire ſimpliciter, vt dicit Au. in epit. log. cap. de quaſ. fac. demon. ergo ſi hic definitur ſcire ſimpliciter, definitur ſcire propter quid. ¶ Dicas, ꝙ Au. ibi intelligit per ſcire ſimpliciter idem quod ſcire propter quid. ¶ Dices, quare ſcire propter quid Au. vocauit ſcire ſimpliciter? ¶ Dicas, vt denotaret ꝙ habetur per medium notum ſimpliciter tantùm .i. naturaliter. ¶ Amplius illud ſcire hic definitur quod eſt per cauſam, ſed ſcire per demonſtrationem, quia 1. poſt. 8. eſt per cauſam ergo ſcire per demonſtrationē quia hic definitur. ¶ Dicas, ꝙ cauſa eſt duplex alia eſſendi, alia cognoſcendi 1. poſt. 8. & 11. Au. tunc dicitur, ꝙ ſcire quia habet per cauſam cognoſcendi .i. per effectum, ſed hic definitur ſcire illud, quod habetur per cauſam eſſendi. ¶ Amplius illud ſcire hic definitur, quod habetur per cauſam formalē, ſed ſcire per definitionē eſt per cauſam formalem, quoniam definitio eſt forma 3. met. 3. 7. met. 35. ergo ſcire per definitionē hic definitur. ¶ Dicas, ꝙ hic definitur ſcire per cauſam formalem de ignoto naturaliter, modò ſi ſcire per definitionē habetur per cauſam formalem, tñ non eſt de ignoto naturaliter, ſed de quodāmodo noto, & quodāmodo ignoto. ¶ Dices contra, nam 1. poſt. 64. & 2. poſt. 47. definitio eſt principium demōſtrationis, per quam ſcitur conclusio naturaliter ignota 1. poſt. 64. Au. ergo per definitionē habetur ſcire de naturaliter ignoto, ergo ſolutio falſa. ¶ Dicas, ꝙ verū eſt ꝙ definitio, quæ eſt principium demonſtrationis facit ſcire naturaliter ignotum, non tamen illa definitio, quæ eſt inſtrumentū diuiſum à demōſtratione. ¶ Vel dicendum, ꝙ hic definitur ſcire, quod habetur de accidentibus eſſentialibus modò, & ſi ſcire per definitionem habeatur per cauſam formalem, illud ſcire non eſt de accidentibus, ſed de rei ſubſtantia. ¶ Dices cōtra ſi hoc eſſet verum, tunc ſequeretur, ꝙ cauſa formalis eſſet medium ad ſciendum rei ſubſtantiam in definitione, & ad ſciendum rei accidentia in demonſtratione, & ſic vnum eſſet medium in duobus inſtrumētis, quod eſt prohibitū. ¶ Dicas, ꝙ non inconuenit tamen diuerſo modo ſumpta, vt enim eſt prædicatum per ſe ſic eſt medium in demonſtratione ſimpliciter vt verò eſt prædicatum in quid ſic in definitione.

Replica.
Sol.
Dub.
Sol.
Dub.
Sol.
Dub.
Sol.
Dub.
Sol.
Replica.
Sol.
Alia ſol.
Replica.
Sol.

Cum autem exiſtimamus cognoſcere propter quam res eſt, quod illius cauſa eſt, & non contingere hoc aliter ſe habere.

Idem 1. poſt. 11. 2. po. 48. 2. met. 4. 8. met. 12 & 1. phy. 1. & 2. phy. 27.

POSTQVAM determinauit Ar. ꝙ ſcire eſt illud quod vult definire, & dixit quod eſt ſcire ſimpliciter in hac parte tex. aſsignat definitionē ipſius ſcire, & definit ipſum per tres conditiones. Quarum prima eſt, ꝙ (ſcire eſt per cauſam propter quā res eſt) ſecunda conditio eſt (ꝙ illius cauſa eſt) tertia conditio eſt (& non contingit aliter ſe habere) & nota, ꝙ ſic legitur iſte textus nos opinamur .i. pro certo habemus ꝙ ſcire ſimpliciter .i. quod acquiritur per demonſtrationem ſimpliciter eſt cognoſcere, ſeu credere, vt dicit Ar. 1. poſt. 15. (vnumquodque) .i. vnamquamque rem quæſitam .i. propriam & eſſentialem paſsionem de proprio ſubiecto (cùm cauſam exiſtimamus) .i. cùm per cauſam, vt dicit Au. 2. poſt. in paraphraſi ſuper textu 48. exiſtimamus cognoſcere, quæ cauſa eſt medium 2. poſt. 5. per quod ſcimus, & Nota ꝙ dixit (per cauſam) ad differentiam illius ſcire, quod habetur per demonſtrationem quia, quód non habetur per cauſam, ſed per effectum 1. poſt. 95. 1. phy. 2. & 2. de anima 12. dixit propter quam res eſt, ad differentiam illius ſcire, quod habetur per demonſtrationem propter quid, quod non ſolùm habetur per formam, ſed per omnes alias cauſas 2. poſt. 48. vel dixit propter quam res eſt, quoniam duplex eſt cauſa, alia remota, vt eſſe animal non eſt cauſa reſpirandi. Alia eſt propinqua, vt habere pulmonem non eſt cauſa remota, ſed propinqua propter quam equus reſpirat ad excludendam cauſam remotam dixit propter quam res eſt. ¶ Dices ſi ſcire ſimpliciter habetur per cauſam cum cauſa dicatur quatuor modis 1. de par. an. cap. 1. & 2. de gen. an. cap. 1. & 8. met. 12. & 2. poſt. 48. 2. phy. 27. & 5. met. cap. 1. materia forma efficiens & finis per quā iſtarum habetur ſcire ſimpliciter? ¶ Reſpondet Ar. in tex. & dicit, ꝙ per illam cauſam tamquam per proprium medium habetur ſcire ſimpliciter propter quam res eſt, quæ non eſt materia, quoniam materia non eſt cauſa propter quā res eſt, ſed eſt cauſa ex qua res eſt, vt aſſerit Ar. 1. phy. 82. 2. phy. 10. & 1. de gen. & cor. 14. & 5. met. cap. de elemēto, nec eſt efficiens, quoniam 2. phy. 29. & 1. de gen. & cor. 14. clarius 5. met. cap. de principio efficiēs eſt principium,

Sol.
Dub.
Sol.

vnde motus, nec eſt finis, qm̃ finis, vt ibidem & 1. de par. an. cap. 1. & 2. de anima 34. & 36. & 2. phy. finis eſt gratia cuius, ſed eſt forma, quæ forma eſt cauſa propter quam res eſt. 7. met. 60. Ar. 2. poſt. 48. & 8. met. 12. & 2. de anima 2.25. & 12. met. 14. Au. vnde ſumas, ꝙ medium in demonſtratione ſimpliciter per quod habetur ſcire ſimpliciter eſt cauſa formalis, non materia, nec efficiens, nec finis.

Replica. ¶ Dices contra qm̃ 2. de anima 8. Au. dicit, ꝙ cauſa propter quam res eſt materia eſt, ergo non eſt forma, & per conſequens materia eſt medium per quod habetur ſcire ſimpliciter.

Sol. ¶ Reſpondet ibidem Au. & dicit, ꝙ materia eſt cauſa propter quam res eſt hoc valet in artificialibus, quæ artificialia habent eſſe à materia & nomen à forma, vt nauis, domus, & alia artificialia.

Replica. ¶ Sed replicabis dicens ſic, ſed demonſtratio ſimpliciter eſt artificialis facta ab intellectu, ergo in demonſtratione ſimpliciter cauſa propter quam res eſt erit materia non forma, & per conſequens materia erit medium per quod habetur ſcire ſimpliciter, & non forma.

Sol. ¶ Dicas ꝙ verum eſt ꝙ materia eſt cauſa propter quam res artificiales ſunt veluti eſt demonſtratio, quæ in tantum eſt inquantum habet præmiſſas, quæ ſuut materia demonſtrationis, vt dicit Ar. 1. poſt. 15. quando dicit (eſt autem hic eo, ꝙ hæc ſunt ex quibus eſt ſyllogiſmus) ſed qñ dicit Ar. ꝙ cauſa per quam habetur ſcire ſimpliciter eſt cauſa propter quam res eſt, non intelligitur propter quam res artificialis eſt, ſed intelligitur ſic .i. propter quam res, quæ ſcitur per demõſtrationem eſt, quæ res ſcienda per demonſtrationem eſt effectus dependens ab illa cauſa propter quam cauſam ille effectus eſt.

Replica. ¶ Dices, non per hoc materia non erit medium in demonſtratione ſimpliciter: qm̃ clara eſt ſententia Au. in quæſt. 8. poſt. vbi ait, ꝙ materia eſt medium in demonſtratione ſimpliciter.

Sol. ¶ Dicas: ꝙ materia eſt duplex alia ſenſibilis: alia intelligibilis 7. met. 35. tunc dicitur, ꝙ Au. confitetur materiam intelligibilem eſſe medium in demonſtratione ſimpliciter: non materiam ſenſibilem, de qua re vide quæ diximus in quæſito de medio demonſtrationis.

Dub. ¶ Amplius Au. 1. poſt. 35. & 2. poſt. 67. & in 8. quæſ. poſt. cauſa efficiens eſt medium in demonſtratione ſimpliciter, & cauſa finalis. ergo non cauſa formalis.

Sol. ¶ Reſpondet ibidem Au. & dicit, ꝙ cauſa efficiens, & finis poſſunt eſſe medium in demonſtratione ſimpliciter: tñ non vt efficiens, & finis, ſed vt ſunt connexæ cum re. i. vt tenent locum formæ.

Replica. ¶ Dices contra ſi cauſa efficiens, & finis eſſent medium in demonſtratione ſimpliciter, vt tenent locum formæ: tunc id, quod eſt per accidens ingrederetur demonſtrationem ſimpliciter, quod eſt contra Au. 1. poſt. 41. 2. poſt. 94. vbi apertè confitetur id, quod eſt per accidens non ingredi demonſtrationem ſimpliciter conſequentia probatur, qm̃ id, quod per aliud tale per accidens eſt tale 5. phy. 11. ſed efficiens, & finis non vt efficiens, nec vt finis eſt medium in demonſtratione ſimpliciter, ſed vt tenent locum formæ. ergo per aliud & ſic per accidens.

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ id, quod eſt per accidens eſt duplex, vno modo dicitur per accidens, qñ eſt prædicatum per accidens, quod non eſt, nec proprium nec conuertibile, vt ſunt accidentia communia, immò ſi fuerint prædicata per ſe, vt ſunt genera, & generum differentiæ, ſi non ſunt conuertibilia, dicuntur prædicata per accidens, vt 2. poſt. 94. teſtatur Au. (Text. 4.) tamen dicuntur prædicata per accidens, vt diſtinguuntur contra primum. Alio modo dicitur per accidens: qñ aliquod tenet locum alicuius, quo ſtante dicimus ꝙ id, quod eſt per accidens, non ingreditur demonſtratione ſimpliciter qñ eſt prædicatum per accidens. ſed qñ aliquod tenet locum alicuius, non inconuenit: immò eſt neceſſarium ꝙ hoc per accidens ingrediatur demonſtrationem ſimpliciter: qm̃ melius eſt habere, & ſcire rem eo modo, quo poſſumus, quam omnino non habere, & ignorare.

¶ Secunda conditio, quæ requiritur ad complementum ipſius, ſcire eſt. (quòd illius eſt cauſa) q. d. non ſolum oportet ſcire, quæſitum, per cauſam propter quam res eſt. ſed dices etiam requiritur ſcire: qm̃ illius eſt cauſa .i. ſcire illam cauſam, eſſe cauſam eius, quod quærimus ſcire. (Petitio.)

¶ Dices quare poſuit hanc ſecundam conditionem?

Reſponſ. ¶ Reſpondet Au. & dicit quia aliquando poſſumus ſcire rem, per cauſam, & non cognoſcere illam, eſſe cauſam illius rei.

Dub. ¶ Dices hæc ſecunda conditio eſt neceſſaria ad ipſum ſcire?

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ ſic, aliter enim non fieret ſcientia, ſed ſophiſtica deceptio: cùm enim ſcientia ſit cognitio rei per cauſam, & cognita ꝙ ſit cauſa, ſi opinamur ſcire rem per cauſam, non cognito ꝙ ſit cauſa: tunc non cauſa pro cauſa vteremur, & ſophiſtice falleremur. quod confirmat Ar. 1. phy. 1. & 35. dum inquit (ex horum enim cognitione) .i. ex principiis cognitis, tũc opinamur cognoſcere vnumquodque.

Dub. ¶ Sed dubitabis, dicens ꝙ Ar. videtur ſuperfluus. qm̃ ſufficiebat dicere ſcire, eſt per cauſam, propter quã res eſt: & non debebat addere aliam conditionem. ſ. ꝙ illius eſt cauſa. qm̃ nulli dubium eſt, ꝙ cauſa propter quã res eſt, eſt cauſa propria illius rei, cuius eſt cauſa. qm̃ eſt cauſa formalis.

Sol. ¶ Dr̃ ꝙ non immeritò, addidit illam particulam, qm̃ aliquis poteſt ſcire cauſam, propter quam res eſt. & non ſcire illam veluti aliquis ſcit, ꝙ radius ſolis eſt cauſa, propter quam putrida animalia generantur, vt aſſerit Au. 12. met. 18. cùm dicit, calor igitur ſolis, & ſtellarum diffuſus in aqua, &

terra

terra generat animalia, ex putrefactione nata, & vniuerſaliter omnia, quæ fiunt ex non ſemine; & tamen ignorat quomodo animalia illa generantur, & cauſa eſt: qm̄ licet ſciat cauſam, propter quã putrida animalia ſunt, cùm non ſciat, ꝙ ille radius eſt cauſa illorum, non dicitur ſcire, ideò requiritur, ꝙ cognoſcamus cauſam, propter quam res eſt, qm̄ illius cauſa eſt, vt ſcientes dicamur. (Et non contingere aliter ſe habere.) Tertia conditio, quæ requiritur ad complementum ipſius ſcire, hæc eſt. vt Au. inquit. i. non ſolùm ſcire, vt ſit verum, & perfectum, debet eſſe per cauſam illius rei: quæ ſcitur, & ꝙ illa cauſa debet eſſe nota, requiritur etiam, vt ſit neceſſaria. nam 2. de interpretatione, cap. 2. non contingens eſt, eſſe æquipollet, ad impoſsibile eſt, non eſſe, & impoſsibile eſt, non eſſe, æquipollet, ad neceſſe eſt eſſe; & ſic per regulam contradictorij; per negationem præpoſitam, declarat tertiam conditionem:

Dub. ¶ Dices, ꝙ Ar. videtur ſuperfluus: qm̄ ſatis erat dicere, ꝙ ſcire eſt per cauſam, propter quam res eſt: qm̄ cauſa propter quam res eſt (vt dictum) eſt cauſa formalis, quæ cauſa formalis eſt, neceſſaria, & ſic non debebat dicere, & non contingit aliter ſe habere.

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ hoc verum eſt, tamen textus intelligitur, ſic. ſcire ſimpliciter habetur, per cauſam propter quam res eſt, & illius cauſa eſt, & nõ contingit aliter ſe habere .i. hoc ſcire ſimpliciter, neceſſe eſt, vt non habeatur per aliam cauſam: niſi per illam, propter quam res eſt. i. per cauſam formalem, & hæc eſt vera expoſitio, vt exponit Au. in paraphraſi.

Dub. ¶ Dices quarè Ar. definit hic. ſcire, per cauſam in ſingulari, & 2. poſt. 48. per cauſas in plurali?

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ in 2. poſt. 48. definit ſcire propter quid, hic verò definit ſcire ſimpliciter, quod habetur ſolùm per cauſam formalem. primò, & per ſe, ſcire autem propter quid, per omnes cauſas, vt 1. phy. 1. & 4. met. 12. 2. phy. 27.

Replica. ¶ Sed contrà, dicit enim Au. 2. poſt. 48. ꝙ hic definitur ſcire, per cauſas, qm̄ dicit, iam enim commonſtratum eſt in capite primi libri huius voluminis: ꝙ nos videamur rem ſcire, dum illam per ipſius cauſas ſciuerimus,

Confirmatio. quod etiam confirmat Ar. 1. poſt. 11. cùm dicit (cauſas quoque) .i. principia demonſtrationis, debent eſſe cauſæ.

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ ſi ſcire ſimpliciter, quod hic definitur habetur per cauſas in plurali non primò, & per ſe: ſed primò, & per ſe per cauſam in ſingulari, & nonniſi per formam. ſi verò habetur per cauſas in plurali: non niſi vt tenent locum formæ.

Dub. ¶ Dices, quarè Ar. hic definit, ſcire per cauſam, & in 6. ethic. cap. 4. dicit, ꝙ ſcientia eſt habitus, per demonſtrationem acquiſitus, & 1. poſt. 28. dicit ꝙ ſcientia demonſtratiua eſt, quam habemus, eò ꝙ habemus demonſtrationem ſimiliter. 2. poſt. 11. & 1. poſt. 15.

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ ſæpè ſolet ſumi, totum pro parte, veluti 5. phy. 1. vt dicitur, ſortes eſt æger, qm̄ oculus eſt æger, à ſimili nũc ſumitur, demonſtratio. pro parte demonſtrationis .i. pro medio demonſtrationis, quod eſt cauſa; vnde idẽ eſt dicere, ſcire habetur per demonſtrationem, quod eſt dicere. ſcire habetur per cauſam, quæ eſt medium, in demonſtratione, ex quibus: Nota contra omnes. ꝙ in hoc tex. 7. definitur, ſcire, quod eſt finis demonſtrationis, & non definitur demonſtratio: quod eſſe verum, confirmatur his rationibus, & primò. qm̄ ſcire eſt notius, quoniam multi ſunt, qui ſcire opinantur, tñ ignorant, quid eſt demonſtrare. ¶ Amplius ſcire, eſt quædam affectio, quæ de rebus, nobis accreſcit, demonſtratio autem eſt: via qua hæc affectio, de rebus nobis accreſcit. ¶ Amplius ſcire, eſt vniuerſalius demonſtratione, qm̄ demonſtratio, facit ſcire 1. poſt. 8. tamen non omne ſcire, eſt per demonſtrationem: qm̄ datur ſcire, primorum principiorũ, quod non eſt per demonſtrationem 1. poſt. 10. Au. ¶ Amplius via, & inſtrumentum, ad rem 3. phy. 4. eſt aliud à re, ſed demonſtratio eſt: via & inſtrumentum ad ſcire, tamquam ad finem, 1. poſt. 8. ergo demonſtratio eſt, quid aliud à ſcire, & ſic definitur, hic ſcire, & nõ demonſtratio, & in hoc ſileant, qui oppoſitum credunt.

Planum igitur, quòd tale aliquid, ſcire eſt nam que, & non ſcientes, & ſcientes: illi quidẽ exiſtimant ipſi ſic ſe habere: ſcientes verò & habent.

CVM Ar. induxit definitionem ipſius ſcire, ſecundum ꝙ eſt per ſe, nota nunc vult probare, ipſam eſſe veram, non ratione demonſtratiua, ſed teſtimonio aliorum, ratione topica, quia ſic videtur omnibus, vel pluribus.

Dub. ¶ Dices, quarè Ar. probat definitionem ipſius ſcire, per topicam, & non per demonſtratiuam rationem?

Sol. ¶ Dr̃, ꝙ artifex, ſemper ſupponit finem, vt per ſe notum. 3. ethic. 6. & nõ inquirit, niſi ea, quæ ſunt ad finem, ſed qm̄ ex ſcire, tamquam ex fine, vult indagare conditiones, præmiſſarum demonſtrationis, ideò ſupponit ipſum ſcire: tamquam notum. ſed qm̄ id, quod eſt notum, non indiget demonſtratione, ſed aliqua manifeſtatione, ideò Ar. non demonſtratiua, ſed topica ratione, ipſum probat: & ſuam definitionem.

Dub. ¶ Dices ſi definitio ipſius ſcire eſt, per ſe nota, quarè notificat eam teſtimonio aliorum?

Sol. ¶ Reſpondet Au. & dicit, ꝙ mos eſt Ar. orationes veras, & demonſtratiuas ſic exquirere, vt etiam 1. cæli 2. ac etiam, q.d. aliorum teſtimonio manifeſtare: ac etiam qm̄ aſſerit Au. 2. met. 15. ꝙ ſunt Aliqui, qui imperitia logica, mala natura, vel mala conſuetudine, vel quia inchoantes artem, non credunt rebus per ſe notis: ſed potius

Digitized by Google

potiùs, quia ſunt dictę teſtimonio poetarum, vel aliorum, vel exemplo, vel metaphora rationibus rethoricis, vel poeticis, quæ rationes rethoricæ: vel poeticæ, non monſtrant veritatem talium propoſitionum, vt ait Au. 1. phy. in prologo, qm̄ veritas earum eſt indemonſtrabilis, ſed ſolùm inducunt eam, vt manuducāt huiuſmodi genera hominum, vt veritatem earum euidentem eis faciant; quæ non erat euidens, & manifeſta, propter aliquod, quatuor impedimentorum prædictorum; his ergo declaratis: manifeſtum eſt, quid facit Ar. incipit enim exquirere veritatem huius definitionis, non demonſtrando eam: ſed manifeſtando, qm̄ 3. cæli 4. ſcire, & definitio ſua: eſt ſubiectum ſuppoſitum in hac arte: vnde dicit Ar. manifeſtum eſt, ꝙ ipſum ſcire ſimpliciter, eſt tale, quod .ſ. quale dictum à nobis eſt ſupra. aut (tale quid) qm̄ in cap. de ſubſtantia, & 5. met. cap. de differentia: quale quid differentiam ſignificat, & definitionem, & qualitatem, vt innueret definitionem aſsignatam; dixit quale quid, & dixit manifeſtum non ex dictis, ſed ex dicendis. q.d. vltra, ꝙ definitio ipſius ſcire eſt per ſe nota, manifeſtatur etiam teſtimonio, & dicto aliorum.

Namque, & non ſcientes, & ſcientes: illi quidem exiſtimant ipſi, ſic ſe habere.

NVNC Ar. teſtimonio topico, declarat id quod propoſuit, ſed eſt ſciendum, ꝙ dicit Ar. 1. top. 1. ꝙ id eſt verum topicum, quod eſt dictum, & confirmatum auctoritate, & conſenſu omnium, plurium, vel ſapientum, quo ſtante fiat ratio talis. illud eſt verum, & opinandum eſſe verum, quod dicunt omnes, qui ſunt ſapientes, & non ſapientes, ſed ſcire ſimpliciter, eſſe tale, quale ſupra definitum eſt. ſ. eſſe, per cauſam dicunt omnes ſapiētes, & non ſapientes. ergo verum eſt, ꝙ ſcire eſt per cauſam; vnde dicit Ar. (namq́ue, & non ſcientes, & ſcientes) q. d. Ideò verum eſt, ꝙ ſcire eſt per cauſam: qm̄ (& non ſcientes.) .i. tam ignorantes, (& ſcientes) .i. quàm ſcientes. (exiſtimant ſic ſe habere) .i. credūt ſcire per cauſam, ſicuti fuit à nobis definitum. (Verùm ſcientes habent quoque) ſed nota, ꝙ ſciētes, & non ſcientes, inter ſe differunt: qm̄ ſcientes opinantur habere ſcientiam per cauſam, & habēt ſcientiam per cauſam, ſed neſcientes opinantur habere ſcientiam, per cauſam, & non habeut ſcientiam per cauſam; vnde in quodam conueniunt. ſ. in opinari. quia omnes, & ſcientes, & neſcientes opinantur: differunt tamen; qm̄ ſcientes opinātur ſcire, per cauſam, & ſciunt: ſed neſcientes, opinantur ſcire, per cauſam, tamen neſciunt veluti ſcientes ſciunt. quare fulmen, gladium in vagina, aurum in crumena, & pedē in calceo, demolitur, vagina crumena, & calceo illæſis, & aliquando fulmen, veſtes, aut crines hominis adurit, homine illæſo. ſed neſcientes, credunt ſcire hæc, per cauſam: tamen neſciunt. patet ergo ex his, quid eſt ſcire ſimpliciter. poteſt etiam dici, quare ſcire eſt per cauſam, qm̄ ſcientia 2. poſt. 94. & 4. quæſ. poſt. inſequitur opus naturæ, & qm̄ opus naturæ eſt per cauſā meritò ſcientia debet eſſe per cauſam, iuxta illud Ar. 2. met. 4. vbi ait ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad cognoſci.

Dub. ¶ Dices, definitio ipſius ſcire, poteſt ne demōſtratione probari?

Sol. ¶ Dī, ꝙ non, qm̄ id quod eſt per ſe notum, demonſtratione probari non poteſt 1. poſt. 10. ſed definitio ipſius ſcire eſt per ſe nota, vt hic aſſerit Au. ergo demonſtratione probari non poteſt.

Alia ſol. ¶ Amplius 7. met. 23. & 3. ethic. 6. artifex præcognoſcit finem, & definitionem ſuam, ſed ſcire, & definitio ſua eſt, finis logices, teſte Au. in prologo primi poſt. & 3. cæli 4. ergo non debet demonſtratione probari, ſed (vt dictum) topica ratione, & teſtimonio aliorum.

Dub. ¶ Dices ſcire & definitio ſua, ſi non poteſt demonſtrari, à proprio artifice .ſ. à logico, poteſt ne probari per demonſtrationem ab alio artifice?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ poteſt probari demonſtratione, à metaphyſico, vt clarè aſſerit Au. 3. cæli 4. vbi ait, ꝙ metaphyſicus probat ſubiecta, & principia aliarum artium, & dat cauſam illorum, quod etiam confirmatur 1. phy. 8. 1. phy. 83. 2. phy. 22. 26. 1. poſt. 70. 75. 72. 2. poſt. 33. & 12. met. 5. 2. de anima 29. ꝙ artifex proprius, non poteſt dare cauſam ſuorum principiorum, etiam contra negantes, ſed recurrendum eſt ad metaphyſicum, ſed qm̄ ſcire, & ſua definitio eſt vnum de principiis poſitis, in hac arte teſte Au. 1. poſt. 21. ergo logicus nō poteſt dare cauſam, & propter quid ipſius ſcire, ſed metaphyſicus. Ex quibus patet ꝙ ſcire, & definitio ſua, quò ad eſſe, non poteſt demonſtratione probari. nec à logico, nec à metaphyſico: ſed ſcire, & definitio ſua quo ad propter quid, licet non poſsit probari à logico; tn̄ poteſt probari à metaphyſico.

Tex. 8. *Quare cuius ſimpliciter eſt ſcientia, hoc impoſſibile eſt, aliter ſe habere.*

POSTQVAM Ar. definiuit ipſum ſcire, ſimpliciter, quod eſt relatiuum ad ſcibile, nūc definit ipſum ſcibile, quod eſt relatiuum ad ſcire, vt in cap. de relatiuis, & 5. met. teſtatur Ar. cauſa iutentionis eſt: qm̄ ſicut res eſt, ſic debet ſciri, 2. met. 4. Ar. & qm̄ ſcire, & ſcibile apud naturam ſimul ſunt, vt in cap. de relatiuis inquit Ar. ſic etiam ſimul ſciri debent, quod etiam Ar. obſeruauit 2. phy. 3. vbi data naturæ definitione, quæ eſt relatiua ad naturale, in tex. 4. intulit definitionem ipſius naturalis, ſimiliter Porphyrius cùm aſſignauit

definitio-

definitionem generis, quod eſt relatiuum ad ſpeciem ſtatim aſsignauit definitionem ſpeciei, quæ eſt relatiua ad genus, vt ipſe teſtatur in cap. de ſpecie, quod etiam ratione probari poteſt, dicit enim Ar. 7. met. 17. ꝙ accidens, non poteſt cognoſci, ſine ſubiecto, in quo eſt, & qm̃ in anteprædicamentis cap. 2. ſcientia eſt accidens. ideò debet cognoſci, cum ſubiecto ſuo, in quo eſt quod ſubiectum eſt ipſum ſcibile, & qm̃ dedit definitionem, de ſcire ſimpliciter, nunc infer definitionẽ de ſcibili ſimpliciter. cum quo tamquàm cum proprio ſubiecto debet cognoſci.

Diuiſio text. ¶ Diuiditur iſte tex. in tres partes, in 1. infert definitionem ſcibilis, ſimpliciter, quod eſt relatiuum ad ſcire ſimpliciter. In 2. ibi (ſi autem alius eſt) excuſat ſe ab alio modo ſciendi. In 3. ibi (demonſtrationem autẽ.) Declarat quid ſibi vult hoc nomen. ſ. demonſtratio, quę eſt proprium inſtrumentum ſcientiæ, quantùm ad primum dicit (quare cuius). i. ſcibile ſimpliciter, (cuius). i. de quo (eſt). i. habetur ſcientia (ſimpliciter) hoc eſt per demonſtrationem ſimpliciter (impoſsibile eſt aliter ſe habere). i. non poteſt ſciri ſine cõditionibus ſupradictis, de ipſo ſcire. qm̃ conditiones, quæ competunt vni relatiuo competunt etiam alteri: ſed ſcibile, & ſcire (vt dictum) ſunt relatiua meritò cõditiones, quæ competunt ſcire, competunt etiã ſcibili.

Dub. ¶ Sed dices, quare Ar. ſolùm vnam conditionem intulit de ſcibili, dicens (impoſsibile aliter ſe habere) & non alias duas. ſ. per cauſam propter quã res eſt, qm̃ illius cauſa eſt.

Sol. ¶ Dicas breuitati ſtudens, per tertiam enim intellexit omnes alias. ¶ Dices, cur dixit (quare) non eſt dicendum, vt dicunt Latini, qui exponunt ly (quare) continuatiuè prout dicit continuationem: ſed illatiuè, ſicut fecit, in 2. phy. 3. & 4. vbi aſsignata definitione ipſius naturæ, intulit definitionem habentis naturam, ſimiliter in hoc tex. vbi data definitione ipſius ſcire, in 7. tex. ꝙ impoſsibile eſt aliter ſe habere, intulit in hoc octauo, hypoteticæ eandem & dicit (quare). i. propter hanc cauſam, ſcibile cuius eſt ſciẽtia: impoſsibile eſt aliter ſe habere. Vnde clarè ſumas, ꝙ ly (quare) non dicit continuationem, ſed illationem, vnde valeant Latini, nos autem cum Ariſtotele, qui hoc modo ſe exponit, in tex. 28. cùm dicit. qm̃ autem impoſsibile aliter ſe habere, cuius eſt ſcientia ſimpliciter. neceſſariũ vtique fuerit ſcibile. quod eſt ſecundùm demonſtratiuam ſciẽtiam, & quid doctius, quàm exponere Ar. per Ar.?

Petitio. ¶ Dices, quid intelligit Ar. per ly (impoſsibile eſt aliter ſe habere?)

Reſponſ. ¶ Dicas, ꝙ intelligit neceſſarium, vt 5. met. cap. de neceſſario, & 1. poſt. 28. ſe exponit, qñ dicit. qm̃ autem impoſsibile aliter ſe habere, cuius eſt ſciẽtia ſimpliciter, neceſſarium vtique erit ſcibile.

Dub. ¶ Dices, cùm neceſſarium dicatur duobus modis aliud ſimpliciter. Aliud ex ſuppoſitione neceſſarium ſimpliciter eſt, cui nihil contingẽtis eſt admiſtum: vt 4. quæſ. poſt. aſſerit An. & 1. poſt. 44. veluti ſunt omnia prædicata propria, vt differentiæ definitiones, & eſſentialia accidentia, neceſſarium verò ex ſuppoſitione eſt, vt ſi cauſa eſt, effectus eſt, vt ſi ſol ortus eſt ſuper terram, ergo dies eſt. quod neceſſarium hic intelligit Ar. ſimpliciter, an ex ſuppoſitione?

Reſponſ. ¶ Dicant alij quicquid velint, non enim intelligit neceſſarium ex ſuppoſitione, ſed neceſſarium ſimpliciter: quod ſimpliciter neceſſarium, nil aliud ſignificat, niſi ſempiternum, quod ſempiternum eſt ſine generatione, & corruptione 6. ethic. cap. 4. ex quo exponatur textus hoc modo. q. d. Ar. ſi hoc antecedens eſt verum. ſ. ſi ſcire ſimpliciter, quod eſt relatiuum ad ſcibile ſimpliciter, impoſsibile eſt aliter ſe habere. i. eſt neceſſariũ ſimpliciter, & ſempiternum, ſine generatione, & corruptione (quare). i. ergo verum ſequitur ex hoc antecedente hoc conſequens. ſ. id, cuius eſt ſcientia ſimpliciter. i. ſcibile ſimpliciter, de quo habetur ſcientia ſimpliciter, impoſsibile eſt aliter ſe habere. i. eſt neceſſarium ſimpliciter, & ſempiternum.

Dub. ¶ Dices, quare primò dixit ſcire eſt per cauſam, & poſtea dicit quare cuiꝰ ſimpliciter eſt ſcientia, & non dixit, quare cuius ſimpliciter eſt ſcire?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ licet ſcire differat à ſcientia, qm̃ ſcire eſt effectus demonſtrationis, & actus: ſcientia verò eſt habitus 6. ethic. cap. 4. tamen ſæpè ab Ar. confunduntur, & pro eodem accipiuntur: vti patet in hoc textu.

Si igitur eſt alter ſciendi modus, poſterius dicemus. Dicimus autem, & per demonſtrationem cognoſcere.

Cvm definiuit ſcire, & ſcibile ſimpliciter, quæ ſunt duo adinuicem relatiua, ſeruando eorum naturam, quæ ſicut ſunt, ſic definiri debent, nunc remouendo dubium, excuſat ſe, quod in primo libro poſt. non intendit loqui: niſi de conditionibus vnius inſtrumenti: quod demonſtratio appellatur: non autem alterius inſtrumenti. ſ. definitionis: ſed pro faciliori tex. intelligentia: eſt ſciendum, ꝙ in rerum natura, duo tãtùm ſunt ſcibilia, quæ ſunt alia, & adinuicẽ diuerſa: quorum vnum accidens appellatur, alterum verò ſubſtantia nuncupatur. veluti 2. poſt. 1. videre eſt, quæ duo ſcibilia vt ſciantur, oportet habere duo inſtrumenta adinuicem diuerſa: quorum vno ſciatur accidens: alio verò ſubſtantia: illud autem quo ſcitur accidens, demonſtratio appellatur 1. poſt. 52. 57. & 11. met. 1. & 6. met. 1. ſiue verificatio, vel fides, vel aſſertio, vel aſsimilatio, vocatur enim demonſtratio qm̃ demonſtrat

Digitized by Google

ſtrat prædicatum de ſubiecto, & ipſum declarat 1. poſt. 57. dicitur verificatio qm̃ fit ex veris. ¶ Vel & melius qm̃ veritatem dicit, & finis eius veritas eſt à fine enim vnumquodque denominari iuſtum eſt 2. de anima 49. dicitur fides, qm̃ veram fidem, & fidelem ſcientiam oſtendit, dicitur aſſertio, qm̃ aſſerit, & affirmat. ¶ Dices demonſtratio falſificat, vt dicit Au. in epit. log. cap. de defin. ergo non dicit verum. ¶ Dr̃, ꝙ ly falſificat, intelligitur ſic.i. negat, qm̃ demonſtratio eſt duplex, alia affirmatiua, alia negatiua 1. poſt. 160. quo verò ſubſtantia, definitio vocatur 2. poſt. à 9. ad 19. ſiue conceptio, vel formatio, & terminus, vnde ex numero ſcibilium diuerſorum ſumitur numerus inſtrumentorum ſciẽdi, illa diuerſa ſcibilia, quibus ſic ſtantibus, Ar. in hoc primo libro poſt. intendit habere ſcientiam vnius, tantùm ſcibilis .ſ. ipſius accidentis, ideò intendit, conſiderare de vnó tantùm inſtrumento: quod facit ſcire accidens, quod demonſtratio appellatur, de alio modo, ſeu inſtrumento ſciendi, non cõſiderat in hoc primo. Sed promittit velle conſiderare in alio loco, vt nunc dicemus lege ergo literam hoc pacto, q.d. Ar. intẽtio mea in hoc primo libro poſt. eſt tractare de vno inſtrumento ſciendi, quod demonſtratio appellatur, ſi igitur alter eſt ſciendi modus, poſterius dicemus. ¶ Dices, videtur ꝙ Ar. non loquitur certè, & affirmatiuè, ſed dubitatiuè: qm̃ dicit (ſi igitur alter eſt ſciendi modus) qm̃ conditio (ſi) non ponit in eſſe. ¶ Dicas, ꝙ non dubitatiuè, ſed aſſertiuè, & affirmatiuè loquitur Ar. illa enim conditio (ſi) ſumitur pro quia. q.d. (ſi).i. quia, certè præter demonſtrationem, de qua eſt intentio mea tractare, in hoc primo poſt. datur alter ſciendi modus. ¶ Dices, illa conditio (ſi) ſi ſumitur pro quia, quare Ar. potius dixit (ſi) & non quia? ¶ Dicas propter philoſophicam reuerentiam. ¶ Dices, quid intelligit, per aliũ modum ſciendi? ¶ Dicunt nonnulli, ꝙ modus ſciendi poſterius dicendus eſt triplex, primus demonſtratio, quia ſecũdus demõſtratio propter quid, tertius per cauſas mediatas, qui modi ſunt poſterius dicendi .ſ. à tex. 95. infra. ¶ Hæc expoſitio falſa quidem eſt, qm̃ Ar. per alium modum ſciendi, intelligit modũ ſciendi ſimpliciter: vt exponit Themiſtius, qui modus ſciendi ſimpliciter, eſt duplex demonſtratio nempè, & definitio: & qm̃ in hoc primo libro poſt. loquitur de vno inſtrumento ſciendi ſimpliciter, ideò promittit velle loqui, in alio loco, de alio modo ſciendi ſimpliciter, & ſic per alium modum ſciendi, non intelligit demonſtrationem quia, & propter quid, & per cauſas mediatas, quæ ſunt modi ſciendi, ſecundũ quid, vnde exponatur tex. ꝙ per alium ſciẽdi modũ Ar. intelligit, vt inquit Au. perfectam definitionẽ, quæ definitio perfecta, non eſt illa, quæ eſt principium demonſtrationis, nec illa, quæ eſt concluſio demõſtrationis, ſed illa, quæ eſt tota demonſtratio poſitione differens. ¶ Dices quare dixit, (alius) ¶ Dicitur, ꝙ dixit (alius) ad declarandum ꝙ definitio eſt inſtrumentum aliud .i. diuerſum à demonſtratione, qm̃ facit ſcire accidens ſcibile, qm̃ demonſtratio facit ſcire accidens: definitio verò ſubſtantiam 11. met. 1. & ſicut accidens eſt aliud, & diuerſum à ſubſtantia, ſic definitio eſt diuerſa à demonſtratione (poſterius) exponit Au. i. in 2. poſt. ex quibus omnibus ſic declaratis, exponas literam hoc pacto q. d. Ar. (ſi) pro quia, præter demonſtrationem, quæ eſt vnus modus ſciendi ſimpliciter, datur (alter).i. diuerſus modus ſciendi ſimpliciter, qui vocatur perfecta definitio (dicemus) .i. expedita perſcrutatione, de demonſtratione (poſterius).i. in 2. libro poſt. vt rectè exponit Au. hic, & in paraphraſi. ¶ Dices 1. poſt. 64. & 2. poſt. 47. definitio, eſt tota demonſtratio, ergo definitio non eſt diuerſa à demonſtratione, & tractando de demõſtratione tractat etiam de definitione. ¶ Reſpondet Au. in locis allegatis: & dicit, ꝙ definitio licet ſit tota demonſtratio, & conueniat cum demonſtratione, tamen conuenit in ſubiecto, re, & materia, differt tamen ab illa in forma, & fine, vt clariſsimè teſtatur, Ar. 2. poſt. 19. vbi inquit, ꝙ definitio, & demonſtratio, idẽ eſſe non poſſunt. ¶ Iterum dices, quare Ar. prius de demonſtratione, & poſterius de definitione, potius enim contra, qm̃ ſicut in natura, ſic etiã in arte, eſt enim ars imitatrix naturæ 2. phy. 22. & 4. met. 27. ſed apud naturam nobiliora præcedunt, vt cor quod eſt nobilius 3. de par. an. cap. 4. in generatione præcedit. & 2. de generat. an. cap. 5. ergo in arte, nobiliora præcedere debent. Sed definitio eſt nobilior demonſtratione: qm̃ abſoluit quæſitum quid, ꝙ dicit ſubſtantiam, quod eſt nobilius: demonſtratio verò quæſitum quale 2. poſt. 17. quod eſt accidens, modò 2. de anima 2. ſubſtantia eſt melior accidente, ergo prius de definitione, poſterius autem de demonſtratione, perſcrutari debebat. ¶ Quod etiam confirmatur, qm̃ Ar in ſuis dictis, talem ordinem obſeruare videtur, prius enim de nobiliori pertractat vt videre eſt in prædicamẽtis, vbi de ſubſtantia prius, tanquam de nobiliori, verùm etiam in libro perihermenias, primò de nomine ſimiliter, in libro priorum primò de prima figura, qm̃ eſt nobilior 1. poſt. 103. pariter in 2. de anima, prius de ſenſu viſus. ¶ Confirmatur etiam ratione, definitio oſtendit ſubſtantiam, demonſtratio oſtendit accidentia 11. met. 1. & 1. poſt. 52. & 57. ſed ſubſtãntia eſt prior natura accidente 7. met. 4. ergo definitio natura eſt prior demonſtratione, vnde ſicut res ſe habet apud naturam, & in eſſe, ſic ſe habet

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Petitio.

Sol.

Dub.

Aliorum ſol.

Confutatio.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Dub.

Confirmatio.

Alia confirmatio.

Digitized by Google

ſe habet in ordine, & in cognitione 2. met. 4. ſed definitio natura præcedit demonſtrationem, ergo in ordine etiam præcedere debet, ergo Ar. prius debebat conſiderare de definitione, poſterius autem de demonſtratione.

Alia Confirmatio. ¶ Amplius eſſe ſimpliciter, natura præcedit, eſſe ſecundum quid. Sed definitio abſoluit eſſe ſimpliciter, quod eſt ſubſtantia, & demonſtratio eſſe ſecundum quid, quod eſt accidens 7. met. 2. 3. & 4. ergo definitio natura præcedit demonſtrationem.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ Ar. non ſemper obſeruat hunc ordinem, primò tractare de re nobiliori, ſed aliquando in vltimo loco, veluti in 8. phy. de primo motore, vt de re nobiliori, ac de intellectu, in 3. de anima, & in 12. met. de Deo glorioſo, ex quo patet, ꝙ cùm non ſit ſemper hic ordo ab Ar. obſeruatus, eſt dicendum ꝙ Ar. tractando prius de demonſtratione, non ſequutus eſt ordinem nobilitatis, ſed potius ordinem notioritatis, demonſtratio enim eſt notior definitione, quod habet à fine ſuo: qm̄ abſoluit accidens, quod eſt notius ſubſtantia: quæ abſoluitur per definitionem.

Replica. ¶ Dices contra ſi enim Ar. ſequutus eſſet ordinem notioritatis, tūc debebat prius tractare de definitione: qm̄ eſt notior ipſa demonſtratione, & probatur, qm̄ finis definitionis eſt abſoluere ſubſtantiam 1. met. 1. ſed finis demonſtrationis eſt abſoluere accidens: 1. poſt. 57. & qm̄ ſubſtantia 7. met. 4. eſt prior cognitione, ipſo accidente: ergo definitio eſt notior, & prior ipſa demonſtratione, prius ergo de definitione, deinde de demonſtratione pertractare debebat.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ quando dicit Ar. ꝙ ſubſtantia eſt prior cognitione ipſo accidente, intelligitur ſic cognitione .ſ. perfectione, accidens enim ſemper eſt notius ſubſtantia, & in notitia præcedit ſubſtantiam, & ſic demonſtratio præcedit definitionem.

Dub. ¶ Iterum dices, ꝙ per alium ſciendi modum, non debet intelligi definitio; qm̄ 6. met. 1. inquit Ar. ꝙ alius ſciendi modus eſt demonſtratio quia.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ ſi demonſtratio quia, eſt alius ſciendi modus: non eſt alius modus ſciendi ſimpliciter, ſed ſecundum quid, hic verò loquitur, de alio modo ſciendi ſimpliciter, qui non demonſtratio quia; ſed definitio appellatur, & nota ꝙ dixit Ar. ꝙ definitio eſt alius modus ſciendi, alius .i. diuerſus à demonſtratione in ſpecie, dicit enim Porphy. cap. de differentia, ꝙ ly, aliud facit, dicit differentiam ſpecificam: vt homo eſt alius ab equo .i. differt in ſpecie, ab equo, finis enim definitionis ſpecie differt, à fine demonſtrationis, quod innuit Ar. 2. poſt. 1. quando dicit, ex quo definitio eſt, aliud à demonſtratione; quia quæſitum quid eſt: eſt aliud à quæſito demonſtrationis (dicimus autem, per demonſtrationem cognoſcere:) nunc infert per modum correlarij, ꝙ ſcire eſt per demonſtrationem.

Dub. ¶ Dices, hoc ſcire ſupra definitum, quomodo habetur per quam viam, per quod inſtrumentum?

Reſponſ. ¶ Reſpondet, & dicit, hic, & in tex. 15. 28. & 2. poſt. 13. ꝙ ſcire, ſcilicet demonſtratiuum, quod eſt finis, & effectus ipſius demonſtrationis, habetur per demonſtrationem, tamquam per verum inſtrumentum, vnde nota ꝙ Ar. loquitur hic, de ſcire demonſtratiuo, & non definitiuo, & dixit (dicimus) in plurali philoſophica vtens modeſtia.

Dub. ¶ Dices, declara quid ſibi vult hoc nomen demonſtratio, per quam habetur ſcire demonſtratiuum?

Sol. ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit.

Demonſtrationem verò dico ſyllogiſmū ſcientialem: ſcientialem autem dico ſecundum quem, eò quod ipſum habeamus ſcimus.

Pro intelligentia continuationis huius particulæ tex. eſt ſciendum quod dicit Ar. 5. met. cap. de priori, & 1. met. 48. nec non 6. top. in primo loco definitionis, ꝙ partes definitionis debent eſſe notiores, ipſo definito, & cùm aliquod definitur, & partes ſuæ, non ſunt prius cognitæ, peritus artifex ſtatim aſſignata definitione, debet declarare partes poſitas in illa definitione, ne per ignota procedat, quo quidem ordine in cap. de ſubſtantia, vſus eſt Ar. ac in libro perihermenias cap. de nomine, 1. poſt. 13. 2. phy. 3. & 3. phy. 7. quibus ſic prænotatis, continuatur hæc pars tex. cum ſuperiori hoc modo, poſtquam Ar. aſſignauit definitionem ipſius ſcire, excuſando ſe de alio modo ſciendi ſimpliciter, & determinauit, ꝙ in 1. libro poſt. non loquitur niſi de illo ſcire, quod habetur per demonſtrationem in hac parte: tamquam peritus artifex, ne per ignota definiat, intendit notificare, quid ſignificat hoc nomen (demonſtratio) quæ eſt proprium inſtrumentum, ad ſcire: tamquam ad finem; quod faciendo Ar. ſeruat hunc ordinem, primo enim ponit definitionem demonſtrationis ſecundò declarat nomen poſitum in definitione, ſed pro intelligentia, nota ꝙ quodlibet inſtrumentum naturale, notificatur ſuo proprio opere, vt oculus per videre, manus verò per apprehendere, ſimiliter inſtrumēta artificialia: notificant per ſuas operationes: ſi verū eſt dictum Ar. 2. phy. 22. & 4. meteor. 28. ars enim debet imitari naturam, & quoniam demonſtrtio eſt inſtrumentum artificiale, factum ab anima, & ſcire eſt operatio fluens ab ipſa demonſtratione, ideo volens declarare, quid eſt, quid ſignificat hoc nomen .ſ. demonſtratio) ipſam declarat per ſuam operationem, ſic dicens (demonſtrationem autē dico) quaſi dicat intentio mea in hoc primo poſt. eſt conſiderare de conditionibus præmiſſarum demonſtrationis, aliquis poſſet diceret, quid ſibi

vult demonſtratio, ideo declarans, dicit, ſi neſcis, quid ſignificat hoc nomen (demonſtratio) dico explico hoc nomen, quoniam dicere nil aliud eſt, niſi quid nominis explicare, demonſtratio nil aliud eſt, niſi ſyllogiſmus, ſed non omnis ſyllogiſmus 1. prior. cap. 5. ſed ſyllogiſmus ſcietialis. ¶ Dices, quid ſibi vult ly (ſcientialis) reſpondet, & dicit hic, & in tex. 15. & 28. quòd ſyllogiſmus, ſcientialis eſt ille (quem habendo) .i. quem nos habentes ſcimus: & in tantum ſcimus, in quantum ipſum habemus 2. poſt. 10. & 13. quo ſi careremus, numquam ſciremus, ſicuti in tantum videmus, in quantum oculum habemus, quo ſi careremus, numquam videremus: iuxta illud Ar. 1. poſt. 134. vbi ait, quòd deficiête ſenſu, deficit ſcientia illius ſenſus, ex quibus ſequitur reſolutè, ꝙ demonſtratio eſt ſyllogiſmus ſcientialis.

Petitio. Sol.

Dub. ¶ Dices cùm demõſtratio ſit triplex, alia ſimpliciter 1. phy. in prologo, alia propter quid 1. phy. 2. alia dicitur demonſtratio quia 1. poſt. 95. quæ demonſtrario hic definitur.

Sol. ¶ Reſpondet Au. & dicit ꝙ eſt demonſtratio ſimpliciter de cuius præmiſſarum conditionibus, tractat vſque ad textum 95. qm̃ demonſtratio propter quid, & quia, licet ſint ſyllogiſmi: tamen non ſunt ſcientiales: non faciunt ſcire ſimpliciter, ſed faciunt ſcire ſecundum quid, ideo dixit demonſtratio eſt ſyllogiſmus ſcientialis, denominatus à ſcientia, tamquam à fine: qm̃ qualitas ſua eſt ſcientia, à qua ſcientia, tamquam à qualitate, dicitur, qualis .ſ. ſcientialis, & nota, vt rectè inquit Au. ꝙ ſyllogiſmus in definitione demonſtrationis, procedit vice generis, quoniam demonſtratio eſt ſyllogiſmus, non è contra 1. prior. cap. 5. Ar. vnde dicitur, ꝙ demonſtratio ſimpliciter eſt ſyllogiſmus, tamen non ſimpliciter, ſed eſt ſyllogiſmus quidam 1. prior. cap. 5. .i. ſcientialis.

Dub. ¶ Dices, cum ſyllogiſmus fiat, in tribus figuris: vt 1. prior. videre eſt, ſi demonſtratio eſt ſyllogiſmus: in qua figura fit?

Sol. ¶ Reſpondet Au. & dicit, ꝙ eſt veræ figuræ. i. primæ figuræ, quæ prima figura, ideo dicitur vera figura, quoniam eſt ſcientialior omnibus aliis, vt 1. poſt. 103. inquit Ar. ſed nota, ꝙ licet fiat in prima figura: tamen non in omnibus modis primæ figuræ, ſed in primo modo, .ſ. in barbara, quoniam demonſtratio 1. poſt. 62. & in epit. log. cap. de demonſtratione, fit, ex præmiſſis vniuerſalibus, dicitur (ſcientialis) ad differentiam ſyllogiſmi topici, qui non facit ſcientiam, ſed opinionem, & ſi fit ex veris, tamen non fit ex veris eſſentialibus, ſed diuulgatis, vt exponit Au. & Ar. 1. top. cap. 1. & ſic patet differentia inter ſyllogiſmum demonſtratiuum, & topicum, differunt et per præmiſſas tamquam per materiam, & differunt fine, nam demonſtratiuus facit ſcientiam, topicus verò opinionem licet forma conueniant, vt 1. poſt. 85. inquit Au.

Dub. ¶ Dices, 6. met 2. Æquiuoci non eſt ſcientia, nec definitio, vt in epit. log. cap. de æquiuocis, inquit Au. cum demonſtratio, vt idem fatetur Au. in 8. quæſt. poſt. ſit æquiuoca meritò hic non debebat definiri.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ quando eſt æquiuocum, purè dictum, non patitur definitionem: ſed quando eſt æquiuocum analogiæ: tunc patitur definitionem, & nota ꝙ demonſtratio analogicè, vt genus, prædicatur de ſuis ſpeciebus .ſ. de demonſtratione ſimpliciter, propter quid, & quia, vt inquit Au. in 8. quæſt. poſt.

Dub. ¶ Amplius 6. top. in 1. loco definitionis, & 1. met. 48. omnis definitio, debet dari ex partibus prius notis, imò qui definit, & non per priora, & notiora definit, non definit modò Ar. definiuit demonſtrationem, & non definiuit per partes priores, & notiores, quoniam non definiuit prius illam particulam poſitam in definitione demonſtrationis. ſ. ly (ſcientialis) ergo non definiuit: vel ſi definiuit malè definiuit.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ hæc non eſt definitio, quid rei, ſed eſt quid nominis: quæ non oportet, vt detur per partes priores, & notiores.

Alia ſol. ¶ Vel datò, ꝙ ſit definitio quid rei, dicitur ꝙ dictum Ar. intelligitur ſic: quando dicit, ꝙ definitio debet dari per partes prius notas, adde tu, vel ſtatim notificandas poſt aſſignatam definitionem, ſicut facit in cap. de ſubſtantia: quando definiuit ſubſtantiam, & 1. perihermenias, cap. de nomine, & 1. poſt. 13. & 2. phy. 3. quando definiuit naturam, & 3. phy. 7. quando definiuit motum, & in 2. de anima in tex. 5. & 6. circa definitionem animæ.

Alia ſol. ¶ Vel dicitur, ꝙ regulæ logicæ, vt plurimum ſunt veræ, aliquando verò deficiunt. ¶ Vel dicitur, ꝙ definitio à priori debet dari, per partes prius notificatas: non autem definitio à poſteriori, vt rectè inquit Au. in epit. log. cap. de definitionibus.

Dub. ¶ Iterum dices, ſi per alium ſciendi modum intelligimus definitionem, de qua tractatur, in 2. libro poſt. quomodo de ipſa conſideratur, ibi, vel vt de medio demonſtrationis, vel vt eſt inſtrumentum ſciendi diſtinctum à demonſtratione?

Sol. ¶ Dicas reſolutè contra omnes, ꝙ de definitione in 2. poſt. non vt de medio demonſtrationis, ſed vt eſt inſtrumentum ſciendi, diſtinctum à demonſtratione: veluti validiſſimis rationibus fuit à nobis contra Latinos, & contra Græcos demonſtratum in noſtro quæſito, quod dicitur de nobilitate inſtrumentorum, vbi fuit dictum definitionem eſſe inſtrumentum valde nobilius ipſa demonſtratione, & eſſe diſtinctum inſtrumentum ſciendi, à demonſtratione, ideo candide lector, vide illud quæſitum, vbi hæc, & alia vtilia videbis.

Dub. ¶ Dices quarè Ar. aſſignauit vnam definitionem de demonſtratione in hoc textu, & aliam 1. top. cap. 1. cum dixit, ꝙ demonſtratio eſt

ſyllo-

Digitized by Google

Sol. ſyllogiſmus ex veris, & primis. ¶ Dicas, ꝙ Ar. hic definiuit demonſtrationem per definitionem formalem, ibi verò per definitionem materialem. Replica. ¶ Dices contra nam 2. poſt. 20. & 95. vnius rei eſt vna definitio, & non plures. ¶ Dicas, ꝙ eſt vna in vno genere, ſed poſſunt eſſe plures in diuerſo genere definitionis: vna enim poteſt eſſe formalis; alia verò materialis, hæc enim eſt formalis, illa verò materialis aſſignata 1. top. 1.

Tex. 9. Vide idē 1. top. c. 1

Si igitur ſcire eſt, vt poſuimus: neceſſe, & demonſtratiuam ſcientiam, ex veriſque eſſe, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & cauſis concluſionis.

POSTQVAM Ar. in tex. 7. definiuit, ac tamquam notum ſumpſit, ipſum ſcire, eſſe, & quid eſt, & in textu octauo, ſcibile, quod eſt ſuum relatiuum, & notificauit demonſtrationem eſſe proprium inſtrumentũ factiuum ipſius ſcientiæ: & qm̃ conditiones, & proprietates, quæ competunt fini, competunt etiam inſtrumento, quod facit acquirere illum finem 6. ethic. cap. 3. nunc ſyllogiſmo hypotetico, ex conditionibus finis, infert cõditiones præmiſſarum, quæ præmiſſæ ſunt inſtruméta, quibus acquiritur ille finis: qui eſt ſcire, & meritò vtitur ſyllogiſmo hypotetico, & non cathegorico; qm̃ ſyllogiſmus cathegoricus, infert naturaliter ignotum, vt patet ex definitione ſyllogiſmi, in 1. prior. 1. & 1. top. cap. 1. ſyllogiſmus verò hypotheticus, dico per naturam infert, id, quod eſt notum, & cùm regulæ logicæ ſint, de ſe notæ, ideo hypothetico ſyllogiſmo indigent, & non cathegorico, quod quidem monſtrant illa verba; qñ dicit (ſi ſcire eſt, vt poſuimus.) modo argumentari expoſitis hypotheticè eſt, arguere, & illa dictio (ſi) hypotheticam ſignificat illationem. Diuiſio tex. ¶ Diuiditur iſte tex. in 2. partes, in 1. parte facit expoſitis, talem illationem, ex conditionibus finis, de præmiſſis, vt inſtrumentis ad finem: in 2. ibi (ſic enim) probat talem illationem hypotheticè, 1. pars diuiditur in 2. in 1. ponit antecedens, quod eſt poſitio cõditionum ipſius ſcire in 2. ibi (neceſſe) ponit conſequens, quantum igitur ad primum dicit, ſi igitur ſcire eſt, vti poſuimus, neceſſe eſt demonſtratiuam ſcientiam eſſe, ex veris, primis immediatis, prioribus notioribus, & cauſis concluſionis, & nota ꝙ dixit (igitur) notans illationem (vti poſuimus) notãs præmiſſam hypotheticam, quæ conſtat ex ſuppoſitis: cum conditione, ſi eſt, dixit (ſi eſt) notans tam eſſe exiſtentiæ ipſius ſcire, quam eſſe eſſentiæ, cùm duplex ſit ipſum eſſe 2. poſt. 33. & 3. de anima 9. dixit (vti poſuimus) nam ly (vti) ſignificat modum, & conditionem, quibus res modificatur. (poſuimus) .ſ. cum illo modo, & conditione, quibus fuit poſitum à nobis eſſe, dixit (poſuimus) in numero plurali, qm̃ dictum eſt ſupra, ꝙ nos, & alij poſuimus, ſcire huiuſmodi, tam ſcientes, quàm neſcientes, (neceſſe) .i. non neceſſitate ſyllogiſtica, quæ 1. prior. 1. procedit ex per ſe noto, ad ignotum, ſed neceſſitate per accidens: quæ cõuenit hypothetico, quæ procedit, ex aliqualiter notiori, ad aliqualiter ignotum, ex qua particula infert, ex antecedente, hoc conſequens .ſ. ſcientiam demonſtratiuam eſſe ex veris, primis, &c. Dub. ¶ Dices, quid intelligit, per ly (ſcientiam demonſtratiuam?) nonnulli dicunt, ꝙ intelligit ſcire, Aliorum ſol. quod eſt finis demonſtrationis, quamuis rectè dicant, ipſe tamen eſſem alterius voti, & Sol. propria. dico, quod intelligit potius ipſam demonſtrationem, quæ eſt inſtrumentum ad ipſum ſcire & ſenſus eſt talis, ſi ſcire eſt vti poſuimus, neceſſe eſt ſcientiam demonſtratiuam .i. demonſtrationem eſſe ex veris, quod confirmat Ar. in hoc text. qñ dicit ſyllogiſmus, enim erit ſine his, demonſtratio autem non erit. q. d. ꝙ ſi ſcientia demonſtratiua .i. demonſtratio non erit ex his præmiſſis veris, nõ faciet ſcientiam ſed potius erit ſyllogiſmus, quod etiam confirmat Ar. 1. poſt. 44. vbi ait ſi ſcientia demonſtratiua eſt, ex neceſſariis principiis .i. ſi demonſtratio eſt ex principiis neceſſariis, idem aſſerit in tex. 45. vbi ait clariſſimè, ꝙ demonſtratio eſt neceſſarium .i. cõſtat ex neceſſariis, & in tex. 46. & 48. vbi non nominat ſcientiam, ſed demonſtnationem, quod confirmat in tex. ſic dicens, qm̃ igitur, quod ſcitur demonſtratiuè, oportet ex neceſſitate, ineſſe manifeſtũ, quod & per medium neceſſarium oportet habere demonſtrationem, & quid clarius? quàm exponere Ariſtotelem, per Ar. concluditur, ergo quod per ſcientiam demonſtratiuam, licet non ſemper, tamen aliquando ſumitur pro demonſtratione. Dub. ¶ Dices finis inſtrumenti, non eſt inſtrumentum, vt ſecare, non eſt ſerra, nam dicit Ar. 3. phy. 4. via ad rem eſt, aliud ab ipſa re, ſed ſcientia demonſtratiua, eſt finis demonſtrationis 1. prior. cap. 1. & 1. poſt. 38. 2. poſt. 100. ergo non eſt demonſtratio, & per conſequens, per ſcientiam demonſtratiuam, non poteſt intelligi demonſtratio. Sol. ¶ Dicitur, quod licet ſcientia demonſtratiua, & demonſtratio differant ad inuicem, ſicut finis, & inſtrumentum: tamen ſunt idem ſubiecto, & cùm ſint idem ſubiecto, ideo Ar. ſolet, vti vno pro alio, veluti dici ſolet ſcriptura Platonis; eſt manus Platonis; quoniam fit, per manum Platonis, ſimiliter pictura dicitur manus Apellis, quia fuit picta per manum Apellis, vnde conſtruatur textus, hoc modo: ſi ſcire eſt, eo modo: quo diximus in 7. textu, ſcilicet per cauſam, & per demonſtrationem, quæ demonſtratio, eſt ſyllogiſmus

faciens ſcientiam neceſſe eſt ſcientiam demonſtratiuam .i. demonſtrationem eſſe .i. componi ex veris .i. ex præmiſſis veris; & hæc eſt vera textus expoſitio tollens omnem ambiguitatem. ¶ Vel dicas ſic ſumendo hoc antecedens .ſ. cum dictum ſit, ꝙ demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcientiam veram, ſequitur hoc conſequens ſ. ꝙ neceſſe eſt, vt præmiſſæ demonſtrationis ſint veræ, primæ, &c.

Dub. ¶ Dices, illa propoſitio (ex) plura ſignificat, primò enim ſignificat materiam, vt domus fit ex lapidibus, ſignificat etiam ordinem, vt ex calido fit frigidum .i. corpus post calidum fit frigidum, ſignificat quoque cauſam efficientem, vt 1. phy. 43. 8. phy. 4. & 1. de gen. an. cap. 18. & 5. met. cap. de ly. ex. quomodo ſumitur hic?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ hic ſumitur, vt dicit, cauſam efficientem, vt aſſerit Au. 1. poſt. 2. & hic, qñ dicit, qm̃ noſtra intẽtio de demonſtratione eſt, vt ſciamus rem, vera ſciẽtia; & ſumma veritate, vt præaſſumpſimus, & hinc ſequitur, ꝙ demonſtrationis præmiſſæ, quæ adipiſci nos faciunt hanc ſcientiam, ſint veraces.

Dub. ¶ Dices, quid intẽdit Ar. per principia vera?

Sol. ¶ Dicas, cum Au. in epit. log. cap. de demonſtratione clarius 5. met. 14. vbi ait, ꝙ verum eſt illud, quod ſicut eſt in mente, ſic reperitur extra mentem, vnde dicas, ꝙ principia debent eſſe vera .i. ꝙ ſicut ſunt in mente, ſic debent eſſe extra mentẽ: & nota, ꝙ debẽt eſſe vera eſſentialia, per ſe ad differentiam principiorum topicorum, quæ ſunt vera opinata, non per ſe, & ſophiſticorum, quæ licet ſint vera, tamen apparenter, & mutabilia.

Dub. ¶ Dices, ſi principia demonſtrationis debent eſſe vera, tunc genus ingrederetur demonſtrationem, quod eſt contra Au. 2. poſt. 94. qm̃ hæc propoſitio eſt vera, homo eſt animal.

Sol. ¶ Reſpondet Ar. 1. poſt. 47. ꝙ verum duplex, aliud commune, aliud proprium, quo ſtante, dicitur, ꝙ principia demonſtrationis debent eſſe vera, propria, eſſentialia, non autem vera communia.

Dub. ¶ Iterum dices, ꝙ propoſitio ſingularis, ingrederetur demonſtrationem: vt ſortes eſt riſibilis; quia eſt vera; quod eſt contra Ar. 1. poſt. 62. & 63. vbi aſſerit, ꝙ demonſtratio fit ex vniuerſalibus.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ non ſufficit dicere principia demonſtrationis ſunt vera; ſed requiritur etiam dicere, ꝙ ſunt vniuerſalia .i. ꝙ fiant ex ſubiecto, & prædicato vniuerſali, vt homo eſt riſibilis.

Replica. ¶ Dices, contra nam dicit Ar. 1. poſt. 38. & 39. ꝙ prædicatũ vniuerſale demonſtratur de ſubiecto ſingulari, ergo propoſitio ſingularis ingreditur demonſtrationem.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ ſecundum Philoſophos, ſingulare eſt duplex. Aliud æternum, vt Sol, Cælum, Luna, Terra, Mundus, Phœnix. Aliud corruptibile, vt ſortes, & Plato, tunc dicitur, ꝙ prædicatum vniuerſale, demonſtratur de ſubiecto ſingulari æterno, non autem corruptibili, & nota, ꝙ non demonſtratur de ſubiecto ſingulari, vt ſingulare eſt, ſed demonſtratur prædicatum vniuerſale de ſubiecto ſingulari, in quãtum in ſe habet naturã vniuerſalem de qua natura vniuerſali, demõſtratur illud pdicatũ vniuerſale, vt rectè inquit Au. 1. poſt. 40.

Dub. ¶ Dices quare dixit demonſtratio, debet eſſe ex veris, & non dixit demonſtratio debet eſſe vera?

Sol. ¶ Dicas, ad differentiam ſyllogiſmi, qui ſyllogiſmus poteſt eſſe verus; tamen non ex veris: v.g. lapis eſt animal, homo eſt lapis, ergo homo eſt animal, hic ſyllogiſmus eſt verus in forma, licet ſit falſus in materia, demonſtratio autem eſt ſyllogiſmus verus in forma, & conſtat ex veris, vt omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt riſibilis.

Dub. ¶ Dices, quid intendit per (prima)?

Sol. exponit ſe in textu 3 .i. propria, immediata, non habentia priora, quibus poſſunt demonſtrari, vnde rectè Au. ait, ꝙ iſta principia, ſunt prima per ſe nota, non nota per medium, ſ. per ſyllogiſmum.

Alia ſol. ¶ Vel dicas, vt dicit Ar. in tex. 10. & 69. ꝙ per prima, debemus intelligere indemonſtrabilia, quæ nullo modo demonſtrari poſſunt.

Dub. ¶ Dices, ſi principia debent eſſe prima; tunc prædicata, quæ non ſunt conuertibilia, ingrederentur demonſtrationem, qm̃ homo eſt animal eſt propoſitio prima 7. met. 42. quod animal eſt prædicatũ, non conuertibile cum homine, vt in cap. de ſubſtãtia Ar. & Au. 1. poſt. 41. & 2. poſt. 94.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ prædicatum primum eſt duplex, aliud proprium, & cõuertibile, aliud primum in ordine; tunc dicitur, ꝙ genus non eſt prædicatum primum proprium, ſed eſt primũ in ordine in definitione: quia ponitur ante differentias 2. poſt. 78. & 7. met. 42. dicendo homo eſt animal rationale, ecce ꝙ in hac definitione primò in ordine ponitur animal, quod eſt genus, deinde ponitur rationale, quod eſt differentia.

Replica. ¶ Dices contra, nam genus eſt prædicatum per ſe 1. poſt. 30. & 7. met. 11. ſed per ſe & primum ſunt ſynonima 1. poſt. 36. & 5. phy. 3. ergo genus eſt prædicatũ primum proprium, & ingreditur demonſtrationem.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ per ſe eſt duplex, aliud per prius, aliud per poſterius: vt auctor eſt Au. in 2. quæſito poſt. tunc dicitur, ꝙ illud per ſe eſt ſynonimum, cũ primo, quod eſt per poſterius, nõ autẽ quod eſt per prius; modò animal, quod eſt genus, eſt per ſe per prius, non per poſterius quod per ſe per prius eſt: per ſe commune, per ſe verò ꝑ poſterius eſt; per ſe proprium.

Replica. ¶ Dices contra, nam dicit Ar. 4. top. in loco 29. ꝙ genus propriè prædicatur de ſpetie, ergo primò prædicatur de ſpecie, ſi primò ergo conuertibiliter, & ſic genus adhuc ingreditur demonſtrationem.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ qñ dicit Ar. ꝙ genus prædicatur propriè, intelligitur, pro propinquè, non autem propriè primò, & conuertibiliter

Digitized by Google

Petitio. uertibiliter. ¶ Sed dices, hæc propoſitio eſt prima ſuperficies. eſt alba, & tamen non ingreditur demonſtrationem; ſimiliter hæc virtus eſt in anima, & tamen non ingreditur demonſtrationem, qm̃ non ſunt per ſe, ergo demonſtratio non conſtat ex primis.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ primum eſt duplex, in epit. log. cap. de demon. aliud proprium, aliud non propriũ, tunc dicitur, ꝙ hæ propoſitiones ſunt primæ, non propriè demonſtratio, verò fit ex primis propriis. ¶ Dices, ꝙ Ar. videtur ſuperfluus; qm̃ dicendo principia, dicit prima, qm̃ 1. poſt. 13. idem eſt primum, & principium, & 1. poſt. 15. ergo debebat dicere ſolum, ꝙ demonſtratio conſtat ex principiis. ¶ Dicitur, ꝙ Ar. hic per primum intelligit immediatum, & indemonſtrabile. q.d. ꝙ principia debent eſſe prima .i. immediata, & indemonſtrabilia.

Quæſitũ. ¶ Dices, quid intelligit per immediata?

Reſponſ. exponit ſe in tex. 13. & dicit, ꝙ illa eſt propoſitio immediata, qua non eſt alia prior .i. quæ nõ habet medium, per quod poteſt demonſtrari, & 1. top. cap. 1. inquit, demonſtratio verò eſt, qñ ex veris, & primis ſyllogiſmus erit, declarans ſe, quid intelligit, per prima inquit: ſunt autem prima, quæ non per alia, ſed per ſe ipſa fidem habent .i. ſunt indemonſtrabilia, vnde dicas, principia debent eſſe prima .i. immediata, & debent eſſe immediata .i. indemonſtrabilia.

Quæſitũ. ¶ Dices, cum primum dicatur bifariam, vno modo primum primitate ſubiecti, vt ſunt omnia accidentia eſſentialia, quæ non competũt niſi vni ſubiecto, vt riſibile homini innibile equo, alio modo dicitur primũ primitate cauſæ, & eſt illud, quod eſt cauſa propria, & non habet cauſam priorem, per quam ineſt ſubiecto, vt ſunt differentiæ propriæ, vt homo eſt rationalis, ly rationale eſt cauſa prima, quæ non habet cauſam priorem, teſte Au. 1. poſt. 36. 54. 80. 2. poſt. 94. ſi principia demonſtrationis, debent eſſe prima aliqua primitate, vel cauſæ, vel ſubiecti?

Reſponſ. ¶ Dicitur, ꝙ principia debent eſſe prima, primitate cauſæ, & ſubiecti .i. indemonſtrabilia ſimpliciter, carentia omni medio, tam cauſæ, quàm ſubiecti, ad differentiam præmiſſarum demonſtrationis, quia quæ procedit ex primis primitate ſubiecti tãtum.

Quæſitũ. ¶ Dices, quid intelligit per notiora?

Reſponſ. ¶ Dicas: ꝙ cum notius dicatur duobus modis 1. poſt. 12. & 1. phy. 2. & 2. de anima 12. & in libro de plantis cap. 1. & 1. ethic. cap. 9. vno modo ſecundum nos, alio modo ſecundum naturam, Ar. intendit, per notiora vtroque modo, & ſecundum nos, & ſecundũ naturam, q.d. ꝙ principia debent eſſe notiora, ſecundum nos, & ſecundum naturam, vt bene exponit Au. in com. 12.

Dub. ¶ Dices idem 1. poſt. 12. & 1. phy. 2. impoſſibile eſt, eſſe notum ſecundum nos, & ſecundum naturã, ergo principia non poſſunt eſſe nota, ſecundum nos, & ſecundum naturam.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ diuerſo modo, non eſt impoſſibile, quatenus enim ſunt cauſa, ſic ſunt nota ſecundum naturam: ſed quatenus ſunt ſenſata, ſic ſunt nota ſecundum nos: qñ dicit Ar. ꝙ eſt impoſſibile, intelligitur vno, & eodem modo.

Alia ſol. ¶ Vel dicas, ꝙ idem impoſſibile eſt, eſſe notum ſecundum nos, & ſecundum naturam, verum eſt in naturalibus, ſed in mathematicis, non ſolum eſt poſſibile, ſed neceſſarium, quod idem eſt notum ſecundum nos, & ſecundum naturam, vt 1. poſt. 101. & clarius, 1. phy. 2. Au. & per hanc conditionem principia demonſtrationis ſimpliciter differunt à principiis demonſtrationis, ꝓpter quid & quia, quæ ſunt nota ſecundũ naturam tantũ, & ſi ſunt nota ſecundum nos: non niſi per accidens, & demonſtrationis, quia quæ ſunt nota ſecundum nos tantum.

Dub. ¶ Dices, ſi Ar. loquutus eſt comparatiuè, & omne comparatiuum præſupponit poſitiuũ, ſi principia ſunt notiora, quo ſunt notiora?

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſunt notiora ipſa cõcluſione, vt ſe ipſum exponit Ar. 1. poſt. 15.

Replica. ¶ Dices, contra videtur enim ꝙ Ar. vſus eſt comparatione æquiuoca, qm̃ comparauit notum cum ignoto, concluſio enim 1. poſt. 1. eſt ignota, ergo non poteſt dici, principia ſunt notiora ipſa concluſione.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ concluſio dupliciter conſideratur, vno modo ante demonſtrationem, alio modo poſt demonſtrationem: tunc dicitur, ꝙ concluſio tunc eſt ignota, qñ conſideratur ante demonſtrationem, ſed poſt demonſtrationem eſt nota, principia enim ſunt notiora concluſione, nota, & demonſtrata, & ſic etiam intelligitur Ar. 1. poſt. 15. quãdo dicit, principia eſſe magis ſcita, & nota, quàm ipſa concluſio.

Dub. ¶ Dices, quid intelligit per priora?

Sol. ¶ Dicas, verum eſt notandum, ꝙ Ar. 5. met. cap. de priori, & in poſt prædicamentis, vbi dicit, ꝙ datur vnus modus prioris inter alios: qui dicitur prius ſecundũ naturam: vt cauſa reſpectu cauſati, & hic dicitur duobus modis, vno modo prius natura, qñ cauſa conuertitur cum cauſato, vt rationale conuertitur cum riſibili, alio modo, quando non conuertitur, ſicut ſunt omnes cauſæ, præter cauſam formalem: quæ poſſunt exiſtere ſine ſuis cauſatis, quo ſtante dicitur, ꝙ principia ſunt priora, primo modo, qm̃ continent medium, quod eſt propria & cõuertibilis cauſa, cum ſuo effectu, quæ cauſa inter cauſas, alia non eſt, niſi formalis: ex quo late patet, ꝙ medium in demonſtratione ſimpliciter, eſt cauſa formalis.

Dub. ¶ Dices, quid intelligit, qñ dicit, (& cauſis concluſionis) nota ꝙ textus debet legi in ſingulari, ſic, & cauſa concluſionis: qm̃ nil aliud eſt dicere principia, ſunt cauſa concluſionis, quàm continere medium, quod eſt cauſa concluſionis 1. poſt. 1. modo medium eſt vnum non plura, 2. poſt. 15. & ſic debet textus, & non aliter, quod ſit verum, ſi

Digitized by Google

in tex. 11. qñ dicit; qm̃ tunc ſcimus, qñ cauſam, i. per cauſam cognoſcimus, ſimiliter in tex. 7. & 2. met. 4. & nota, ꝙ dixit cauſa concluſionis, denotans ꝙ principia cõtinent medium, quod eſt cauſa concluſionis, non totius concluſionis. i. ſubiecti, & prædicati, vt falsò imaginantur nonnulli, ſed prædicati tantùm, vt bene Au. vt dicemus in tex. 11. & vt Ar. determinat in hoc tex. qñ dicit, ſic erunt propria principia eius, quod demonſtratur modo id, quod demonſtratur non eſt ſubiectum, 1. poſt. 73. & 2. ſed eſt prædicatum de ſubiecto, 2. poſt. 1. ergo medium debet eſſe cauſa prædicati maioris, non ſubiecti minoris extremi, quibus ergo notatis, exponatur hæc pars textus; hoc modo ſi ſcire eſt vti poſuimus, & definiuimus in 7. tex. (neceſſe eſt, ſcientiam demonſtratiuam). i. demonſtrationem ſimpliciter, quæ facit ſcire demonſtratiuum (eſſe). i. componi, ex principiis veris, propriis, non communibus, primis primitate cauſæ, & ſubiecti, & immediatis. i. in demonſtrabilibus, & prioribus, & notioribus, concluſione ipſa, ſecundum nos, & ſecundum naturam; & ꝙ iſta principia ſint cauſa. i. habeant medium, quod eſt cauſa formalis ipſius prædicati, quod concluditur de ſubiecto in concluſione. ¶ Dices, quare Ar. incipit ab illa conditione, dicens principia debent eſſe vera, & non ab aliqua aliarum? ¶ Dicas, qm̃ 1. phy. 4. & 57. 3. phy. 2. & 2. de gen. & cor. 51. vniuerſaliora præcedũt, & qm̃ inter alias conditiones numeratas: hæc eſt vniuerſalior, meritò Ar. ſeruans ſuum præceptum potius ab hac, quàm ab alia cõditione, voluit initium facere. ¶ Dices, demonſtratio debet eſſe ex primis, cùm primum dicatur bifariam 5. phy. 6. aliud remotum, aliud proximum, ex quibus primis, fit demonſtratio? ¶ Dicas ex primis proximis, quæ prima proxima, ſunt propria, vt ibidem Auerroes.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Sic enim erunt principia propria eius, quod demonſtratur, ſyllogiſmus enim erit, & ſine his, demonſtratio non erit, non enim faciet ſcire.

Cvm Ar. hypotheticè intulit, ꝙ ſi ſcire eſt cum his conditionibus ſupradictis, ꝙ etiam principia demonſtrationis debent eſſe cum illis conditionibus; nunc probat conſequentiam eſſe veram, & dicit (ſic) i. cum his conditionibus, ſic conditionata debent eſſe principia propria. (eius). i. prædicati, prædicatum enim eſt illud quod demonſtratur 2. poſt. 1. ¶ Dices qr̃ principia debent eſſe cum his conditionibus? ¶ Reſpondet Ar. & dat cauſam, dicens (enim) pro quia ſignum redditiuum cauſæ, ſine his conditionibus, nõ erit demonſtratio, qm̃ tunc eſt demonſtratio, qñ conſtat ex principiis habentibus iſtas conditiones. ... s, quomodo cognoſcitur, ꝙ ſine his conditionibus non erit demonſtratio? ¶ Reſpondet Ar. & dicit, (non enim faciet ſcire). i. quia non faciet ſcientiam, quæ eſt finis operatio, & fructus ipſius demõſtrationis, vnde fiat hæc ratio. Illa ſunt principia propria demonſtrationis, ex quibus eſt demonſtratio, & ſine quibus non eſt demonſtratio, ſed eſt ſyllogiſmus, ſed ex principiis ſic cõditionatis eſt demonſtratio, & ex principiis non ſic conditionatis, non eſt demõſtratio, ergo principia demonſtrationis debent eſſe ſic conditionata, aliter non facerent ſcire, quod aſſerit Au. 1. poſt. in paraphraſi, dum inquit, ꝙ non poteſt fieri ſyllogiſmus demonſtratiuus ſine complicatione iſtarum conditionum. ¶ Dices, ſi propria principia demonſtrationis, debent eſſe cum omnibus his conditionibus, modo principia demonſtrationis, quia non habent omnes iſtas conditiones, ergo demonſtratio quia non erit demõſtratio, qm̃ non faciet ſcire, quod eſt contra Au. 1. poſt. 95. & 1. phy. 2. vbi ponit demonſtrationẽ quia in vero genere demonſtrationis. ¶ Reſpondet Au. in com. & dicit, ꝙ ſine his conditionibus, ſi erit ſyllogiſmus, erit ſyllogiſmus dialecticus, aũt perſuaſiuus, aut apparens, & non excluditur demonſtratio quia, qm̃ licet demonſtratio quia non habeat omnes iſtas conditiones, non propter hoc non dicitur, nec erit demonſtratio, in genere ſuo licet non ſit demonſtratio ſimpliciter, & qñ dicit, ꝙ non facit ſcire, exponit Au. ꝙ non facit ſcire ſimpliciter, & in ſummo analogicæ, vnde ſequitur, ꝙ demõſtratio quia non eſt demonſtratio ſimpliciter, ſed eſt demonſtratio in genere ſuo, & qualis eſt ipſa, talem facit ſcientiam, vnde bene grammaticus, in 1. phy. 2. dicebat ꝙ demonſtratio quia, non eſt demonſtratio per primas regulas: ſed eſt demõſtratio per ſecundas regulas. ¶ Dices principia demonſtrationis ad hoc, vt faciãt ſcire, debent habere iſtas conditiones, & ſi aliqua iſtarum defecerit facerent neſcire? ¶ Reſpondet Au. in 4. quæſito poſt. & dicit ſic, qui verò ſciret rem per pr͏̃emiſſas, quibus deficit, aliqua iſtarum conditionum, ſciret illam aliter, quàm eſt, & per conſequens, ſciret falſum: immò non ſolùm requiruntur iſtæ conditiones numeratæ, ad hoc, vt demonſtratio ſuum producat effectum, ſed aliæ, vt teſtis eſt Au. in epit. log. cap. de demonſt. quæ numero ſunt decem, & prima eſt ꝙ præmiſſæ ſint veræ: ſecunda, ꝙ ſint vniuerſales, tertia, ꝙ ſint neceſſariæ, quarta, ꝙ prædicatio ſit per ſe: quinta, ꝙ ſint cauſa inuentionis concluſionis: non ſolùm noſtræ cognitionis: ſexta, ꝙ prædicatio in eis ſit ſecundùm curſum naturalem: ſeptima, ꝙ ſint priores, ſecundum eſſe ipſa concluſione, & ſint priores, ſecundùm cognitionem: octaua, ꝙ prædicatum in eis ſit prædicatum, prima prædicatione: nona, ꝙ ſint propriæ: decima, ꝙ præ-

Quæſit. Reſponſ.

Reſponſ.

Dub.

Reſponſ.

Dub.

Reſponſ.

Digitized by Google

Dub. prædicatio in eis ſit prima ſine medio. ¶ Dices ſi omnes iſtæ conditiones ſunt neceſſariæ, ad demonſtrationem, quæ numero ſunt decem

Sol. quare Ar. numerauit ſex tantum? ¶ Dicas, ꝙ Ar. numerauit ſex in quibus, confuſo modo numerauit omnes, Au. verò numerauit decem diſtincto modo, ſed Ar. omnes tractauit, vt patet in hoc 1. poſt.

Tex. 10. *Vera quidem igitur oportet eſſe, quoniam non ens non eſt ſcire, vt quoniam diameter, ſit commenſurabilis.*

Postqvam Ar. in prohemio, ex conditionibus ipſius ſcire, quod eſt finis intulit conditiones principiorum, quæ ſunt inſtrumenta, ad ipſum ſcire, tamquam ad finem, nunc in hoc tex. qui in ordine eſt decimus: tamen eſt primus ipſius tractatus diſtinctè incipit tractare, de talibus conditionibus, quæ confuſo modo fuerunt propoſitæ, aſſignando ſingularum conditionum cauſas. ¶ Diuiditur iſte

Diuiſio text. tex. in duas partes, in 1. declarat principia vera, & aſſignat cauſam: quare debent eſſe vera. in 2. ibi (ex primis) aſſignat cauſam quare principia debent eſſe prima, & indemonſtrabilia. quantum ad primum q.d. Ar. principia ex quibus fit demonſtratio ſimpliciter (quidem) denotans certitudinem pro certè (oportet) dixit oportet denotans per hoc verbum, neceſſitatem iſtarum conditionum, qm̃ inhærentia ipſarum eſt neceſſaria ipſis præmiſſis, ſiue quibus præmiſſæ ipſæ non faciunt ſcientiam: ad differentiam ſyllogiſmi topici: qui procedit ex principiis veris, tamen non neceſſariis, & ad differentiam ſyllogiſmi falſigraphi: qui non ex veris, ſed ex falſis principiis procedit 1. poſt. 17. clarius 1. top. cap. 1. dixit (vera) in numero plurali, qm̃ omnis ſyllogiſmus fit ad minus ex duabus propoſitionibus, vt 1. poſt. 26. & 1. prior. cap. de 1. figura, in libro de motu anim. cap. 4. ſed demonſtratio 1. prior. cap. 5. & 1. poſt. 8. eſt ſyllogiſmus, ideo conſtat ex pluribus propoſitionibus, ad minus ex duabus, non pluribus, nec paucioribus, & nota ꝙ hæc conditio. ſ. conſtare ex pluribus propoſitionibus non per ſe competit demonſtrationi, ſed per accidens, qm̃ quod competit ſpeciei, propter genus 1. poſt. 38. competit per accidens, cùm enim, vt dictum, ſyllogiſmus ſit genus 1. poſt. 8. & demonſtratio ſit ſpecies, meritò competit hæc conditio .ſ. conſtare ex pluribus, & ad minus ex duabus propoſitionibus, demonſtrationi per accidens, &

Dub. Sol. ratione ſyllogiſmi. ¶ Dices, quæ ſunt principia vera? ¶ Reſpondet Au. in epit. log. cap. de demon. & dicit, ꝙ id eſt verum, quod ſicut eſt in mente, ſic reperitur extra mentem, vnde principia demonſtrationis ſimpliciter, debent eſſe vera .i. ſicut ſunt in mente, ſic debent reperiri, & verificari, in rebus exiſtentibus extra mentem, vt exponit Au. 1. poſt. 134. & nota ꝙ non ſine artificio Ar. incipit, ab hac conditione, qm̃ vt ipſe inquit 2. de gen. & cor. 51. & 3. phy. 2. 1. phy. 4. & 57. ab vniuerſalioribus eſt inchoandum, & 1. prior. cap. 5. & qm̃ hæc conditio inter alias conditiones, eſt vniuerſalior omnibus aliis, meritò Ar. incipit primò ab hac potius, quàm ab aliqua aliarum (quoniam non ens non eſt ſcire) nunc aſſignat cauſam, quare principia debent eſſe vera, pro intelligentia eſt notandum, ꝙ id eſt verum, quod eſt, vnde ens, & verum conuertuntur, & id eſt falſum: quod non eſt, vnde non ens, & falſum conuertuntur 1. periher. cap. de oratione, & 5. met. cap. de falſo quo ſtante, dicit Ar. ꝙ principia demonſtrationis debent eſſe vera .i. entia .i. debent verificari rebus, quæ exiſtunt, & ſunt ad hoc, vt faciant ſcientiam veram (quoniam non ens, non eſt ſcire) .i. qm̃ ſi ſunt non entia, & non verificantur entibus exiſtentibus, tunc eſſent falſa, & non facerent ſcire, quod quidem ratione probatur, qm̃ illa conditio eſt neceſſaria principiis demonſtrationis, cum qua faciunt ſcire, & ſine qua non faciunt ſcire, ſed qñ ſunt vera, faciunt ſcire, & qñ ſunt falſa, non faciunt ſcire, ergo principia demonſtrationis, neceſſariò debent eſſe vera, & confirmatur: qm̃ id quod demonſtratur, eſt verum, ergo principia demonſtrationis, per quæ illud demonſtratur, debent eſſe vera, ſi vera eſt regula Ar. cum dicit ſimile fluit à ſibi ſimili 7. met. 28. & 2. phy. 13. 26. 12. met. 18. homo generat hominem. ¶ Dices, quid intelli- Dub.

git Ar. per ly (non ens) nota ꝙ non ens dicitur Sol.

tribus modis, vno modo non ens in actu, alio modo non ens, quod eſt in materia, vt priuatio formarum, alio modo non ens ſimpliciter, & eſt illud quod non habet eſſe, nec imaginationem, quod nil aliud eſt niſi falſum, vt teſtis eſt Au. & Ar. 12. met. 11. & 5. met. cap. de falſo, quo ſic ſtante, qñ dicit Ar. non ens, non eſt ſcire, de quo non ente intelligit, reſolutè dicas, ꝙ intelligit de non ente ſimpliciter, quod idem eſt, quod falſum, & ꝙ hoc ſit verum, ſubdit Ar. & dicit (vt ꝙ diameter ſit commenſurabilis) vbi dat exemplum de falſo, & pro intelligentia eſt ſciendum, ꝙ diameter eſt menſura duorum angulorum, quæ non eſt æqualis coſtæ, ſed inæqualis cum coſta, vnde ſi diceres diameter eſt æqualis cum coſta, tunc diceres, ꝙ imparia ſunt æqualia paribus, vt 2. prior, cap. 21. vnde idẽ eſt dicere, diameter eſt commenſurabilis, ꝙ eſt dicere, id quod non eſt .i. falſum, vt 5. met. cap. de falſo inquit Ar. ¶ Di- Dub.

ces falſum eſt duplex, 5. met. cap. de falſo: aliud enim eſt falſum ſemper, quod dicitur falſum impoſſibile, 1. cæli 119. & 9. met. 8. aliud eſt falſum non ſemper, ſed aliquando, quod dicitur falſum poſſibile quo ſtante, qñ dicit Ar. diame-

Digitized by Google

diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ, eſt falſum, & non ens intelligas, ꝙ eſt falſum ſemper, & impoſſibile non autem falſum aliquando: & poſſibile, vt ibidem notat Ariſt. quibus ſtantibus, conſtruatur textus hoc modo, principia demonſtrationis ſimpliciter, oportet eſſe vera .i. entia correſpondentia entibus exiſtentibus; extra mentem: qm̃ ſi eſſent non entia .i. falſa aliqua ſpetie falſitatis, non facerent ſcire, ſed debent eſſe ſimpliciter vera, & ab omni falſitate remota. ¶ Dices nobiliora præcedunt ignobiliora: vt mos eſt Ar. primò incipere à ſubſtãtia, quàm ab aliquo aliorum prædicamentorum, tanquam à nobiliori, vt 2. de anima 2. patet, & qm̃ primeitas eſt nobiliſſima, & excellentiſſima, & fortiſſima, vt ait Au. 4. quæſt. poſt. ergo Ar. debebat incipere à primeitate, dicẽs prima, quidem igitur oportet eſſe, & non à veritate, dicens vera quidem igitur. ¶ Dicas, ꝙ Ar. non ſemper à nobilioribus, ſed aliquando à notioribus initium facit, & qm̃ hæc conditio. ſ. principia ſunt vera, eſt notior; qm̃ eſt vniuerſalior, ideo Ar. à veritate, & non à primeitate incipit, ſed ſcias ꝙ verum eſt duplex, quoddam eſt verum poſſibile, quoddam eſt verum impoſſibile, verum poſſibile eſt illud, quod poſſibile eſt eſſe falſum, vt eſt hæc propoſitio: Sortes ſedet, Sorte ſedente eſt vera, tamẽ eſt poſſibile, vt ſit falſa, vt ſi Sortes non ſedet, diceres Sortes ſedet, ſed verum impoſſibile eſt illud, quod impoſſibile eſt eſſe falſum, vt omne rationale eſt riſibile, quo ſtante eſt notandum, ꝙ principia demonſtrationis debent eſſe vera, quæ impoſſibile eſt eſſe falſa ex quo defenduntur duæ pulcherrimæ concluſiones, & prima eſt, ꝙ demonſtratio non conſtat ex veris poſſibilibus, ſecunda eſt, ꝙ demonſtratio conſtat ex veris impoſſibilibus, quod notat Au. in epit. log. cap. de demon. cùm dicit, ꝙ verum eſt duplex, aliud neceſſarium, aliud non neceſſarium: verum neceſſarium eſt illud, quod impoſſibile eſt eſſe aliter nullo vnquam tempore, verum non neceſſarium eſt illud, quod eſt verum aliquo tempore, verum neceſſarium impoſſibile eſt, ꝙ fiat falſum, ſed verum non neceſſarium. poſſibile eſt, ꝙ fiat falſum, veritas neceſſaria reperitur in rebus perpetuæ inuentionis, ſicut ꝙ totum ſit maius ſua parte, veritas, quæ non eſt neceſſaria inuenitur in rebus trãſlatitiis: ſicut verum eſt, ꝙ Socrates ſit in domo, aut ꝙ ipſe ſtet, & hæ præmiſſæ veræ neceſſariæ ſunt partes demonſtrationis ex quo ſunt veræ neceſſariæ, non mutabiles, nec corruptibiles, qm̃ veritas neceſſaria certè prouenit eſſentialiter ex præmiſſis neceſſariis. ¶ Dices ſi principia demonſtrationis non eſſent vera, ſed falſa quid ſequeretur? ¶ Dicas ꝙ non ſequeretur ex ipſis niſi falſitas, & non veritas, qm̃ ex falſis non ſequitur, niſi falſum, ſicut ex veris ſequitur, verùm 1. poſt. 50. ¶ Contra 1. poſt. 49. 50. 184. 8. top. cap. de reſpondente, & in epit. log. cap. de demon. Au. ait ꝙ ex falſis ſequitur verum, quod confirmat Ar. 2. prior. cap. 2. 3. & 4. & 1. poſt. 93. ergo aut principia ſint vera, aut ſint falſa ex ipſis ſemper ſequitur verùm. ¶ Dicitur ſed eſt ſciendum, ꝙ ſicut eſt in natura, ſic in arte, ſi vera eſt regula 2. phy. 22. 79. & 4. met. 8. in natura, enim à tali non niſi tale, & à ſimili non niſi ſimile 7. met. 28. vt homo generat hominem 2. phy, 26. & 13. & 1. de par. an. cap. 1. 3. phy. 17. & 12. met. 18. ſi verò in natura aliter contingit non niſi per accidẽs, vt qñ equus generat mulum: ſic in arte dicimus, nam ex principiis veris ſemper ſequitur concluſio vera, & ex falſis falſa, ſi verò ex falſis ſequitur verum, vel ex veris ſequitur falſum, non niſi per accidens, ſicuti ex bono ſemper ſequitur bonum, & ex malo malum, ſi verò ex bono ſequitur malum, & ex malo bonum, hoc eſt per accidẽs vti bona arbor per ſe bonos fructus producit, mala arbor malos fructus, ſi verò bona arbor malos fructus, & mala arbor bonos producit, hoc per accidens eſt. ¶ Vel dicas cum Ar. 1. poſt. 184. ꝙ hoc ſemel fit .i. quando ex falſis ſequitur verum, hoc eſt ſemel .i. per accidens. ¶ Vel dicas, cum Au. 1. poſt. 45. hoc non fit biuio .i. ex parte formæ, & materiæ, ſed vniuio .i. ex parte formæ tantùm. ¶ Vel dicas cum Au. hic ꝙ hoc eſt pro maiori parte, & vt plurimùm .ſ. ꝙ ex veris ſequitur verum, & ex falſis ſequitur falſum, ſed rarò, & in minori parte ex veris ſequitur falſum, & ex falſis verum. ¶ Vel dicas cum Ar, 2. prior. cap. 2. vbi ait ꝙ principia falſa, inferunt concluſionem veram (quoniam eſt) non autem (propter quid eſt.) ¶ Sed nota ꝙ hoc valet in ſyllogiſmo. ſ. ꝙ ex principiis veris ſequitur falſum; vel è contra non autem in demonſtratione; qm̃ in demonſtratione ex veris, ſemper ſequitur verum. ¶ Dices ſed demõſtratio eſt ſyllogiſmus 1. prior. cap. 5. ergo in demonſtratione ex veris, ſequitur falſum. ¶ Dicas ꝙ demonſtratio, non vt demonſtratio eſt, poteſt inferre falſum, qm̃ 1. poſt. 46. proprium demonſtrationis eſt, conſtare ex veris, & inferre verum, modo quod eſt proprium alicui eſt inſeparabile ab illo: ſi infert falſum ex veris, non niſi reſpectu ſyllogiſmi ſui generis, & ſic per accidens, qm̃ quod competit ſpeciei ratione generis competit per accidens, vt 1. poſt. 38. 69. 5. phy. 1. & 4. phy. 45. ¶ Contra nam dicit Au. in epit. log. cap. de defin. ꝙ demonſtratio, vt demonſtratio falſificat, ergo non ratione ſyllogiſmi. ¶ Dicas, ꝙ illud verbum falſificat, non intelligitur pro vt demonſtratio inferat falſum, ſed falſificat (.i. negat) qm̃ datur duplex demonſtratio, alia affirmatiua, alia verò negatiua 1. poſt. 160. ¶ Dices, ſcientia demonſtratiua, nõ conſiderat ea, quæ ſunt per accidens 6. met. 6. & 5. phy, 6. necnon

Dices. Sol. Dub. Sol. Replica. Sol. Alia ſol. Alia ſol. Alia ſol. Alia ſol. Dub. Sol. Replica. Sol. Dub.

Digitized by Google

Au. 1. poſt. 45. cum ergo Ar. ſit artifex demõſtratiuus quomodo in locis allegatis docet, ꝙ ex veris falſum, & ex falſis verum, per accidens ſyllogizari poteſt. ¶ Dicas ꝙ artifex demonſtratiuus non ſolùm conſiderat ea quæ ſunt per ſe, ſed etiam quæ ſunt per accidens, diuerſo tamen modo, ea enim, quæ ſunt per ſe conſiderat de intento, ea verò quæ ſunt per accidens conſiderat, vt ne cognitio eorum impediat cognitionem eorum, quæ ſunt per ſe. ¶ Vel dicas, ꝙ regula eſt Au. in epit. log. cap. de rethorica demon. ꝙ declaratio vnius contrarij, per reliquum cõtrarium fit facilior: vt clarè patet in 3. de anima. 21. ſed ea, quæ ſunt per ſe, & ea quæ ſunt per accidẽs ſunt contraria, vt patet in 4. quæſi. poſt. vt ergo cognitio eorum quę ſunt per ſe facilior appareat, meritò artifex demõſtratiuus cõſiderat ẽt de his quæ ſunt per accidens. ¶ Vel dicas, ꝙ ſicuti medicus cõſiderat de medicina benigna, & de veneno, tamẽ differẽti modo de medicina benigna ad vſum, de veneno ad fugam: ſic artifex demõſtratiuus conſiderat de iis, quæ ſunt per ſe ad vſum, de his verò quæ ſunt per accidens ad fugam. ¶ Vel dicas ꝙ Ar. conſiderat de his, quæ ſunt per ſe, & de his quæ ſunt per accidẽs, qm̃ ſunt contraria, vt 4. quæſito poſt. dicit Au. qm̃ oppoſitorum eadem eſt ſcientia. 1. prior. cap. 1. 11. met. ſumma ſecunda cap. 1. ¶ Vel dicas, ꝙ artifex conſiderat ea, quæ ſunt per accidens non demonſtrando illa, ſed ſeparando illa ab illis, quæ ſunt per ſe. ¶ Vel dicas, ꝙ artifex demonſtratiuus conſiderat ea, quæ ſunt per accidens exẽplariter. ¶ Quærunt Doctores ſumentes tamen occaſionem ex verbis Ar. an de non ante poſſit haberi ſciẽtia, dicit enim Ar. in tex. ꝙ de non ente non habetur ſcientia, in illis verbis, qñ dicit (qm̃ non ens, non eſt ſcire) & pro viribus oppoſitum probare, enituntur .ſ. de non ente ſcientiã haberi poſſe, & inter alia quæ afferunt, hoc eſt; ꝙ de roſa & de nonnullis aliis, quæ in tempore hyemis non ſunt: & tamen de roſa à medicis habetur ſcientia, ꝙ eſt temperata, & conueniẽs calori febris, & ꝙ eſt pulcherrima florum. ¶ Dicunt nonnulli ꝙ ſi roſa nõ eſt in hac regione, tamen eſt in alia regione, vbi ver eſt ſub æquinoctiali. & ſic non eſt verum, ꝙ roſa aliquando non eſt, ſed ſemper eſt, & ſic de ea habetur ſcientia. ¶ Hæc quidem ſolutio potius eſt fuga (pace eorum) non enim in rerum natura reperitur, ꝙ roſa eſt in vna regione, in alia verò non in tempore hyemali, vt patet ex hominum relatione, & eorũ memoria. ¶ Eoque magis, qm̃ dicunt Themiſtius, & Au. 2. de anima 24. ꝙ ſunt quædam entia, quæ non ſemper ſunt, ſed ſtatutis temporibus, quæ modo cõparent, & modo abolentur, vt etiam Au. ait 1. de gen. & cor. 51. inter quæ roſa numerari videtur. ¶ Alij verò dicunt, ꝙ eſſe triplex aliud eſt eſſe actuale extra animam, vt eſt roſa in vere, aliud eſt eſſe potẽtiale in ſuis cauſis, veluti eſt roſa in hyeme, quæ licet non habeat eſſe actuale, tamen habet eſſe in ſuis cauſis: vt puta in radicibus, aliud eſſe eſt in intellectu: vt ens fictitium, quo ſtante dicunt, ꝙ de nõ ente non eſt ſcientia, intelligitur hoc modo: ſ. de illo non ente, non habetur ſcientia, quod eſt nõn ens in actu, & quod eſt non ens in ſuis cauſis, modo licet roſa non habeat eſſe in actu, tamen habet eſſe in ſuis cauſis, & ſic de roſa habetur ſcientia. ¶ Hæc quidem ſolutio ſtare non poteſt, qm̃ non videtur ſapere doctrinam Ar. qm̃ dicit Ar. 1. poſt. 2. & 76. ꝙ ſubiectum de quo habetur ſcientia 2. poſt. 32. debet præcognoſci, ꝙ ſit in actu, & nõ ꝙ ſit in ſuis cauſis, cùm ergo roſa non ſit in actu, ſed in ſuis cauſis, ſequitur ꝙ de roſa non poteſt haberi ſcientia. ¶ Ideo aliorum ambagibus relictis nos altius & veram mentem Ar. tangentes dicamus, verùm pro veritatis intelligentia eſt notandum, ꝙ res in rerum natura tribus modis reperiuntur, quædam enim ſunt res, quæ ſunt ſemper, quædam verò quæ aliquando ſunt aliquando non ſunt, quædã quæ numquam apparent, vt 2. de gen. & cor. teſtatur Auer. com. 51. Amplius eſt notandum, ꝙ non ens eſt duplex, aliud eſt non ens, quod non eſt in præſenti, nec fuit, nec erit, vt chimera, vel mons aureus, aliud verò eſt non ens, quod, & ſi in præſenti non ſit: tamen fuit, & erit, vt eſt roſa, quo ſtante dicimus, ꝙ de non ente habetur ſcientia, tamen de illo non ente, quod licet non ſit in actu, tamen fuit, & erit, & hoc non ens eſt roſa, in tempore hyemali, ſed de illo non ente, non habetur ſcientia, quod nõ eſt in præſenti, nec fuit, nec erit, vti eſt chymera, & ſi habetur ſcientia, nõ niſi priuatiuè, & negatiuè, non autẽ verè, & poſitiuè. ¶ Dices quid ſibi vult illud, non ens, quod non eſt, nec fuit, nec erit? ¶ Dicas, vt diximus, ꝙ non eſt niſi falſum, vnde qñ dicit Ar. ꝙ de non ente, non habetur ſcientia, intelligitur ſic .i. de falſo non habetur ſcientia, & ſi habetur, non habetur ſcientia quid rei, vera, affirmatiua, & demonſtratiua, ſed quid nominis, negatiua, priuatiua, & quodam modo dicta, veluti abundè diximus in expoſitione tex. ¶ Dices contra, nam dicit Ar. in 1. poſt. 2. de ſubiecto de quo habetur ſciẽtia præcognoſcitur, ſi eſt in actu, modò roſa licet fuit, & erit, tamẽ non eſt in actu, in tempore hyemali, ergo ſolutio eſt falſa, & de roſa non habetꝰ ſcientia. ¶ Dicas verùm nota, ex Au. 3. de anima 20. ꝙ indiuiduũ eſt triplex, vnũ eſt indiuiduũ corporale cũ materia, aliud eſt ſine materia, ſed nõ ſine potẽtia, aliud eſt incogitatiua, ſine materia, & potẽtia, quo præhabito dr̃ ꝙ licet roſa

[Margin notes, left column: Sol. — Alia ſol. — Alia ſol. — Alia ſol. — Alia ſol. — Alia ſol. — Quæſtio. — Sol. aliorum. — Confutatio. — Confirmatio.]

[Margin notes, right column: Alia ſol. — Confutatio. — Sol. vera. — Dub. — Sol. — Replica. — Sol.]

Digitized by Google

in tẽpore hyemis, non præcognoſcatur, ſi eſt actu, tamen præcognoſcitur conformitas, exiſtens incogitatiua ſumpta ab eſſe actuali, correſpondens actui, & ſic de roſa habetur ſcientia, & ſimiliter de aliis.

Ex primis autem in demonſtrabilibus: quoniam non ſciet non habens demonſtrationem ipſorum, ſcire enim quorum dmonſtratio eſt, non ſecundum accidens, habere demonſtrationem eſt.

Cvm Ar. aſſignauit cauſam, quare principia demonſtrationis, ſimpliciter debet eſſe vera: in hac 2. parte textus aſſignat cauſam, quare debent eſſe prima, & in demonſtrabilia, & dicit, ſic (ex primis autem in demonſtrabilibus, qm̃ non ſciet, nõ habens demonſtrationẽ ipſorum) q.d. non ſolùm oportet principia demonſtrationis ſimpliciter eſſe vera, propter cauſam dictam, ſed etiam oportet eſſe prima indemonſtrabilia, aſſignans cauſam, dicit quia non ſciet non habens demonſtrationem ipſorum) .i. qm̃ ſi aliquis vult ſcire per demonſtrationem ſimpliciter, & non habet demonſtrationẽ, ex principiis primis, & indemonſtrabilibus (non) .i. numquam ſciet, ergo neceſſarium eſt, ſi aliquis vult ſcire, vt faciat demonſtrationem ex principiis, non ſolùm veris, ſed primis & indemõſtrabilibus. ¶ Dices quid intelligit per principia prima, & indemõſtrabilia? ¶ Dicas ꝙ intelligit principia habẽtia prædicata prima indemõſtrabilia. ¶ Quæres cùm prædicatum primũ dicatur duobus modis, vno modo primũ primitate cauſæ 1. poſt. 36. & in quæſ. poſt. 3. & 4. & in epiſtola de primitate prædicatorum. Alio modo primũ primitate ſubiecti, ſi principia debent habere prædicata prima. qua primitate cauſæ vel ſubiecti? ¶ Dicitur ꝙ principia debent eſſe prima, primitate cauſæ, quod declarat Ar. in tex. 9. & 11. qñ dicit præmiſſas oportet eſſe cauſam, & ſi dices, ꝙ principia debent gaudere vtraque primitate cauſæ, videlicet & ſubiecti, non errabis: qm̃ prædicata prima primitate ſubiecti deſeruiunt demonſtrationi: pro quæſito, & vt quæſita concluduntur per demonſtrationem. ¶ Dices quid eſt prædicatum primum primitate ſubiecti, & primum primitate cauſæ? ¶ Reſpondet Au. in locis allegatis, & dicit: ꝙ eſt illud, quod non habet prius ſubiectum, cui inſit: vt ſunt omnia accidentia eſſentialia. Primum verò primitate cauſæ eſt illud, quod non habet priorem cauſam; per quam ineſt ſubiecto: ſicut ſunt differentiæ ſpecificæ, & definitiones, veluti ſe declarat Ar. 1. poſt. 13. & 1. top. cap. 1. Nota ꝙ dixit principia debent eſſe prima, hoc eſt propria, & non ſine arte: dixit prima, & non dixit propria, ad denotandum ꝙ principia non dependent ab aliis, & ſunt immediata, & ſunt elementa, vt 1. poſt. 56. ex quibus dependent alia, & ipſa non ex aliis, vt 1. phy. 42. & 5. met. cap. de elemento. ¶ Dices quid intelligit per ly (indemonſtrabilibus?) ¶ Dicas ꝙ quia principia demonſtrationis ſimpliciter ſunt adeo nota, & dilucida, & per ſe manifeſta, quæ nullo indigent medio. per quod poſſunt demonſtrari, ſunt certa, de ſe faciunt fidem de ſe, & non accipiunt fidem ab aliis, vt aſſerit Ar. 1. top. cap. 1. Ideo dixit, ꝙ demonſtratio debet eſſe ex indemonſtrabilibus, qm̃ ſi eſſent demonſtrabilia, non facerent ſciẽtiam ſimpliciter, & ſequeretur proceſſus in infinitum, 2. poſt. 14. Ar. ¶ Sed dices contra. nam dicit in tex. non ſciet non habens demonſtrationem ipſorum ſ. principiorum, ergo ſequitur ꝙ principia demonſtrantur. ¶ Dicas, ꝙ ille genitiuus debet lehi in ablatiuo, q. d. Ar. non ſciens non habens demonſtrationem (ipſorum) .i. ex ipſis principiis indemonſtrabilibus. vt hic etiam, & in tex. 21. ſe exponit, & 1. top. cap. 1. vnde ſequitur, ꝙ principia demõſtrationis ſimpliciter, omni modo ſunt indemonſtrabilia, & nullo medio poſſunt demonſtrari: nec à priori .i. nec per cauſam: nec à poſteriori .i. nec per effectum, vt ſe exponit Ar. 1. top. cap. 1. cùm inquit ſunt autem vera & prima, quæ non per alia, ſed per ſe ipſa fidem habent, non enim oportet in ſcientificis principiis inquirere propter quid, ſed vnumquodque principiorum ipſum per ſe ipſum fidem eſſe ad differentiam principiorum demonſtrationis, quia, & propter quid, quæ ſunt demonſtrabilia. ¶ Vel ſi ille tex. debet legi, in genitiuo, ſicut reperitur, poſſumus dicere ſic, ille, qui vult ſcire per demonſtrationem ſimpliciter, non ſciet, ſi non habet demonſtrationem (ipſorum) .i. quæſitorum, quorum eſt demonſtratio, ſi non facit, & componit demonſtrationem ex principiis primis, & indemonſtrabilibus. ¶ Dices Ar. non videtur ſibi conſtare, qm̃ in tex. 9. dixit ꝙ demonſtratio debet eſſe ex primis immediatis, modo volens aſſignare cauſam, quare debent eſſe prima immediata, non nominat immediata, ſed dicit indemonſtrabilibus.) ¶ Dicitur ꝙ cùm arte hoc fecit Ar. exponendo ſe, q.d. quod per immediatũ, intelligit indemõſtrabilia; & ſit ſenſus talis demõſtratio debet eſſe ex primis immediatis .i. indemonſtrabilibus. veluti ſe exponit in tex. 67. qñ dicit & ſi ex veris, & indemonſtrabilibus, & non dicit immediatis, nec primis, & quid doctius quàm exponere Ar. per Ariſt.

Scire enim quorum demonſtratio eſt non ſecundum accidens, habere demonſtrationem, eſt.

Cvm Ar. aſſignauit cauſam, quare principia

Marginalia (left): Dub. / Sol. / Quæſitũ. / Reſponſ. / Sol.
Marginalia (right): Quæſitũ. / Reſponſ. / Dub. / Sol. / Alia expoſitio. / Dub. / Sol.

Digitized by Google

pia demonſtrationis, ſimpliciter debent eſſe prima. dicens, qm ſi aliquis habebit demonſtrationẽ, non ex primis non ſciet nũc declarat, quod ſcire eſſet illud, quod haberet aliquis ſi demonſtratio non eſſet ex primis, & dicit, (ſcire enim) .i. ex principiis primis, & immediatis (quorum) .i. ex quibus eſt demonſtratio ſimpliciter, non eſt habere demonſtrationem. ſecundum accidens) .i. non eſt ſcire ſophiſtico modo, & per accidens, ſed eſt ſcire propriè, per ſe & in ſummo, definitũ in tex. 7. & non eſt ſcire ſm̃ aliquam ſpeciem accidentis, vt ait Au. in com. quod ſcire ſm̃ aliquam ſpetiẽ accidentis, eſt ſcire per principia mediata, non prima nec indemonſtrabilia. ¶ Vel dicas, q. (ſcire) .i. alia quæſita, quæ ſunt accidentia eſſentialia (quorum eſt demonſtratio) .i. quæ ſciuntur per demonſtrationem, non eſt habere demonſtrationem, ſecundum accidens .i. non eſt demonſtratio in plus æquiuocè, & per accidens. ſed eſt, q. d. demonſtratio vera, & analogicè dicta, faciens ſcire analogum, & per veram cauſam. ¶ Dices ſi principia demonſtrationis ſunt prima, & indemonſtrabilia; cum demonſtratio ſimpliciter 1. poſt. 7. ſecunda demonſtratio propter quid 1. poſt. 95. Tertia appellatur demonſtratio quia 1. poſt. 99. cuius demonſtrationis principia debent eſſe prima, & indemonſtrabilia? ¶ Pro reſponſione eſt Notandum, q; hoc nomen demonſtratio dicitur analogicè, de demõſtratione ſimpliciter, propter quid & quia, tamen principaliter, tamquã de cauſa dicitur de demonſtratione ſimpliciter: quoniam ipſa eſt finis aliarum demonſtrationum, ad quam omnes aliæ reducuntur, atque ordinantur. Secundò Nota q; nomen analogum abſolutè prolatũ, intelligitur de perfectiori & nobiliori, quoniam & met. 7. & 7. met. 2. & 4. res ſicut ſe habet ad eſſe; ita ad nomen, quod enim eſt prius in eſſe, eſt prius in nomine. Vnde dicit Au. quod de principiis illius demonſtrationis loquitur Ar. in tex. de qua principaliter dicitur hoc nomen ſ. demonſtratio, quæ demonſtratio ſimpliciter eſt: vt patet in com. 7 & ideo demonſtratio ſimpliciter eſt perfectior, & nobilior omni alia demonſtrationis ſpetie. & de qua primò abſoluitur hoc nomẽ ſ. demonſtratio, quoniam ipſa non indiget aliis; ſed aliæ indigent ipſa, & ad ipſam tamquam ad cauſam finalem, omnes aliæ reducuntur. & hac de cauſa ipſa nõ indiget aliis, quoniam ſuæ præmiſſæ ſunt notæ nobis. & natura, vt dicit Au. in com. 12. & non indigent medio, per quod poſſint demonſtrari. Vnde oritur hæc ratio quidquid eſt cauſa eſſendi, aliquam rem ſub aliqua diſpoſitione, id verius eſt ſm̃ illam diſpoſitionem 1. poſt. 15. & & 2. met. 4. ſed demõſtrationes primæ & ſimpliciter ſunt cauſa eſſendi hanc conditionem ſecundis demonſtrationibus, ergo demonſtrationes ſimpliciter verius demonſtrationes nominantur, quod confirmatur per Au. 7. metaph. 3. vbi ait, ſic cum plura communicant in eodem nomine, & quoddam eſt dignius illo nomine, eſt cauſa cæterorum, ſed demõſtratio ſimpliciter propter quid & quia communicant in eodem nomine, omnes vocantur demonſtrationes, & ſimpliciter, eſt dignior aliis 1. poſt. 7. ergo demõſtratio ſimpliciter eſt cauſa aliarum, & non niſi cauſa finalis. ¶ Sed dices Au. in com. ait, q; demonſtrationes quarum præmiſſæ ſunt, ſcitæ per aliud medium æquiuocæ, dictæ ſunt cum illis quarum præmiſſæ ſunt immediatæ, ex quo videtur, q; demõſtratio quia, & propter quid quæ habent præmiſſas mediatas 1. poſt. 96. non ſunt vniuocè demonſtrationes, ſed æquiuocè. ¶ Amplius dicit Au. q; non ſunt demonſtrationes per ſe, ſed per aliud, ergo per accidens; qm̃ id quod non eſt per ſe, eſt per accidẽs 1. poſt. 32. & quod per aliud tale, per accidẽs eſt tale. 5. phy. 1. Amplius dicit Au. q; ſunt ſecondariò demõſtrationes, ergo non primò. ¶ Dicitur ad 1. q; non ſunt æquiuocę purè, ſed æquiuocæ analogè. ¶ Ad 2. dicitur q; ſunt demonſtrationes per aliud, tamẽ non per aliud accidentale, ſed per aliud eſſentiale, quod per aliud eſſentiale, facit analogum non æquiuocum. ¶ Ad 3. dicitur, q; demonſtratio propter quid, & quia, dicuntur demonſtrationes ſecundariò reſpectu demonſtrationis ſimpliciter, quæ eſt principalis demonſtratio, & domina omnium, aliæ verò ſunt veluti pediſſequæ reſpectu ipſius, tamen ſunt veræ demonſtrationes, in genere ſuo, remanet ergo q; demonſtratio ſimpliciter eſt nobiliſſima, excellentiſſima, & perfectiſſima omnium ſpetierum demonſtrationis, ad quam aliæ reducuntur, & per quam nominantur demonſtrationes, & per ipſam nobilitantur. ¶ Sed dices 1. phy. 41. 42. 43. 48. & 50. principia ſunt contraria, ſed demonſtratio fit ex principiis, vt patet, hic ergo demonſtratio fit ex contrariis, ergo demonſtratio facit ſcientiam, & ignorantiam, probatur: qm̃ vnum principium contrarium facit ſcientiam, aliud principium contrarium facit ignorantiam, ergo demõſtratio ſimul facit ſcientiam, & ignorantiam, veritatem, & falſitatem, qm̃ à contrariis non proueniunt niſi contraria, vt ab igne calor, & ab aqua frigus. 2. de gen. 45. ¶ Dicitur, q; principia ſunt duobus modis, quædam generationis, & quædam demonſtrationis, tunc dicitur q; illa principia ſunt contraria, quæ ſunt principia generationis, vt patet in locis allegatis, non autem principia demonſtrationis. ¶ Contra

Alia expoſitio.

Quæſitũ.

Sol.

Dub.

Alia dub.

Alia dub.

Sol. ad 1.

Sol. ad 2.

Sol. ad 3.

Dub.

Sol.

Replica. nam dicit Au. in 4. quæſito poſt. ꝙ demonſtratio fit ex contrariis. ergo ſolutio eſt Dub. falſa. ¶ Dicitur ꝙ Au. per contraria principia intelligit, principia diuerſa .i. principia facta ex diuerſis prædicatis: qm̃ principia demonſtrationis ſunt, ex prædicatis per ſe, quæ prædicata per ſe, dicit Au. ſunt contraria .i. diuerſa ab illis, quæ ſunt prædicata per accidens.

Text. 11. *Cauſas quoque oportet eſſe, & notiora, & priora.*

Postqvam Ar. in tex. 9. propoſuit illas conditiones neceſſariò competentes, ipſis præmiſſis demonſtrationis ſimpliciter, quæ numero ſunt 6. & in tex. 10. aſſignauit cauſam primæ conditionis. quare præmiſſæ debent eſſe veræ, & ſecundæ conditionis. quare debent eſſe primæ, & indemonſtrabiles; nunc aſſignat cauſam: quare principia debent eſſe cauſa, & quare debent eſſe Quæſitū. priora, & notiora. ¶ Dices quare vult aſſi- Reſponſ. gnare cauſam iſtarum coditionum? ¶ Dicas vt ſcientificè loquatur: qm̃ qui rerum cauſas aſſignat, ſcientificus dicitur 1. me- Diuiſio tex. taphyſic. cap. 1. in prologo. ¶ Diuiditur iſte tex. in 2. partes. in 1. reaſſumit, quod dixit in tex. 9. .ſ. ꝙ principia oportet eſſe cauſam, & priora, & notiora; in 2. ibi (cauſam quidē quoniam) aſſignat cauſam: quare principia debent eſſe cauſa, & priora, & notiora. quò igitur ad primum, q.d. Ar. non ſolùm principia demonſtrationis ſimpliciter, (oportet) eſt verbum dicens neceſſitatem. i. neceſſarium eſt eſſe vera prima indemonſtrabilia; ſicut dictum eſt, ſed (quoque) .i. etiam (oportet eſſe cauſam) .i. oportet principia continere medium, quod eſt Quæſitū. cauſa. ¶ Dices quare oportet medium eſſe Reſponſ. cauſam? ¶ Reſpondet per definitionem ipſius ſcire, tamquam per cauſam finalem, & dicit (quidem) denotans certitudinem pro certo, (quoniam) ſignum redditiuum cauſæ, (tunc) denotans differentiam temporis, (ſcimus) adde tu verè rem ignotam, (cum) denotat differentiam temporis .i. quando. (cauſam) denotat medium, per quod ſci- Quæſitū. mus .i. per cauſam cognoſcimus. ¶ Dices Reſponſ. quare ſcire eſt per cauſam? ¶ Dicas, ꝙ aſſignare cauſam huius principij, non pertinet ad proprium artificem, ad logicum ſed ad metaphyſicum, 3. cæli 4. & 4. metaph. 1. ipſe enim dat cauſam omnium principiorum, omnium artium, & ſcientiarum, vt 1. poſt. 70. Ar. & eſt tale, res enim 2. metaphyſic. 4. ſicut ſe habet ad eſſe; ſic ſe habet ad ſciri, ſed res eſt per cauſam: ergo per cauſam debet ſciri vnde eſſe rei per cauſam eſt cauſa, vt ſcire ſit per cauſam & Nota ꝙ dixit, ꝙ tunc ſcimus cùm per cauſam cognoſcimus; denotando ꝙ medium in demonſtratione ſimpliciter per quod ſcimus debet eſſe cauſa & non definitio contra Latinos, vt etiam in tex. 7. declarauit, qm̃ ſi ſcire eſſet per definitionem, tunc dixiſſet, qm̃ tunc ſcimus cum per definitionem cognoſcimus, de qua re vide noſtrum quæſitum de medio demonſtrationis vbi multa diximus: & Nota ꝙ textus debet legi ſic (cauſam quoque) in ſingulari, & non (cauſas) in plurali veluti ſe exponit paulo inferius, quando dicit, qm̃ tunc ſcimus cùm cauſam cognoſcimus. ¶ Sed dices cùm Dub. cauſa dicatur quatuor modis 2. phy. 27. Alia eſt cauſa materialis 1. phy. 82. & 5. met. cap. de elemento 2. phy. 10. & 28. Alia verò efficiens 2. phyſic. 29. 5. metaph. cap. de principio 1. de gen. & cor. 14. & 1. de gen. an. cap. 1. Alia finalis 2. phy. 30. & 1. de par. an. cap. 1. 2. de anima 34. & 37. Alia formalis 2. poſt. 48. 7. met. 60. 3. met. 3. ſi principia debet continere medium, quod eſt cauſa, quæ cauſa debet eſſe medium. ¶ Dicas cum Au. 1. poſt. 11. Sol. & 2. poſt. 95. & 58. & in epit. log. in epiſtola de primitate prædicatorum, quod eſt cauſa formalis, quæ dicitur alio nomine ab Auer. cauſa eſſendi & cognoſcendi. ¶ Sed dices, con- Replica. tra nam dicit Au. 1. poſt. 34. 35. & 2. poſt. 67. ꝙ cauſa efficiens, & cauſa finalis; eſt medium in demonſtratione ſimpliciter, veluti clarius dicit Au. in 8. quæſito poſt. ergo non cauſa formalis. ¶ Dicas cum Au. 1. poſt. 35. ꝙ cau- Sol. ſa efficiens, & finalis, in tantum eſt medium in demonſtratione ſimpliciter; in quantum eſt ſimul cum re .i. inquantum tenet locum formæ. non autem vt efficiens; eſt & vt finis eſt. ¶ Dices, contra nam illa cauſa eſt me- Replica. dium, qua poſita ſequitur effectus: ſed poſita cauſa efficiente, non ſequitur effectus. 1. poſt. 34. ergo efficiens non poteſt eſſe medium in demonſtratione ſimpliciter. ¶ Dicitur, ꝙ Sol. cauſa efficiēs, eſt duplex: alia neceſſaria, alia contingens: tunc dicas, ꝙ poſita cauſa efficiente contingente, non ſequitur effectus, ſed poſita cauſa efficiente neceſſaria, ſine dubio ſequitur effectus; & hæc eſt medium in demonſtratione ſimpliciter; tamen vt tenet locum formæ. ¶ Dices inter alia, quæ dicit Au. Dub. in com. vnum eſt, ꝙ demonſtratio ſimpliciter potentia continet definitionem: hoc videtur falſum: qm̃ demonſtratio eſt æterna, qm̃ eſt de rebus æternis 1. poſt. 63. & 6. ethic. cap. 4. ſed æterna non habent potentiam, 9. metaph. 17. & 2. cæli 32. & 34. & 12. met. 30. & 1. cæli 20. ergo ſequitur, ꝙ demonſtratio non continet definitionem in potentia. ¶ Dicitur, Sol. ꝙ æterna non habent potentiam, ad corruptionem, ſed habent potentiam, ad aliquod accidens, cùm ergo demonſtratio, ſit æterna, non habet potentiam ad corruptionem: ſed habet

Digitized by Google

habet potentiam ad aliquod accidens. i. ad mutationem terminorum, quæ mutatio terminorum eſt forma definitionis. Replica. ¶ Dices contra nam qñ aliquod mutat formam tunc corrumpitur, vt dicit Au, 1. phy. 63. qñ dicit nos videmus idem corpus mutari de carneitate in terreſtreitatem, & de terreſtreitate in vegetabilitatem, ſed demonſtratio habet potentiam ad formam ergo ad corruptionem. Sol. ¶ Dicas ꝙ habet potentiam ad formam artiſicialem, non ad formam naturalem, & ſic ſequitur, ꝙ non habet potentiam ad corruptionem.

Et priora ſi quidem cauſæ, & præcognita; non ſolum altero modo, in intelligendo: ſed & in cognoſcendo quod ſunt.

POSTQVAM Ar. notificauit, quare principia demonſtrationis ſimpliciter, debet eſſe cauſa. in hac parte vult notificare cauſam, quare debent eſſe priora, & notiora ipſa concluſione; ſed pro intelligentia. Nota, ꝙ cauſa vt cauſa ſemper, naturaliter eſt prior ſuo effectu. 5. met. cap. de principio 1. poſt. 70. 2. poſt. 92. 1. poſt. 11. & 12. necnon 12. met. 16. & 1. phy. 2. veluti pater, vt cauſa, eſt prior filio effectu; & qm̃ dictum eſt, ꝙ principia ſunt cauſa; meritò oportet, ꝙ ſunt priora ſuo effectu. i. ipſa concluſione. & ideo dicit: (Et priora) q. d. non ſolùm oportet principia eſſe vera, prima indemonſtrabilia, & cauſa. ſed debent eſſe priora. ¶ Dicas quare debent eſſe priora? ¶ Reſpondet & dicit (ſi quidem) .i. qm̃ (ſunt cauſa). ¶ Dices quid ſibi vult (principia ſunt cauſa). ¶ Dicas .i. principia continent medium; quod eſt cauſa. (Et præcognita) q. d. & non ſolùm debent eſſe priora, ſed (&) .i. etiam debent eſſe (præcognita, non ſolùm altero modo, in intelligendo, ſed in cognoſcendo, ꝙ ſunt) pro intelligentia eſt Notandum, ꝙ præcognitio eſt duplex. Alia quid nominis, alia quia eſt 1. poſt. 2. ſed præcognitio quia eſt duplex. Alia compoſita. Alia ſimplex; quæ ſimplex potius dicitur, ſi eſt. quo ſtante dicit Ar. ꝙ principia debent eſſe præcognita, non ſolùm (altero modo) .i. vno modo (in intelligendo) .i. quid ſuum nomen ſignificat, ſed etiam q. d. debent eſſe præcognita, præcognitione quia compoſita, .i. quia ſunt vera. Dub. ¶ Sed dices ſi principia debent eſſe præcognita, vtraque præcognitione, & quid nominis, & quia eſt, quare in tex. 3. dixit ꝙ debent eſſe præcognita, quia ſunt vera tantùm? Sol. ¶ Dicas cum Ar. 1. poſt. 2. 73. 75. & 76. vbi dicit; ꝙ quando principia ſunt nota, quo ad nomen, non oportet ipſa præcognoſcere: qm̃ circa nota, & facilia ars non verſatur 2. ethic. cap. 3. ſed qñ ſunt ignota. quoad quid nominis, tunc oportet ipſa præcognoſcere, quoad quid nominis. & ſic in tex. 2. dixit, ꝙ oportet eſſe præcognita vna tantùm præcognitione, & in hoc textu vtraque præcognitione. ¶ Dices ſi Ar. in tex. 10. probauit principia debere eſſe prima; ergo hic non debebat probare principia, debere eſſe priora. qm̃ primum, & prius idem ſunt. Dub. ¶ Dicitur ꝙ primum & prius inter ſe valde differunt. qm̃ primum 1. poſt. 36. eſt id, quod habet tres conditiones .ſ. de omni, & per ſe, & inquantum ipſum. quod proprium, & conuertibile eſt, ſed prius dicitur, quo ad eſſe, quo ad naturam, veluti ſunt cauſæ. vt genus eſt prius natura, ſua ſpetie, & vnum duobus, & cauſa agens. vt fabricator eſt prior domo, & materia, vt lapides natura ſunt priores, domo ædificanda, tunc dicitur, ꝙ ſupra probauit, præmiſſas eſſe primas, hic verò probat, eſſe priores. qm̃ diuerſum eſt, primum à priori. Sol. ¶ Sed dices contra, ſi principia ſunt priora, tunc demonſtratio fieret, ex nõ conuertibilibus. qm̃ in cap. de priori, dicit Ar. id eſt prius, à quo nõ conuertitur cõſequentia. Dub. ¶ Dicas, ꝙ prius dicitur bifariam, vno modo, communiter, non conuertibile, vt genus, Alio modo proprie, vt eſt cauſa propria. vt rationale, tũc dicitur, ꝙ principia ſunt priora, prioritate propriè dicta. non autem communiter dicta: vt teſtis eſt Ar. in cap. de priori. Sol. ¶ Dices quare Ar. non dedit cauſam, quare principia debent eſſe notiora; ſicut dedit cauſam omnium aliarũ conditionum? Dub. ¶ Dicitur, qm̃ dereliquit tãquam notum. Sol. ¶ Amplius dices, ſi principia ſunt cauſa, & cauſa vt cauſa eſt prior ſuo effectu, ad quid addidit illam particulam (& priora?) nam dicendo principia, ſunt cauſa dixit eſſe priora. Dub. ¶ Dicitur, ꝙ cauſa eſt duplex: Alia proxima, alia remota; tunc dicitur ꝙ principia ſunt cauſa proxima, quæ cauſa proxima, quia eſt ſimul cum effectu: vt eſt forma, multi putant; ꝙ non eſt prior effectu; tamen conſiderata, vt eſt cauſa, ſic dicitur, eſſe prior: & ideo addit, illam particulam ſcilicet, & (priora.) Sol. ¶ Amplius dices, ſi principia demonſtrationis ſimpliciter debent eſſe cauſa .i. debent continere mediũ, quod eſt cauſa iſta cauſa, quæ cauſa debet eſſe? Dub. ¶ Reſpondet Au. in com. & dicit, ꝙ eſt cauſa eſſendi non ſolùm cognoſcendi: hinc nota contra Latinos, ꝙ medium non debet moueri ſub titulo definitionis, ſed ſub titulo cauſæ. Sol. ¶ Dices, ſi medium eſt cauſa, oportet ꝙ ſit alicuius cauſa; cauſa enim eſt relatiuum ad cauſatum, cauſa cauſati cauſa, & cùm in demonſtratione tria reperiantur, 1. poſt. 57. 56. & 134. Primum eſt medium. 2. eſt maius extremum .i. prædicatum. 3. eſt minus extremum .i. ſubiectum, ſi medium eſt cauſa, cuius eſt cauſa, non ſui ipſius, ergo alterius, ſi alterius maioris extremi, vel minoris? Dub.

Reſponſ. Alpharabij. ris? Reſpondet Alpharabius, & dicit, ꝙ medium eſt cauſa per ſe eſſendi minoris, ſi verò eſt cauſa maioris, ſecundario, & per accidẽs; vt refert Au. in 2. & 3. quæſitis poſt. ¶ Reſponſ. Auicẽnæ. Reſpondet Auicenna, ex alia parte; & dicit .ſ. medium in demonſtratione, ſimpliciter eſt cauſa in eſſendi, maius minori tantum. & eſt cauſatum, à maiori vel ab vtriſque. Sol. vera. ¶Sed qm̃ quæ dicunt iſti viri, de facto; ſunt contra ſententiam Au. & Ar. ideo operepretium duximus ea radicitus euellere, ſine prolixitate declarãdo veram Ar. mentem. Ideo reſpondet Au. & dicit, ꝙ medium in demonſtratione, ſimpliciter eſt cauſa maioris extremi .i. eſt cauſa eſſendi ipſum maius extremum, ſm̃ ſe .i. primo, & per ſe; non tantum cauſa in eſſendi maius minori: contra Auicennam, nec eſt ſolùm cauſa minoris, contra Alpharabiũ, ſi verò medium, eſt cauſa minoris, eſt quid. accidens illi .i. eſt quædem conditio, non neceſſariò requiſita, ſed ob melius, per accidẽs; & ad bene eſſe: ad demõſtrationem cuius võti, eſt Ar. contra Auicennam, & Alpharabiũ, Confirmatio per Ar. in 1. poſt. 7. vbi aſſerit. ſic. Scire autem arbitramur vnumquodque .ſ. quæſitum, prædicatum, maius extremum, cum cauſam .ſ. cum per cauſam illius .ſ. maioris extremi, exiſtimamus cognoſcere. Alia confirmatio. ¶ Quod confirmat in tex. 9. vbi inquit (ſic erunt propria principia eius) .ſ. prædicati maioris extremi, quod demonſtratur. q. d. Ar. quod principia illius, quod demonſtratur; erunt ſic .ſ. vera prima immediata: priora notiora, & cauſa. Alia confirmatio. ¶ Quod etiam, determinat clariſſime 2. poſt. 95. & 96. & 97. dicens; ꝙ mediũ eſt ratio maioris, quod etiam ratione comprobatur 2. enim poſt. 93. & in 4. quæſito poſt. nec non 2. met. 4. tunc eſt ſcientia vera, qm̃ eſt eo modo, quo eſt apud naturam. & tunc eſt ſcientia perfecta de re ignota: quando habetur per id, per quod propriè natura operata eſt talem rem. ſed res ignota apud naturam habet eſſe à cauſa propria. ergo debet ſciri, per cauſam propriam. ſed res ignota. 2. poſt. 1. eſt maius extremum; ergo medium in demonſtratione, per quod ſcitur: debet eſſe cauſa rei quæſitæ & maioris extremi, per ſe primò, ſi verò eſt cauſa minoris, non niſi ob melius, & ad bene eſſe, & per accidens, vtile potius, quàm neceſſarium, teſte Ar. 1. de ani. 11. ¶ Dices, quid eſt vtile? ¶ Reſpondet Ar. 1. ethic. cap. 6. & in 8. top. in 12. loco celandi vbi dicit, ꝙ id eſt vtile, quod propter aliquid aliud .i. quod eſt gratia alterius, quod vtile eſt duobus modis; vno modo quod in ſe, & ſm̃ ſui naturam, non eſt appetibile, nec amabile imò abominabile, tamen in ordine ad aliquem finem amatum conſequendum eſt appetibile, vt medicina fetida, & abominabilis dicitur vtilis prout deſeruit infirmo, ad cõſequendam ſanitatem, & truncatio pedis eſt abominabilis, & mala, tamen eſt vtilis, & bona, ne totum corpus inficiatur, & pereat, & proiicere merces in mare eſt malum, tamen eſt bonum, & vtile ne nauigantes pereant, & ſubmergantur. Alio modo eſt vtile, quod in ſe eſt appetibile, & ad finem conſequendum, vt medicina delicata, & odorifera eſt vtilis non ſolum ad conſequendum ſanitatem, ſed etiam ſm̃ ſe. ¶ Quod confirmat Ar. 1. de anima. 11. qn̄ dicit; videtur autem non ſolum ipſum, quid eſt cognoſcere, vtile eſſe. ¶ Amplius illa conditio, eſt neceſſaria, & eſſentialis, per ſe competens demonſtrationi ſimpliciter: qua poſita, ponitur demonſtratio ſimpliciter; & qua remota; remouetur 1. poſt. 44. Sed poſito medio termino, qui eſt cauſa maioris, ponitur demonſtratio ſimpliciter. & remoto remouetur: ergo medium eſſe cauſam, maioris eſt conditio neceſſaria eſſentialis, per ſe competens demonſtrationi ſimpliciter hæc eſt rei veritas, de qua re vide noſtrum quæſitum, de medio demonſtrationis, vbi latius explicauimus.

Priora verò, & notiora dupliciter. Tex. 12. idem 1. poſt. 23. 1. phy. 2. 2. de anima 12. & 1. ethic. cap. 4. & in lib. de plantis cap. 1.

CVM Ar. declarauit cauſam, propter quã oportet principia demonſtrationis ſimpliciter eſſe priora, & notiora, nunc vult notificare, quot modis dicitur prius, & notius: & cauſa huius intentionis eſt. qm̃ prius, & notius eſt, nomẽ multiplex. quod 1. cæli 110. artifex debet diſtinguere. in ſua ſignificata, ne vno, pro alio vtatur, & ſophiſticæ fallatur. Dub. ¶ Sed dices, Ar. non videtur ſeruare ſua præcepta. qm̃ dicit ipſe, 1. cæli 116. ꝙ nomen æquiuocũ, & multiplex, prius eſt diſtinguendum, & deinde determinandum. hic fecit, totum oppoſitum: prius enim determinauit, ꝙ principia debent eſſe priora & notiora, & deinde diuiſit prius, & notius. ¶ Dicitur, ꝙ Sol. nomen æquiuocum purum eſt, prius diſtinguendum, deinde determinandum, ſed nomen æquiuocum analogum, non inconueniẽ, vt prius determinetur: deinde diſtinguatur: qualiter eſt hoc nomen prius, & notius, ſed vt iſte textus facilè intelligatur. ¶ Diuiditur Diuiſio tex. in 2. partes: in 1. declarat: quot modis dicitur prius, & notius, in 2. ibi (non enim idem eſt.) ſimul probat: ꝙ prius, & notius, ſunt nomina multiplicia, & ponit differentiam inter ipſa, quantum igitur ad primum q. d. Ar. dictum eſt, ꝙ principia, oportet eſſe priora, & notiora, nota ꝙ prius, & notius, non dicitur vno modo, ſed pluribus modis. ¶ Et ſi dices Petitio. quot modis? ¶ Reſpondet, & dicit priora, ve Reſponſ. rò, & notiora dicuntur dupliciter .i. duobus modis. ¶ Dices quibus modis? Reſpondet, Petitio. & dicit. Reſponſ.

Non

Non enim idem prius natura, & ad nos prius; neque notius, & nobis notius.

Cvm dixit, ꝙ prius,& notius dicitur duobus modis, nunc id probare intendit verum, nota artificium,quo vtitur, nam ponẽdo differentiam inter prius,& notius,notificat modos prioris, & notioris, ſed pro faciliori intelligentia: diuiditur iſta pars ſecunda in 4. partes, in 1. facit, quod dictum eſt in 2. ibi (dico autem) explicat illa: quæ ſunt priora, & notiora ſm̃ nos, & ſm̃ naturam: in 3. ibi (ſunt autem)proprio nomine nominat, quæ ſunt priora,&notiora ſm̃ nos,& ſm̃ naturam: in 4. ibi (& opponuntur) confirmat, ꝙ non eſt idem prius,& notius, ſm̃ nos, & ſm̃ naturam: quo igitur ad primũ,dicit Ar. hic quod confirmat 1.phy.2.& 1.ethic.cap.4. necnon in 1. de plantis cap. 1. & 2. de anima. 11. quod prius dicitur duobus modis,vno modo ſm̃ nos,alio modo ſm̃ naturam, ſimiliter notius, dicitur duobus modis, vno modo ſm̃ nos, alio modo ſm̃ naturam. ¶ Dices quare prius,& notius dicitur duobus modis diuerſis? ¶ Reſpõdet, & dicit (non enim)enim pro quia, eſt ſignum redditiuum cauſæ (idem) non eſt prius natura, & prius ſm̃ nos, atque idem eſt notius ſm̃ nos, & ſm̃ naturam, nota ꝙ dixit non idem,ſed q. d. diuerſum: qm̃ id, quod eſt notius, & prius ſm̃ naturam, eſt diuerſum ab illo, quod eſt prius, & notius ſm̃ nos. ¶ Dices ſi illud,quod eſt prius,& notius ſm̃ nos,non eſt illud,quod eſt prius,& notius ſm̃ naturã,declara,ò Ar. quid eſt illud,quod eſt prius, & notius ſm̃ nos, & illud quod eſt prius, & notius ſm̃ naturam? ¶ Reſpondet, & dicit.

Quæſitũ. *Reſponſ.* *Quæſitũ.* *Reſponſ.*

Dico autem ad nos, quidem priora,& notiora, quæ ſunt propinquiora ſenſui, ſimpliciter autem priora,& notiora, quæ longius.

Postqvam dixit Ar. ꝙ prius,& notius dicitur duobus modis,vno modo ſm̃ nos,alio modo ſm̃ naturam, nunc explicat, quod eſt illud,quod eſt prius,& notius ſm̃ nos,& ſm̃ naturam; q. d. Ar. ſi tu ignoras, quæ ſunt illa: quæ ſunt priora,& notiora ſm̃ nos, (dico) .i. explico,dicere enim nihil aliud eſt, niſi quid nominis explicare, ꝙ illa ſunt priora, & notiora ſm̃ nos, quæ ſunt propinquiora ſenſui; & illa quæ ſunt priora & notiora ſm̃ naturã, dico ꝙ ſunt illa, quæ longius ſunt .i. quæ ſunt remota à ſenſu. ¶ Dices,cùm ſenſus dicatur, quinque modis,2. de anima in cap. proprio, Ar. primus eſt,ſenſus, viſus, ſecũdus eſt ſenſus auditus,tertius eſt ſenſus odoratus, quartus eſt ſenſus guſtus,quintus eſt ſenſus tactus de quo ſenſu loquitur hic Ar. ¶ Dicas ꝙ loquitur de ſenſu in communi; q. d. ꝙ illa ſunt priora,& notiora,ſm̃ nos, quæ ſunt propinquiora ſenſui,vt ſi fuerit hic color, eſt prior, & notior ſenſui viſus 1.poſt.134. ſi fuerit hic ſonus,ſenſui auditus,ſi fuerit hic odor,ſenſui odoratus, ſi fuerit hic ſapor, ſenſui guſtus; ſi fuerit hoc calidum, vel hoc frigidum, ſenſui tactus. ¶ Iterum dices, quid intelligit per (ſimpliciter) nota ꝙ hæc dictio, in doctrina Ar. habet plura ſignificata, & primò ſumitur prout dicit communitatem,vniuerſalitatem vt 2.phy.61. Alio modo pro communi ad id, quod eſt eſſentialiter,& accidentaliter, vt 1. phy.46. Alio modo, prout diſtinguitur ſecundum quid 1. phy. 62. & 1. de gen. & cor. 18. & 8. phy. 46. Alio modo ſumitur ſimpliciter.i.ruditer,& inconſideratè,vt 3.de gen. anim.cap.6. Alio modo ſimpliciter,vt diſtinguitur contra multipliciter, vt 2. de anima. 61. & Porphyrius in cap. de genere. Alio modo ſumitur propriè. Alio modo,vt diſtinguitur contra per accidens,vt 1.phy.75. & phy. 74. Alio modo ſumitur pro manifeſtè, vt 1. de anima 23. Alio modo pro principaliter, vt 2. de anima 40.41. Alio modo pro neceſſario 2. phy. 157. Alio modo ſumitur ſimpliciter, pro fine diſtinctione 2. de anima. 55. Alio modo pro ſemper 2. phy. 55. 57. Alio modo pro actu, & potentia, 1. poſt. 4. Alio modo prout dicit ex omni parte, in 3. quæſito poſt. Alio modo ſimpliciter.i. naturaliter 1. phy. 2, quibus ſignificatis ſic ſtantibus. ¶ Quæritur.quomodo ſumitur ly (ſimpliciter) in textu? ¶ Dicas,indubitanter cum Au. ꝙ ſumitur pro naturaliter .i. principia demonſtrationis natura ſua ſunt priora, & notiora. ¶ Dices,ò Ar. declara proprio nomine ea quæ ſunt priora, & notiora ſm̃ nos, & ſm̃ naturam? ¶ Reſpondet, & dicit.

Dub. *Sol.* *Nota ſignificata quæ habet illa dictio ſimpliciter.* *Quæſitũ.* *Reſponſ.* *Reſponſ.* *Reſponſ.*

Sunt autem longiſſimè quidem, quæ maximè vniuerſalia, proximæ verò ſingularia.

Postqvam Ariſt. nominauit illa, quæ ſunt priora, & notiora ſm̃ nos, & ſm̃ naturam, nomine communi, & vniuerſali, nunc per exempla nominat illa, nomine proprio, q. d. ſi tu neſcis quomodo vocantur proprio nomine illa,quæ ſunt priora, & notiora, ſm̃ nos; & ſm̃ naturã,dico ꝙ illa, quæ ſunt priora, & notiora ſm̃ naturam ſunt, & vocantur nomine proprio, maximè vniuerſalia, quæ maximè vniuerſalia: ideo ſunt priora, & notiora ſm̃ naturam.quia ſunt longiſſimæ à ſenſu,& ſenſu non percipiuntur: illa verò, quæ ſunt priora & notiora ſm̃ nos, proprio nomine vocantur ſingularia, 2.de anima 60.1. phy. 48.49. quæ ſingularia, ideo ſunt priora & notiora ſm̃ nos: quoniam ſunt proxima,& ſenſui propinqua. ¶ Dices, quid intelligit Ar. per maximè vniuerſalia? ¶ Dicas,ꝙ hic non

Petitio. *Reſponſ.*

Digitized by Google

non ſumitur vniuerſale, pro idæa Platonis vt 7.met.57.& 12.met.4.3.de anima 5.& 18. 7. met.33.30.& 12.met.14.27. 28.& 1. de anima 8. 2. de anima 60. nec ſumitur hic vniuerſale pro toto, vt 5. met. 3. 1. phy. 4. nec pro ſigno vniuerſali, vt 1.perihermenias cap. 5.nec alio modo, niſi pro cauſis (vt dicit Au.) propriis, quæ cauſæ propriæ ſunt vniuerſales, habentes tres conditiones, ſ.de omni, per ſe, & in quantum ipſum, vnde dicas, ꝙ illa, quæ ſunt priora, & notiora ſm̃ naturam; ſunt maximè vniuerſalia. i. vniuerſalia propria, quæ ſunt propriæ cauſæ. ¶ Dices, ò Ar. illa, (Petitio.) quæ ſunt priora, & notiora ſm̃ nos, vt ſunt ſingularia, ſunt eadem, vel diuerſa ab illis, quæ ſunt priora, & notiora, ſm̃ naturam? (Reſponſ.) ¶ Reſpondet, & dicit.

Et opponuntur hæc ad inuicem.

CVM declarauit, & proprio nomine nominauit illa, quæ ſunt priora, & notiora ſm̃ nos, & ſm̃ naturam, nunc confirmat alia ratione, ꝙ non ſunt eadem, ſed diuerſa, quæ ratio eſt talis, q. d. Ar. illa, quæ ad inuicem opponuntur, non ſunt eadem, ſed diuerſa: ſed quæ ſunt priora ſm̃ nos, opponũtur his, quæ ſunt priora ſm̃ naturam, ergo ad inuicem ſunt diuerſa, minor probatur illa, quæ habent diuerſam definitionem inter ſe, non ſunt eadem, vt homo, & bos, ſed vniuerſalia quæ ſunt priora ſm̃ naturam; habent diuerſam definitionem à ſingularibus, quæ ſunt priora ſm̃ nos, 1.perihermenias cap.5. ergo quæ ſunt priora ſm̃ nos, opponuntur, ſeu repugnant his, quæ ſunt priora ſm̃ naturam, verùm nota ꝙ vniuerſalia, & ſingularia non opponuntur oppoſitione contrariè dicta, vt bonum, & malum, nec priuatiuè, vt cæcitas, & viſio, nec contradictoriè, vt eſſe, & non eſſe, ſed opponuntur oppoſitione relatiuè dicta. quæ oppoſita relatiuè dicta idem ſignificant, ꝙ diuerſa. (Dub.) ¶ Dices natura non cognoſcit 12. met. 18. quomodo dicit Ar. ꝙ aliud eſt prius, & notius ſm̃ naturam? (Sol.) ¶ Dicas ꝙ omnis cognitio eſt noſtra, tamen nota: ꝙ qñ dicitur aliquod eſſe notius, ſm̃ nos, intelligitur ſic .i. eſt notum nobis illa via, & illo ordine innato nobis, vt cognoſcamus rem ipſam, quæ via, & qui ordo innatus nobis eſt à ſenſatis, deinde dicitur, aliquam rem eſſe notam naturæ. i. eſt nota nobis cognoſcentibus illam rem, non via, & ordine innato nobis, ſed illa via, & ordine, qua via, & ordine, res ipſa eſt cõſtituta à natura, ſed qm̃ conſtituta eſt per cauſas vniuerſaliſſimas: & vniuerſales, & proprias. qñ enim cognoſcimus illã rem, per omnes iſtas cauſas, tunc cognoſcimus illam cognitione naturæ, & dicitur ꝙ eſt nota naturæ. i. nobis cognoſcentibus ipſam ordine, quo conſtituta eſt à natura, verùm, vt facilius intelligas, dicas hoc modo, qñ cognoſcimus rem, per operationes ſuas, & per accidentia ſua, tunc illa res eſt nota nobis, & cùm cognoſcimus illam rem, per cauſas ſuas, tunc illa res eſt nota naturæ, & per modum naturæ. ¶ Vel dicas, ꝙ ſi natura cognoſceret primum, quod (Alia ſol.) cognoſceret eſſent cauſæ; artifex enim primum quod cognoſcit, cognoſcit cauſas, ædificator primùm cognoſcit lapides 2.phy.22 natura eſt artifex rerum naturalium, vnde ſi cognoſceret primò, cognoſceret cauſas, & ideo dicitur, ꝙ cauſæ ſunt notiores ſm̃ naturam. ¶ Vel dicas, ꝙ qñ dicitur notum naturæ, non debet legi in caſu datiuo, ſed in caſu (Alia ſol.) ablatiuo. ſ. (ñatura) vnde dicitur, notum natura, qm̃ per ſe .i. per propriam ſuam naturam percipiuntur, non alterius euxilio indiget, ꝙ ſi nos illud non poſſumus apprehendere, tribuendum eſt noſtræ imbecillitati, ac defectui; non autem illius ambiguitati, veluti materia prima, quamuis à nobis ſyllogiſmo cognoſcatur ac ſimilitudine 1. phy. 69. tamen ſimpliciter & naturaliter eſt nota; qm̃ ſimplex eſt, quod declarat Au. 1. poſt. 183. cùm dicit, ꝙ cauſa maioris partis illorum, quę ſunt apud nos naturaliter ignota ſit, quia impoſſibile eſt, ꝙ ea ſentiamus, quia nõ ſunt ſenſata, aut quia ſunt de genere ſenſatorum, ſed nõ ſit noſtræ naturæ illa ſentire, aut quia caremus ſua ſenſatione ob ſenſus carentiam, aut quia non occurrit nobis illa videre, & non eſt aliquid ſua natura ignotum, quod quidem confirmat Ar. 2. met. 1. cum inquit, cùm verò difficultas duobus modis ſit fortaſſis cauſa eius non rebus, ſed nobis ipſis ineſt. ¶ Dices ſi prius, & notius, dicitur duobus modis, ſm̃ nos, & ſm̃ naturam, principia (Dub.) demonſtrationis ſunt priora, & notiora, quæritur ſm̃ nos, ſunt priora, & notiora, an ſm̃ naturam? ¶ Reſpondet Au. & dicit ſm̃ nos, (Sol.) & ſm̃ naturam. ¶ Dices contra, nam dictum (Replica.) eſt, ꝙ idem non eſt prius, & notius ſm̃ nos, & ſm̃ naturam, ergo principia demõſtrationis ſimpliciter, non poſſunt eſſe priora, & notiora ſm̃ nos, & ſm̃ naturam. ¶ Dicas ꝙ princi- (Sol.) pia vno modo conſiderata, non poſſunt eſſe priora, & notiora, ſm̃ nos, & ſm̃ naturam, ſed diuerſo modo, in quantum ſunt cauſa. i. continent medium, quod eſt cauſa, ſic ſunt, nota ſm̃ naturam, in quantum verò ſunt ſenſata, .i. correſpondent ſenſui, ſic ſunt nota nobis. ¶ Vel dicas, ꝙ ſententia Ar. quando dicit, ꝙ (Alia ſol.) idem impoſſibile, eſt eſſe, prius, & notius, ſm̃ nos, & ſm̃ naturam, valet in ſcientiis naturalibus, non autem in ſcientiis mathematicis, qm̃ in mathematicis, cauſæ ſunt notæ nobis, & naturæ per ſe, vt 1. phy. 2. ait Au. ¶ Iterũ (Dub.) dubitabis, prius non ſolùm dicitur duobus modis, ſed pluribus modis: vt patet in prædicamentis

Digitized by Google

camentis,& 5.met.cap. de priori, quare Ar. hic nominauit duos modos tantùm. ¶ Dicas **Sol.** ꝙ Ar. nomiuauit illos modos prioris,qui faciunt ad ſuum propoſitum, alios verò tamquam claros ommiſit. **Dub.** ¶ Dices, Ar. ſibi contradicit,qm̃ in 1. phy. 4. ait ꝙ vniuerſale eſt notum nobis:hic verò aſſerit,ꝙ eſt notum naturæ. **Sol.** ¶ Dicas ꝙ non ſibi contradicit, qm̃ in 1. phy. loquitur de vniuerſali communi, hic verò de vniuerſali proprio, habēte tres conditiones,de omni per ſe,& in quantum ipſum qnod eſt propria cauſa, & medium in demonſtratione ſimpliciter, & Nota, quòd vniuerſale commune, vt vniuerſale eſt, non eſt notum sm̃ nos, ſed in quantum eſt totum, & ſub ratione totius,vt dicit Ar. 1.phy.4.& nota hæc. **Additio.** Sed contra illud quod non eſt tale,nō poteſt conſiderari vt tale,vt ſi coruus non eſt albus,non poteſt conſiderari vt albus, aliter eſſet conſideratio falſa, ſed vniuerſale nō eſt totum, quia totum eſt extra animam, & eſt compoſitum ex materia,& forma 1. phy. 64. 65. vt Sortes modo vniuerſale eſt in anima 2. de anima 60. 2.poſt. 106. ergo vniuerſale nō poteſt conſiderari vt totum. ¶Dicitur,ꝙ totum eſt duplex aliud verè totum extra animam exiſtens vt Plato. Aliud metaphoricè totum tunc dicitur, quod vniuerſale non eſt verè totum,ſed metaphoricè totũ,& qñ conſideratur vt totum, non primo, ſed ſecundo modo, & ſic eſt vera conſideratio. **Petitio.** ¶ Dices, quare Ar.dicit(propinquiora)comparatiuè, & non dicit propinqua poſitiuè loquendo? ſi enim dantur aliqua, quæ ſunt propinquiora ſenſui, ergo dantur quædam, quæ ſunt propinqna ſenſui: omne enim comparatiuum præſupponit poſitiuum vellem ſcire, quæ nã ſunt illa, quæ ſunt propinqua ſenſui, & quæ ſunt magis propinqua? **Sol.** ¶ Dicas,ſed nota, ꝙ ſicut ſe habet ſimpliciter,ad ſimpiiciter;ſic ſe habet magis ad magis, & maximè, ad maximè, ſicut enim datur totum, quod eſt ſenſui notum, datur magis totum, quod eſt ſenſui magis notũ, ſic etiam datur maximè totum, quod eſt ſenſui maximè notum,à ſimili datur totum; quod eſt ſenſui propinquum, magis totum,magis ſenſui propinquum. v. g. pars ſimilaris,vt eſt ſanguis,dicitur totum,eſt ſenſui nota,& propinqua pars verò diſſimilaris, vt manus dicitur magis totum, ergo eſt ſenſui magis nota, & propinqua, corpus verò, quod conſtat ex his, dicitur maximè totum, ergo eſt maximè ſenſui notum, ac propinquum,quod nihil aliud eſt, niſi indiuiduum, vt Sortes ad denotandum ergo Ar. ꝙ loquitur de magis,& maximè toto,quod eſt ipſum ſingulare dixit(propinquiora)comparatiuè, & non poſitiuè. **Sol.** ¶ Dices ergo quæ ſunt propinquiora ſenſui,ſunt ſingularia ſubſtantiæ, **Dub.** vt dicit Au. 1. phy. 3. & in hoc com. ¶ Hoc videtur falſum, qm̃ indiuiduum ſubſtantiæ, non eſt notum ſenſui 2. de anima 60. **Sol.** ¶ Dicitur,ꝙ indiuiduum ſubſtantiæ, vt ſubſtantia eſt,non ſe ſubmittit ſenſui,ſed vt dicit Au. 1. phy.3. in quantum eſt ſubiectum accidentis, ſic eſt ſenſui notum, ac propinquum. **Additio.** ¶ Sed contra inſtat quidam ex noſtris ſtudentibus, nomine Pompeius Iannellus,probans ꝙ ſubſtantia per ſe eſt nota ſenſui, & non vt ſubiicitur accidenti, nam inquit Ar. 2. de anima 52. ꝙ elementa ſunt ſenſibilia per ſe,ſed elementa ſnnt ſubſtantiæ, 2. de gen. & cor. 49. per ſe ſunt notæ ſenſui. ¶ Dicitur ꝙ aliquod eſſe ſenſibile per ſe intelligitur duobus modis; vno modo quia per ſe agit in ſenſum, & hoc modo elementa non ſunt ſenſibilia per ſe. Alio modo quia per ſe eſt ſubiectum alicuius,quod per ſe agit in ſenſum, & hoc modo elementa, & ſubſtantiæ dicuntur ſenſibilia per ſe,& ſic intelligitur Ar. in 2.de anima 52. Et qm̃ dictum fuit, ꝙ vniuerſale eſt notum sm̃ naturam, & sm̃ intellectum ſingulare? verò eſt notum ſenſui,& sm̃ nos,ideo Pirrus Antonius groſſus diſcipulus noſter, dubitandi ſumpſit occaſionem, probans ꝙ ſenſus non ſentit ſingulare,ſed vniuerſale, & intellectus non cognoſcit vniuerſale,ſed ſingulare,motus auctoritate Ar. 13. met. vltimo, vbi inquit ꝙ ſenſus viſus videt honc colorē, ſed hic color eſt color,& color eſt vniuerſalis ergo viſus videt vniuerſale, ergo non ſentit ſingulare, per conſequens ſingulare non eſt notum:nec ſenſui propinquum. ¶ Reſpondet ibidem Ar. dicens ꝙ ſenſus cognoſcit vniuerſale per accidens, non per ſe: ſed idem groſſus ſubtiliter replicat ſumens ab Ar. 2. poſt. 106. vbi inquit ſic (ſenſus verò ipſius vniuerſalis eſt vt hominis, ſed nō Calliæ hominis) ¶ Huic difficili auctoritate ſic reſpondetur exponendo verba Ar. hoc pacto, videlicet ſenſus non ſolùm eſt Calliæ hominis.i. ipſius ſingularis,ſed hominis.i.ipſius vniuerſalis. ¶ Iterum replicat dicens, ergo ſenſus erit ipſius ſingularis, & ipſius vniuerſalis: quod eſt falſum. ¶Dicitur ꝙ ſenſus per ſe,eſt ipſius ſingularis, & per accidens eſt ipſius vniuerſalis, firma ſtante ſemper diſtinctione Ar. 13.met. vltimo. ¶ Sed alter ex noſtris ſtudentibus, nomine Dominicus Albarella, dubitando dicit id quod eſt notum intellectui non eſt notum ſenſui 1.phy.2.in hoc tex. & 2. de anima 12. ſed ſingulare eſt notum apud intellectum, ergo non eſt notum apud ſenſum,minor probatur. Qui enim nouit potiora multo magis nouit deteriora. ſi itaque intellectus nouit immaterialia conſiderabit, & immaterialibus deteriora, quod eſt materialia,quæ materialia ſingularia ſunt. ¶ Amplius ſi intellectus qui eſt rationalis cognitio immaterialia ſolùm nouit,materialia autem

non cognoſcit aliqua ex parte erit mens amens & intellectus aliqua ex parte, non intelligens ſed abſurdum eſt intellectum in aliquibus eſſe non intelligentem, ergo non ſolùm nouit immaterialia, quæ ſunt vniuerſalia, ſed materialia, quæ ſunt ſingularia. ¶ Præter hæc alter ſtudens noſter, nomine Michael Vulturalis idem probat dicens ſic, illa facultas, quæ ſcit rerum differentias multo magis & res ipſas differentes cognoſcit, ſed intellectus cognoſcit differentiam immaterialium à materialibus, ergo intellectus cognoſcit materialia, quæ ſunt ſingularia ergo intellectus cognoſcit ſingularia. ¶ Amplius ſi intellectus non cognoſceret ſingularia quomodo ſenſum corrigeret: ſenſus enim remum in aqua confractum videt, intellectus autem corrigit oſtendens ꝙ remus non eſt fractus.

Dub. ¶ Ioannes Baptiſta Conte prædictorum condiſcipulus, quæ dicta ſunt confirmans ſic dicit, nullus imponit nomen rei, quam ignorat 4. met. 10. 7. met. 54. ſed intellectus imponit nomina ſingularibus, ergo intellectus cognoſcit ſingularia.

Alia dub. ¶ Amplius inductio eſt opus intellectus, intellectus enim eſt, qui facit inductionem, exemplum enthimema, ſyllogiſmum, demonſtrationem, definitionem, & diffinitionem, & diuiſionem, non enim hæc ſunt opera naturæ, ſed inductio procedit à ſingularibus ad vniuerſale 2. prior. cap. de inductione, ergo intellectus non ſolùm cognoſcit ſingulare, ſed primò & poſtea vniuerſale.

Alia dub. ¶ Amplius intellectus format hanc propoſitionem Plato eſt homo, Ar. eſt animal: ergo oportet extrema præcognoſcere ſ. ſubiectũ, & prædicatum. Sed ſubiectum eſt ſingulare, vt ly, Plato, & ly Ar. ergo intellectus cognoſcit ſingulare, & per conſequens ſingulare eſt notum, & propinquum intellectui, non autẽ ſenſui.

Sol. ¶ Ad omnes inſtantias ab his noſtris ſtudentibus aductas reſpondet Ioannes grammaticus in 3. lib. de anima ſuper tex. 9. & dicit: ꝙ cùm intellectus ſm̃ ſe operatur, tunc vniuerſalia ſolùm cognoſcit, qñ verò operatur cum ſenſu vtens ſenſu pro inſtrumento, tunc cognoſcit ſingularia.

Alia ſol. ¶ Vel dicas ꝙ vniuerſale primò & directè cognoſcitur ab intellectu, ſingulare verò reflexè, & mediante ſenſu 3. de anima 9. Au.

Alia ſol. ¶ Vel dicas ꝙ intellectus immediatè cognoſcit vniuerſale, & mediatè cognoſcit ſingulare.

Alia ſol. ¶ Vel dicas ꝙ ſingulare, vt Plato vt eſt ſuppoſitum hominis cognoſcitur ab intellectu, & vt habet habitudinem ad ipſum vniuerſale ſub quo cognoſcitur, non autem in quantũ Plato dicit mihi indiuiduum ſignatum loco & tempore; quia vt ſic à ſenſu cognoſcitur, & ideo dicit Au. 3 de anima 9. ꝙ ſingulare per ſe .i. ſolitariè, & vt ſignatum eſt à ſenſu cognoſcitur, ſed qñ conſideratur in ordine, & in habitudine ad vniuerſale ſic cognoſcit ab intellectu. ¶ Vel dicas ꝙ intellectus cognoſcit ſingulare inquantum eſt ſenſui coniunctus, & alligatus, ſed vt intellectus cognoſcit vniuerſale. Alia ſol.

Alia ſol. ¶ Vel dicas, ſed Nota ꝙ operationes, non ſunt ipſius animæ, ſed ipſios hominis mediante anima .i. de anima 64. non enim intellectio eſt ipſius intellectus, ſed hominis vtentis intellectu, nec ſyllogizatio ex duabus vniuerſalibus eſt virtutis intellectus, ſed hominis, qui vtitur ea, nec inductio eſt ipſius intellectus, ſed hominis vtentis ſenſu & intellectu, ſenſu adducẽdo propoſitiones ſingulares, & intellectu concludendo concluſionẽ vniuerſalem, vnde patet ꝙ ſenſus cognoſcit ſingulare, & intellectus cognoſcit vniuerſale, per conſequens homo mediante ſenſu cognoſcit ſingulare, mediante intellectu cognoſcit vniuerſale.

Ex primis autem eſt, quod ex principiis propriis idem dico primum, & principium. Tex. 13.

Cvm Ar. in tex. 9. propoſuit, ꝙ demonſtratio ſimpliciter debet eſſe ex principiis veris, primis immediatis, & aſſignauit cauſam in tex. 10. quarè debent eſſe vera, prima, & indemonſtrabilia, & in tex. 11. quare debent eſſe cauſa, & priora, nunc ne aliquid intactum remaneat, circa conditiones principiorum: vult declarare quid intelligit per ly (ex primis.

Diuiſio tex. ¶ Diuiditur iſte tex. in 3. partes, in 1. declarat quid intelligit (ex primis) in 2. ibi (principium verò) definit principium demonſtrationis in 3. ibi (immediata autem) declarat, quid intelligit per immediatum & quid per propoſitionem, quæ ſunt partes poſitæ, in definitione principij demõſtrationis, & hoc facit ne per ignota procedat, quãtum igitur ad primum aliquis poſſet dicere, ò Ar. quid intelligis per illam particulam poſitam in tex. 9. qñ dicis, ꝙ ſcientia demonſtratiua, debet eſſe ex primis? Petitio.

Reſponſ. ¶ Reſpondet, & dicit, ꝙ nihil aliud eſt dicere ex primis niſi ex propriis.

Dub. ¶ Dices, quomodo valet hoc dicere, ꝙ demonſtratio debet eſſe ex primis .i. ex principiis propriis?

Sol. Reſpondet aſſignando cauſam, & dicit (enim) pro quia ſignum redditiuum cauſæ idem eſt primum: & principium, vnde idem eſt dicere, demõſtratio eſt ex primis, ꝙ eſt dicere ex principiis propriis, vnde nota, ꝙ per primum non debemus intelligere propinquum, ſed proprium, qm̃ demonſtratio fit ex primis propriis conuertibilibus 1. poſt. 66. verùm eſt ſciendum: quod proprium eſt duplex, aliud enim eſt propriũ ſubſtantiale, quod idem eſt, quod principium primum primitate cauſæ, veluti eſt differentia, & definitio, aliud eſt proprium eſſentiale accidentale, quod idem eſt, quod primũ primitate

mitate ſubiecti,qñ dicit Ar. ꝙ principia ſunt
propria,intelligitur propria ſubſtantialia,ad
differentiam quæſitorum : quæ ſunt propria
eſſentialia:vnde ſequitur, ꝙ primum,& pro-
prium ſunt idem ſubiecto, differunt tamen
Petitio. ratione. ¶ Dices,quid ſibi vult principia de-
Reſponſ. bent eſſe peima propria? ¶ Dicas;ꝙ debent
fieri ex prædicatis primis, propriis, & con-
uertibilibus ſubiectis, vt homo eſt rationa-
Petitio. lis. ¶ Dicas, ſi demonſtratio debet fieri, ex
principiis primis, ò At.declara quid nam eſt
Reſponſ. principium primum demonſtrationis? ¶ Re-
ſpondet,& dicit.

Principium autem demonſtrationis, eſt propoſitio immediata.

Cvm declarauit, quid intendit per illam
particulam, (ex primis) & dixit, ꝙ inten-
dit idem, quod ex propriis principiis, nunc
definit proprium principium demonſtratio-
nis, q.d. ſi tu neſcis,quid eſt principium pro-
prium demonſtrationis,dicitur, ꝙ principiũ
demonſtrationis eſt propoſitio immediata.
¶ Sed dices, 2. poſt. vltimo ait Ar. ꝙ princi-
Dub. pij, non eſt principium, aliter daretur pro-
ceſſus in infinitum, modo definiens princi-
pium demonſtrationis,videtur clare aſſerere
ꝙ principij eſt principium : & probatur, qm
1. poſt.64.& 2. poſt. 47. definitio eſt princi-
pium demonſtrationis,modo ſi principij de-
monſtrationis eſt definitio,ergo principij eſt
principium,& ſic ſequitur id quod eſt in infi-
nitum. ¶ Dicitur, ꝙ hæc definitio de prin-
Sol. cipio demonſtrationis,non eſt vera definitio:
qm principiorũ non ſunt definitiones 2.poſt.
14. ſed potius dicitur nominis explicatio.
¶ Dices ſi dictum eſt,ꝙ principiũ demonſtra
Petitio. tionis eſt propoſitio immediata, quid nam
intelligitur per ly immediata. ¶ Reſpondet,
Reſponſ. & dicit.

Immediata verò, qua non eſt alia prior.

Postqvam Ariſt. definiuit principium
demonſtrationis per propoſitionem imme-
diatum; nunc declarat quid eſt immedia-
tum,& q. d. ſi tu neſcis,quæ nam eſt propoſi-
tio immediata, dicitur ꝙ eſt illa, qua non
eſt alia prior. i. propoſitio immediata: eſt
illa, quæ habet prædicatum immediatum,
omnis enim propoſitio ſpecificatur à prædi-
cato iuxta illud 2. de anima 49. vnumquod-
Petitio. que à fine denominatur. ¶ Dices, quid eſt
prædicatum immediatum, quod reddit pro-
Reſponſ. poſitionem immediatam? ¶ Dicas, verum
nota ꝙ prædicatum immediatum eſt duplex
aliud eſt immediatum immediatione cauſæ,
aliud verò eſt immediatum immediatione
ſubiecti 1. poſt. 36. 2. poſt. 94. & in epit. log.
cap. de demonſtratione, illud enim eſt im-
mediatum, immediatione cauſæ, quod eſt
pꝛooria cauſa, & non habet cauſam ſuperio-
rem, vt homo eſt rationalis, immediatũ ve-
rò immediatione ſubiecti, eſt accidens eſ-
ſentiale,quod ideo dicitur immediatum, qm
competit ſuo ſubiecto, non per aliud ſubie-
ctum, tamen dicitur mediatum, mediatione
cauſæ: quia habet cauſam ſuperiorem, per
quam competit ſuo ſubiecto, vt homo eſt ri-
ſibilis,quia eſt rationalis. ¶ Dices, ſi princi- Petitio.
pium demonſtrationis eſt propoſitio imme-
diata,qua immediatione cauſæ, vel ſubiecti?
¶ Dicas, ꝙ eſt immediata immediatione Reſponſ.
cauſæ,ad differentiam quæſiti, quod eſt pro-
poſitio immediata, immediatione ſubiecti.
¶ Sed dubitatur, non enim Ar. videtur ſer- Dub.
uare ſua præcepta, qm 1.poſt. 1. 2. poſt. 101.
6 top. in primo loco definitionis, clarius ta-
men 1. met. 48. & 6. ethic. cap. 4. ait ꝙ de-
finitio debet dari per partes priores, & no-
tiores.i. prius declaratas, quam ponantur in
definitione alicuius,nunc facit totum oppo-
ſitum, prius enim definiuit principium de-
monſtrationis, per ly immediatum, & dein-
de declarauit, quid eſt immediatum, vnde
quod debebat facere prius, fecit poſterius.
¶ Dicitur, ꝙ verum eſt hoc in definitione, Sol.
quid rei,modo hæc eſt definitio, quid nomi-
¶ Vel dicas, ꝙ regula Ar. intelligitur,ſic de- Alia ſol.
finitio datur per partes prius declaratas.vel
poſt aſſignatam definitionem, ſtatim decla-
ra[illegible]as:veluti fecit in cap. de ſubſtantia, vbi
definita ſubſtantia, per propriè, principali-
ter, & maximè, ſtatim declarauit iſtas par-
tes:ſimiliter in libro periher.cap.de nomine,
& 2. phy. 3. & 3. phy. 7. & 3. phy. 1. ſic nunc
definiuit principium demonſtrationis, dein-
de declarauit vnam partem poſitam in illa
definitiobe, vt patet. ¶ Dices, ſi principium Dub.
demonſtrationis eſſet propoſitio immedia-
ta, tunc hæc propoſitio, quæ eſt immediata,
ſ. ſuperficies eſt alba, eſſet principium de-
monſtrationis,qnod eſt falſum,qm non eſt de
omni,nec per ſe,nec conuertibilis; vt patet.
¶ Dicitur,ꝙ valet dicere, principiũ demon- Sol.
ſtrationis eſt propoſitio immediata : tamen
non è cõtra ſ. propoſitio immediata, eſt prin
cipium demonſtrationis. ¶ Dices, ſi Ar. de- Dub.
finiuit principium demonſtrationis, dicens,
ꝙ eſt propoſitio immediata,& declarauit im
mediatum, quare non declarauit propoſitio-
nem? ¶ Dicit ꝙ ipſam reliquit tamquam de- Sol.
claratam in lib. prior. cap. 1. ¶ Dices ergo nõ Replica.
debet ipſam declarare iterũ,nunc ex quo vi-
detur ſuperfluus. ¶ Rñ, Ar.ꝙ Ar. hic decla- Sol.
rat,propoſitionem tamen, non de intento, &
principaliter, quia ſic in libro prior. ſed qm

maxima eſt diſtantia; à libro prior. vſque ad hunc librum poſt. ideo, vt interrogatus ab aliquo diſcipulo, ad memoriam voluit ipſam, iterum declarare, & ſic ad bonitatem, & non
Dub. ad neceſſitatem. ¶ Dices, ò Ar. quid eſt propoſitio? Reſpondet, vt interrogatus, & dicit.

Propoſitio autem, eſt enunciationis altera particula, vnum de vno.

CVM Ar. explicauit, quid intendit per immediatum, quod eſt vna pars poſita in definitione principij, nunc declarat, quid eſt propoſitio in communi; ſed nota, ꝙ enunciatio, & propoſitio ſunt idem re, tamen differunt ratione, tunc enim dicitur enunciatio, qm̄ verum, vel falſum enunciat, propoſitio autem, vt eſt pars ſyllogiſmi, vnde ſequitur, ꝙ enunciatio ſemper eſt vera, vel falſa, qm̄ eſt vtraque pars contradictionis propoſitio: verò cum ſit aliquid præaſſumptum in ſyllogiſmo non poteſt eſſe, vtraque pars contradictionis, ergo erit altera earum; quibus præhabitis ait Ar. ꝙ propoſitio eſt altera particula enunciationis, quæcunque ſit præaſſumpta concluſioni, vt differat ab enunciatione, quæ vtraque ſimul eſt, præmiſſa autem vna earum, ſed qm̄ in ſyllogiſmo poteſt eſſe propoſitio, tã affirmatiua, quàm negatiua, ideo vtrumque declarat, & dicit (vnum de vno). i. altera particula, ſi fuerit affirmatiua, affirmans vnum prædicatum, dixit (vnum) habens vnum ſignificatum de (vno ſubiecto) habente vnum ſignificatum, vt homo eſt animal, ſi fuerit negatiua, negans vnum prædi-
Dub. catum ab vno ſubiecto. ¶ Dices, ſi Ar. definiuit propoſitionem in communi, in libro priorum, ergo ſuperfluus, iterum ipſam de-
Sol. finiens in 1. top. cap. 1. ¶ Dicas, ꝙ qm̄ vna res pluries definitur, tamen non vno, & eodem reſpectu, ſed diuerſo, tunc definiens rem illam de ſuperfluitate nõ eſt arguendus, ſed nota ꝙ hæc definitio, tradita de propoſitione, non eſt vera definitio, qm̄ 7. met. 35. pars debet definiri cum ſuo toto, & qm̄ propoſitio eſt pars ſyllogiſmi, meritò debet definiri cum illo, cum quo habet rationem propriam & finem proprium: quod confirmatur, qm̄ 1. top. cap. 4. definitio eſt prædicatum proprium, quod vni ſoli conuenit; non alteri, ſed iſta definitio 1. periher. 4. competit etiam enunciationi, ergo non eſt propria propoſitioni, vnde dicit Au. in com. ꝙ bona definitio propoſitionis eſt, ꝙ ſit pars poſita, & conceſſa in ſyllogiſmo; vnde dicebat Ar. 1. prior. & 1. top. cap. 1. & in libro de motu an. cap. 4. ſyllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, & conceſſis .i. duabus propoſitionibus poſitis, & conceſſis, neceſſe eſt ſequi aliud, & qm̄ dictum eſt, ꝙ hic definitur propoſitio in communi, tamquam genus, quod genus habet ſpecies, & diuiditur in ſpecies. ¶ Dices, Petitio.
quæ ſunt ſpecies propoſitionis. ¶ Dicas, ꝙ Sol.
propoſitio dialectica, & demonſtratiua.
¶ Dices, quid eſt propoſitio dialectica, & de- Petitio.
monſtratiua? ¶ Reſpondet, & dicit. Sol.

Dialectica quidem, quæ ſimiliter accipit vtramuis, demonſtratiua verò, quæ determinatè alteram quoniam veram.

POSTQVAM Ar. definiuit propoſitionem in communi, quæ eſt genus, nunc declarat propoſitionem dialecticam, & demonſtratiuam ſuas ſpecies. ¶ Dices, Ar. prius defi- Dub.
niuit propoſitionem in communi, deinde declarat propoſitionem dialecticam, & demonſtratiuam, quod non eſt periti artificis, debebat enim prius definire propoſitionem, in communi, veluti genus, deinde ipſam diuidere in dialecticam, & demonſtratiuam, tamquam in ſuas ſpecies, & facta diuiſione, debebat declarare dialecticam, & demonſtratiuam. ¶ Dicitur ꝙ Ar. reliquit diuiſionem, Sol.
tamquam manifeſtã, q. d. propoſitionis ſpecies: alia eſt dialectica, alia verò demonſtratiua; declarans propoſitionem dialecticam, dicit ſic; q. d. ſi neſcis, quæ nam eſt propoſitio dialectica, dicitur, ꝙ eſt illa quæ ſimiliter & indifferenter accipit vtramlibet partem enunciationis, ſ. tam veram, quàm falſam, tam affirmatiuam, quàm negatiuam, vt cras tunica incidetur, vel non incidetur, demonſtratiua verò eſt illa, quæ determinatè accipit vnam partem, ſ. veram, ſi enim affirmatiua eſt vera, accipit affirmatiuam; ſi negatiua eſt vera, accipit negatiuam: affirmatiua eſt, vt homo eſt riſibilis: negatiua, homo non eſt lapis, vnde nota differentiam, inter propoſitionem topicam: & demonſtratiuam, topica enim eſt probabilis, 1. top. cap. 1. ex qua fit ſyllogiſmus topicus, demonſtratiua verò eſt neceſſaria, ex qua fit ſyllogiſmus demonſtratiuus 1. prior. cap. 1. & ij. top. 1. Ar. ¶ Di- Petitio.
ces in definitione propoſitionis fuit poſita, enunciatio, vellem ſcire quid eſt enunciatio.
¶ Reſpondet Ar. & dicit. Reſponſ.

Enuntiatio autem contradictionis, vtrauis particula.

ET qm̄ Ar. definiens propoſitionem in eius definitione, poſuit enunciationem, nunc quamuis ipſam declarauit, in libro periher. cap. 4. tamen iterum declarat ipſam. ¶ Qm̄ Petitio.
aliquis poſſet dicere, ò Ar. quid eſt enunciatio? ¶ Quaſi reſpondens dicit, non oportet Reſponſ.
ipſam hic declarare, qm̄ fuit declarata in libro periher. ¶ Iterum quærens, ego ſum oblitus, non recordor, ideo Ar. ad memoriam

& vt

& vt ab aliquo interrogatus ipſam declarat, iterum dicens (enuntiatio eſt vtrauis particula contradictionis) i. quæ ſumit vtramque partem contradictionis, veram ſ. & falſam.

Dub. ¶ Dices ille ordo, quem hic ſeruat Ar. primò ſ. definire, principium demóſtrationis, deinde explicare omnes partes poſitas in definitione principij quis nam ordo eſt reſolutiuus vel definitiuus? Sol. ¶ Dicitur, q eſt ordo definitiuus, quem etiam ſeruauit Galenus 1. artis medicinalis textu 7. vbi prius definiens medicinam poſterius explicauit omnes partes poſitas in definitione medicinę: ſimiliter poteſt dici, q fecit Ar. in cap. de ſubſtantia, & 1. periher. cap. de nomine, & 2. phy. 3. & 3. phy. 1. 7. verùm nota, q hic Ar. non explicat partes poſitas, in hac definitione principij demonſtrationis de nouo, tãquam numquam fuiſſent declaratæ, ſed rememorat ipſas. Petitio. ¶ Dices in definitione enuntiationis, fuit poſita cótradictio, vellem ſcire quid eſt contradictio? Reſponſ. ¶ Reſpondet, & dicit.

Contradictio verò eſt oppoſitio cuius non eſt medium ſecundum ſe ipſum: quæ quidem aliquid de aliquo affirmatio, quæ verò aliquid ab aliquo negatio.

Et quia Ar. declarando enuntiationem, & propoſitionem, nominauit contradictionem, nunc explicat, quid eſt contradictio, & dicit q contradictio eſt oppoſitio: cuius non eſt medium ſm ſe, quæ oppoſitio ponitur loco generis, cuius non eſt medium ſm ſe, ponitur loco differentiæ, per quam differt ab aliis oppoſitionibus, qm vt patet in prædicamentis cap. de oppoſitis, dicitur quatuor modis. Prima eſt oppoſitio relatiuè dicta. 2. eſt contrariè dicta. 3. priuatiuè. 4. contradictoriè, omnes enim oppoſitiones habent medium, excluſa illa, quæ dicitur oppoſitio contradictoriè, quæ aliæ oppoſitiones, ſi non habent medium ſm ſe, & per propriam naturam reductiuè, tamen poſſunt habere in quantum reducuntur ad contradictionem, & ſic per accidens, vt 10. met. 15. notat Ar. & Au. verùm qm in definitione contradictionis, fuerunt poſitæ affirmatio, & negatio, declarat etiam illas, dicens affirmatio eſt illa, quæ affirmat aliquod prædicatum de aliquo ſubiecto, negatio verò eſt illa, quæ negat aliquod prædicatum ab aliquo ſubiecto. Dub. ¶ Dices prædicatum eſt duplex 1. periher. cap. de verbo, & 1. poſt. 148. & 149. aliud eſt de ſubiecto, aliud eſt in ſubiecto, quare Ar. dixit potius, q affirmatio eſt quæ affirmat prædicatum de ſubiecto, & non dixit prædicatum in ſubiecto? Sol. Dicitur, q prædicatum in ſubiecto eſt accidens, prædicatum de ſubiecto eſt ſubſtantia: & qm accidés nequit eſſe abſque ſubſtantia 7. met. 2. & in cap. de ſubſtantia, & qui dicit ſubſtantiam, dicit accidens, ideò Ar. nominauit ſolùm prædicatum de ſubiecto, & non in ſubiecto, qm nominando vnum, nominauit reliquum. Dub. ¶ Amplius 7. top. 2. & 2. poſt. 20. 93. vnius rei vna eſt definitio modo Ar. de propoſitione aſſignauit duas definitiones, vnam in libro priorum, aliam 1. top. cap. 1. Sol. ¶ Dicitur, q propoſitio diuerſo modo conſiderata, habet diuerſas definitiones antequam ingrediatur ſyllogiſmum, habet vnam definitionem, & ſic in 1. prior. cap. 1. & hic quando verò actu ingreditur ſyllogiſmum, habet aliam definitionem; & ſic alio modo fuit definita 1. top. cap. 1. Dub. ¶ Amplius dubitatur dicit Ar. q demonſtrator non interrogat, ſed accipit vnam partem contradictionis, topicus verò interrogat vtramque partem contradictionis. ¶ Contra, qui diſputat interrogat, vt manifeſtum eſt, ſed demonſtrator diſputat 1. elenchorum cap. 2. & 1. poſt. 53. clarius 1. poſt. 85. ergo demonſtrator interrogat. Sol. ¶ Dicitur q topicus interrogat, & demonſtrator interrogat, tamen alio modo, aliam rem, & ad alium finem, alio modo, qm 8. topic. 1. topicus interrogat propoſitionem ſuam, expectando conſenſum à reſpondente, dando libertatem reſpondenti, vt reſpondeat per quã partem voluerit, aut veram, aut falſam, & ſi reſpondens non concedit eam, non poteſt arguere. ¶ Demonſtrator verò interrogat, non dando libertatem reſpondenti: vt reſpondeat, per quam partem voluerit, aut veram aut falſam, ſed per partem veram tantùm, & non expectando conſenſum ab illo, ſed ſumit illam ſine conſenſu. ¶ Aliam rem nam demonſtrator non interrogat niſi verum, qm 1. poſt. 9. & 10. & 47. ex veris tantùm procedit demonſtrator. Topicus verò, & falſum, & verum interrogat, alio fine, qm Topicus interrogat, vt vincat reſpondentem & propter victoriam 1. poſt. 85. & 86. demonſtrator verò vt ſciat veritatem, quæ omnia vide ab Ar. 1. poſt. 85. Dub. ¶ Dices, q inter oppoſita contradictoriè datur medium; ſic probando eſſe, & non eſſe, ſunt contradictoria 1. periher. cap. 4. & 5. ſed inter eſſe & non eſſe, 2. met. 7. datur medium, qm dicit Ariſt. ſemper eſt aliquid medium, vt inter eſſe, & non eſſe generatio, ergo inter oppoſita contradictoriè datur medium. Sol. ¶ Dicas, q textus Ar. ſic intelligitur, ſ. inter eſſe, i. inter id, quod eſt in ſua vltima perfectione, & non eſſe. i. id quod omnino remotum eſt à ſua perfectione (generatio) i. id quod fit, & eſt in fieri, medium eſt. Dub. ¶ Amplius 1. phy. 78. inter eſſe purum, & non eſſe datur medium, quod,

Digitized by Google

Sol. quod eſt materia. ¶ Dicitur, q̃ hæc ſunt contraria, non contradictoriè, inter quæ contraria datur medium, vt ait Ar. in cap. de oppoſitis, & non inter contradictoria, vt teſtatur Au. 1. cæli 122. & 10. met. 23.

Tex. 11. *Immediati verò principij ſyllogiſtici, poſitionem quidem dico, quam non eſt monſtrare.*

POSTQVAM Ar. principium demonſtrationis, & omnes partes in eius definitione poſitas, explicauit: nunc vult diuidere illud in ſua ſignificata, cauſa eſt, q̃m tunc habetur perfectior, & magis completa notitia de aliqua re, q̃n poſt definitionem illius ſigillatim, ac particulariter illa conſiderantur, in quæ res definita diuiditur; quem profectò ordinem ab Ar. vt diximus multotiens obſeruari videmus, nec non à Platone in Philebo, & ſophiſta, qui ordo plurimum in libro methodi, à Galeno laudatur. Petitio. ¶ Dices quare Ar. diuidit principium? Reſponſ. ¶ Dicas, q̃m eſt nomen multiplex, quod ſi non diuiditur in ſua ſignificata, dubius remanet intellectus. Dub. ¶ Dices 1. cæli 110. nomen æquiuocum, eſt prius diuidendum, deinde eſt definiendum, ſed Ar. fecit totum oppoſitum. Sol. ¶ Dicitur, q̃ nomen æquiuocum purum, prius venit diuidendum, deinde definiendum, nõ autem nomen æquiuocum analogum: veluti eſt principium demonſtrationis. Diuiſio tex. ¶ Diuiditur iſte tex. in 2. partes, in 1. Ar. diuidit principium demonſtrationis in ſuas ſpecies, ſ. in poſitionem, & dignitatem in 2. ibi (poſitionis verò) diuidit poſitionem, quæ eſt prima ſpecies principij in ſuppoſitionem, & definitionem, quo igitur ad primum dicit Ar. (immediati verò principij ſyllogiſtici, poſitionem quidem dico) q. d. immediati principij ſyllogiſtici. i. demonſtratiui, tamquam generis, duæ ſunt ſpecies, quarum prima (dico) .i. nomino, ſic videlicet, (poſitionem). ¶ Dices quid ſibi vult hoc nomen (poſitio) ¶ Reſpondet, & dicit, (quam non eſt monſtrare) .i. quam non (eſt) .i. non pertinet ad proprium, & particularem artificem (monſtrare) .i. demonſtrare, q̃m eſt indemonſtrabilis, & per ſe nota in illa arte, in qua eſt poſitio: & ideo dicitur poſitio: q̃m ſic ponitur, & conceditur, vt nota, & per ſe manifeſta, & non habet medium, per quod poteſt demonſtrari; ideo dicitur indemonſtrabilis, v. g. in ſingulis facultatibus dantur propria, principia quæ dicuntur poſitiones, & ideo dicuntur propria principia, q̃a non declarantur in alia facultate, niſi in propria, veluti in logica, hæc propoſitio eſt poſitio omnis doctrina, & omnis diſciplina fit ex præexiſtente cognitione, & ſcire eſt per cauſam, & alia huiuſmodi, quæ ab Au. proloquia dicuntur, ſimiliter enim in philoſophia, & in aliis. Dub. ¶ Dices, id quod diuiditur in ſpecies, non eſt ſpecies, ſed eſt genus teſte Porphyrio cap. de ſpecie; ſed poſitio eſt genus: quia paulo inferius diuiditur in ſpecies, ergo non eſt ſpecies. Sol. ¶ Dicitur q̃ non eſt ſpecies ſpecialiſſima, ſed eſt ſpecies ſubalterna. Petitio. ¶ Dices, hæc poſitio, quæ eſt propria, & peculiaris, in vna arte: oportet ne quẽlibet artificem habere illam poſitionem, vel ſolum aliquem propriũ, & particularem? Reſponſ. ¶ Reſpondet, & d.

Neque neceſſe eſt habere addiſcentem quempiam.

CVM Ar. diuiſit principium demonſtrationis in poſitionem, & in dignitatem: tamquam in ſpecies, & dixit, q̃ poſitio, cũ ſit proprium principium alicuius artis, per ſe notum, & non eſt demonſtrabilis in illa arte, in quo conuenit cum dignitate; nunc vult ponere differentiam inter poſitionem, & dignitatem, q. d. q̃ licet poſitio, & dignitas, quæ ſunt duæ ſpecies conueniant in hoc, videlicet q̃ tam poſitio, quàm dignitas eſt indemonſtrabilis, vna tamen differt ab alia: q̃m non oportet quemlibet addiſcentem, habere poſitionem alterius artis. v. g. addiſcens legiſta, non debet habere poſitiones phyſicas: ſ. natura eſt principium motus, & quietis, ſed oportet phyſicum addiſcentem habere hanc poſitionem; nec oportet phyſicum habere poſitionem legalem, ſed oportet proprium, & particularem addiſcentem habere proprias, & particulares poſitiones, quæ pertinent ad ſuam propriam, & peculiarem artem. Dub. ¶ Dices, quomodo vocatur alia ſpecies principij demonſtrationis? ¶ Reſpondet, & dicit.

Quam autem neceſſe eſt habere quemlibet addiſcentem dignitatem.

CVM Ariſt. notificauit primam ſpeciem principij demonſtratiui, quæ poſitio nuncupatur, nunc declarat aliam ſpeciem, & q. d. ſi tu neſcis, quomodo vocatur alia ſpecies (dico) .i. nomino dignitatem, quæ dignitas differt à poſitione, q̃m neceſſe eſt, quemlibet addiſcentem quamlibet artẽ habere ipſam dignitatem, & ſiue fuerit ſciens, ſiue addiſcens, quilibet artifex, tã practicus, quàm ſpeculatiuus: tam nobilis, quã ignobilis, tam paruus quã magnus, ſit quicũque, etiã ſi idiota fuerit debet habere dignitates. Sol. ¶ Dices, quæ ſunt iſtæ dignitates, quas neceſſe eſt quemlibet habere? Reſponſ. ¶ Reſpondet 1. poſt. 74. & 84. vt ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ remanẽt, ſunt æqualia, & omne totũ eſt maius ſua parte, & de quolibet dr̃ eſſe, vel non eſſe: quis enim eſt tã rudis, qui à natura non habeat iſtas dignitates:

immo dicit Ar. 1. poſt. 134 ꝙ neſcimus: vnde, & quo venerunt, ſunt nobis innatæ, per ſe notæ, quæ nulla indigent declaratione: ſunt enim indemonſtrabiles ſimpliciter, quæ nullo genere demonſtrationum, neque in vlla arte demonſtrari poſſunt. ad differẽtiam poſitionum, quæ & ſi ſunt indemonſtrabiles in illa arte, in qua ſunt poſitiones, tñ non ſunt indemonſtrabiles in omni arte: qm̃ poſſunt damonſtrari. 1. poſt. 70. à metaphyſico. & ſic dicuntur eſſe indemonſtrabiles ſm̃ quid, & non ſimpliciter. Verùm Nota ꝙ dignitates, licet ſint per ſe notæ, & ſimpliciter indemonſtrabiles, aliquando tamen indigent aliqua manifeſtatione. veluti exemplo, vel declaratione præceptoris, quod quidem non eſt ratione dignitatis, ſed ratione addiſcentis, qui ob modicum exercitium, aut ob naturæ defectum, non poteſt cognoſcere per ſe nota, & manifeſta ab illis, quæ ſunt ignota, & immanifeſta 2. met. 15. ſunt enim quidam, qui ob peruerſam naturam, non credunt rebus per ſe notis, ſed indigent voce præceptoris, adeo ſunt groſſi & ſimplices. Vnde Nota, ꝙ dicit Ar. 2. met. 1. ꝙ aliquod duobus modis poteſt eſſe ignotum. vel ratione ſui, vel ratione noſtri. dignitates vt dignitates ſunt ſemper notæ, immo notiſſimæ, & quod eſt notum non indiget declaratione 3. cæli. 27. verùm ex parte noſtri, aliquando ſunt ignotæ, ex quo Nota ꝙ poſitio, & dignitas cõueniunt in hoc ſ. qm̃ ambæ ſunt indemonſtrabiles: differunt tamen, qm̃ poſitio eſt indemonſtrabilis ſm̃ quid in illa arte tantùm, in qua eſt poſitio, vt natura eſt principium motus, eſt poſitio in naturali philoſophia 8. phy. 22. & ibi non demonſtratur, ſed in alia arte demõſtratur; dignitas verò eſt indemonſtrabilis ſimpliciter, & vniuerſaliter in omni arte, qm̃ nõ reperitur aliquod mediũ notius, per quod poteſt demonſtrari: differunt etiam, qm̃ vnus tantum addiſcens, habet poſitionem, dignitatem verò oportet quemlibet addiſcentem habere. ¶ Dices, quare vocantur dignitates. vnde habuerunt hoc nomen. ¶ Reſpondet Ar. & dicit. Petitio. Reſponſ.

Sunt autem quædam talia, hoc enim maximè in talibus conſueuimus nomen dicere.

CVM Ar. poſuit conuenientiam, & differentiam inter poſitionem, & dignitatem, nunc explicat, quare vocantur dignitates, & vnde dicuntur dignitates, & hoc declarat ex communi omnium conſuetudine q. d. qm̃ principia communia, quæ oportet vt ab omnibus habeantur (ſunt quædam talia) .i. non ſunt omnia principia, ſed tantum illa, quæ oportet quemlibet addiſcentem habere, quæ ſunt nota, credita, & faciunt fidem de ſe, & ſunt omnino indemonſtrabilia; quæ propter eorum fidem, & credulitatem. (Nos .i. ego Ar. & Alij philoſophi, dixit (Nos) in plurali, philoſophica vtens reuerentia, conſueuimus in talibus principiis communibus (hoc nomen dicere) .i. vocare dignitates: vnde dicuntur dignitates. qm̃ talia principia communia, ſunt digna credi ab omnibus; & ideo ſunt digna credi ab omnibus, qm̃ ſunt adeò ſenſata, clara, & aperta, quæ non indigẽt aliqua probatione, & ſunt digna tanta, & tali fide, quæ oportet, vt ab omnibus cõcedantur. ¶ Dices, diuiſum fuit principium demonſtratiuum in 2. ſpecies, in poſitionem, & dignitatem: vellem ſcire poſitio eſt ne tantùm vna, vel diuiditur in plures ſpecies? ¶ Reſpondet, & dicit. Petitio. Reſponſ.

Poſitionis verò, quæ quidem accipit vtramlibet particularum enuntiati nis, vt dico eſſe aliquid, aut non eſſe aliquid, ſuppoſitio, quæ verò ſine hoc definitio, definitio enim, poſitio quædam eſt. Vide 1. poſt. 79.

POSTQVAM Ar. diuiſit principium demonſtratiuum, in poſitionem, & dignitatem, & vtramque ſigillatim examinauit; nũc ſubdiuidit poſitionem in duas ſpecies: ſ. in ſuppoſitionem, & definitionem, ſigillatim declarando illas, q. d. Ar. ne credas, ꝙ poſitio eſt vna, & ſimplex, ſed poſitionis duę ſunt ſpecies vna quæ ſuppoſitio vocatur; alia quæ definitio nominatur. ¶ Dices, quid ſibi vult ſuppoſitio? ¶ Reſpondet dicẽs, ꝙ prima ſpecies poſitionis, quæ dicitur ſuppoſitio, eſt illa, quę accipit vtramlibet particulam enunciationis. ſ. affirmationem, & negationem. i. quæ affirmat, vel negat. ¶ Dices, quid ſibi vult definitio? ¶ Reſpondet, & dicit ꝙ definitio, quæ eſt ſecunda ſpecies ipſius poſitionis, eſt illa, quæ eſt, (ſine hoc) .i. non affirmat, nec negat. ¶ Dices, definitio eſt triplex. Alia quæ eſt principium demonſtrationis. Alia quæ eſt tota demonſtratio. Alia, quæ eſt cõcluſio demonſtrationis 1. poſt. 64. & 2. poſt. 47. quæ definitio eſt illa, quæ nõ affirmat, nec negat? ¶ Dicitur ꝙ eſt illa, quæ eſt tota demonſtratio, vnde poſitio prædicatur de ſuppoſitione, & de definitione, veluti genus de ſuis ſpeciebus. Ideo dicit Ar. definitio eſt poſitio quædam, ex quo valet dicere, definitio eſt poſitio & non è contra. ¶ Dices Ar. dicit, ꝙ definitio non dicit eſſe contra 1. top. cap. de termino ait Ar. ꝙ definitio eſt oratio dicens, quod quid erat eſſe, ergo affirmat quia dicit eſſe, ergo ſibi contradicit. ¶ Nota ꝙ ly eſſe eſt mulmultiplex. Vno enim modo ſumitur pro quiditate, ſeu eſſentia, & ſic ſumitur ũ. top. cap. de termino: & 8. met. 15. qñ dicit ꝙ formæ, habent eſſe in materia. & 12. met. 36. & 18. formæ

Petitio. Reſponſ. Petitio. Reſponſ. Dub. Sol. Dub. Sol.

formæ habent duplex eſſe, ſ. in materia, & in primo motore. Alio modo ſumitur eſſe pro forma, 2. phy. 30. vbi dicitur, ꝙ forma eſt cauſæ materiæ, pro quanto eſt eſſe eius, & 1. phy. 70. & 7. met. 9. Alio modo ſumitur eſſe, pro indiuiduo, vt 3. de anima 9. Alio modo pro compoſitione ſubiecti. cum prædicatis 1. perher. cap. de verbo: quando dicitur ꝙ verbum ſignificat eſſe .i. compoſitionem, quam ſine extremis, non eſt intelligere. quibus ſic ſtantibus. dicimus, ꝙ definitio, non dicit eſſe. i. compoſitionem ſubiecti cum prædicato, eſſe affirmatiuum, vel negatiuum, tamen dicit eſſe eſſentiæ, & quiditatis. ¶ Dices, da exemplum, quomodo intelligitur, ꝙ definitio nec affirmat, nec negat, ſuppoſitio autem ſic? ¶ Reſpondet & dicit.

Petitio.
Reſponſ.

Ponit enim Arithmeticas vnitatem indiuiſibilem eſſe, ſecundum quantum: ſuppoſitio autem, non eſt. nam quid eſt vnitas, & eſſe vnitatem, non idem.

Declaratis ſpeciebus poſitionis, ad inuicem differentibus ſ. ſuppoſitione, & definitione; de quibus ipſa poſitio, vt genus prædicatur in quid. nunc vt mos ſuus eſt, res difficiles exemplo manifeſtare, dat exemplum quomodo definitio eſt poſitio, & vt facilè intelligatur. Nota ꝙ Arithmeticus ponit in arte ſua, tamquam totam definitionem vnitatis: quæ hæc eſt, ſ. vnitas eſt indiuiſibilis. ſm̄ quantum, & in hoc conuenit cum ſuppoſitione: tamen definitio differt à ſuppoſitione: qm̄ quid eſt vnitas. i. definitio vnitatis, & eſſe vnitatem non eſt idem. qm̄ finis definitionis, & ſuppoſitionis non eſt idem, ſed differunt; qm̄ finis ſuppoſitionis eſt affirmare, vel negare; finis verò definitionis. nec affirmare nec negare; ex quo fiat hæc ratio: quorum diuerſus, & non idem eſt finis: illa ſunt diuerſa, & non eadem; ſed definitionis, & ſuppoſitionis finis, non eſt idem; ſed differunt ergo definitio, & ſuppoſitio, ſunt duo diuerſa, & non eadem, vt homo, & bos; vnde dicas, ꝙ quidam artifex, qui vocatur arithmeticus, ponit in arte ſua in arithmetica hanc definitionem. ſ. vnitatem eſſe indiuiſibilē, ſm̄ quantum, quæ poſitio non eſt ſuppoſitio, qm̄ illa poſitio, quæ eſt quid, ſeu definitio, non eſt eadem, cum illa poſitione, quæ dicitur ſuppoſitio, qm̄ quid eſt vnitas, & eſſe vnitatem, non idem eſt. ¶ Dices ſi dignitas eſt principium demonſtrationis: ergo ingreditur demonſtrationem, quod eſt contra Ar. 1. poſt. 9. aſſerentem, ꝙ demonſtratio fit ex propriis, non ex communibus 1. poſt. 67. dignitates enim ſunt principia communia, 1. poſt. 74. ¶ Dicitur, ꝙ dignitates ingrediuntur demōſtrationem, tamen non actu, & formaliter: ſed potentia, & virtute, non reducibili ad actum; principia tamen propria habentia tres conditiones, de omni ſ. per ſe, & in quantum ipſum, actu, & formaliter ingrediūtur demonſtrationem. ¶ Amplius, dictum eſt, ꝙ definitio non affirmat, nec negat, contra arguitur ſic in antepræedicamentis cap. 3. quidquid prædicatur de prædicato, prædicatur de ſubiecto prædicati: ſed propoſitio prędicatur de principio demōſtrationis; & principium demōſtrationis prædicatur de poſitione, & poſitio prædicatur de definitione, ergo propoſitio prædicatur de definitione, ſed propoſitio dicit eſſe, vel non eſſe; ergo definitio dicit eſſe: vel non eſſe: quod probatur ratione qm̄ proprietates generum, 1. poſt. 38. competunt ſpeciebus: & qm̄ proprietas propoſitionis, quæ eſt genus ad principium demonſtrationis, eſt vt dicat eſſe vel non eſſe, ergo definitio quæ eſt principium demonſtrationis dicit eſſe vel non eſſe. ¶ Dicitur, ꝙ regula Ar. in antepradicamentis, eſt vera in prædicatis eſſentialibus, non autem in prædicatis accidentalibus, vnde ſi definitio dicit eſſe vel non eſſe, non per ſe, ſed per accidens. ¶ Vel dicas, ꝙ definitio dicit eſſe, vel non eſſe, potentia, nō actu. ¶ Dices, contra principium demonſtrationis, & cōcluſio demonſtrationis actu: & per ſe dicit eſſe, vel non eſſe ſed definitio eſt principium demonſtrationis 1. poſt. 64. & 2. poſt. 47. ergo definitio actu, & per ſe dicit eſſe, vel non eſſe. ¶ Dicitur, ꝙ verum eſt, ꝙ definitio illa, quæ eſt principium, & concluſio demonſtrationis dicit eſſe, vel non eſſe, per ſe, & actu, ſed non illa, quæ eſt tota demonſtratio, de qua loquitur hic Ariſt. ¶ Sed contra vbi ponitur verbum, ibi eſt affirmatio, vel negatio 1. periher. cap. 1. & in cap. de verbo, ſed in definitione, quæ eſt tota demonſtratio, ponitur verbum, vt patet, ergo definitio quæ eſt tota demonſtratio, affirmat vel negat. ¶ Dicitur ꝙ licet ponatur verbum in definitione, quæ eſt tota demonſtratio, tamen illud verbum non ſe tenet ex parte definitionis, ſed ex parte definiti. ¶ Vel dicas, ꝙ illud verbum ponitur loco clauſulæ, & conditionis, non loco copulæ, & coniunctionis, vt rectè inquit Au. 2. poſt. 16. 1. poſt. 79. & in epit. log. cap. de definitione, ſed definitiones ſunt veluti ſimplices dictiones 1. poſt. 79. & ſic definitio, non affirmat, nec negat. ¶ Sed contra demonſtratio affirmat, vel negat, 2. poſt. 18. ſed definitio 1. poſt. 64. & 2. poſt. 47. eſt tota demonſtratio, ergo definitio affirmat, & negat. ¶ Dicitur, ꝙ & ſi definitio eſt demonſtratio: tamen non eſt demonſtratio ſm̄ finem, & formam 2. poſt. 16. ſed ſm̄ rem, & materiam, 2. poſt. 47. & 1. poſt. 64. Amplius definitio eſt vniuerſalis, & affirmatiua 2. poſt. 9. Ar. & 1. poſt. 103. ergo affirmat.

Dub.
Sol.
Dub.
Sol.
Alia ſol.
Replica.
Sol.
Replica.
Sol.
Alia ſol.
Replica.
Sol.
Dub.

Sol. ¶ Dicitur verùm pro ſolutione, nota ꝙ dicit Ar. 2. poſt. 32. ꝙ definitio eſt entis .i. illius rei quæ eſt, ſed non eſt non entis, vt homo eſt, & hominis eſt definitio, Chimera verò non eſt, & ideo Chimeræ non eſt definitio, quo ſtante qñ dicit Ar. ꝙ definitio eſt affirmatiua, intelligitur ſic .i. definitio eſt illius rei, quæ eſt, ſed non eſt affirmatiua, in quantum habet affir-
Dub. mare prædicatum de ſubiecto. ¶ Amplius 1. periher. cap. 4. dicit Ar. ꝙ oratio affirmat, vel negat, ſed definitio eſt oratio 1. top. cap. de termino. ergo definitio affirmat, vel ne-
Sol. gat. ¶ Dicitur, ꝙ definitio eſt oratio ſimplex quæ non affirmat, nec negat: non autem eſt oratio compoſita, cum copula verbali.

Tex. 15. *Quoniam autem oportet credere, & ſcire rem: eo quòd talem habemus ſyllogiſmum; quem vocamus demonſtrationem.*

POSTQVAM Ar. probauit principia demonſtrationis ſimpliciter, debere eſſe præcognita præcognitione confuſa, hoc eſt quid nominis, & quia eſt ante concluſionem, nunc declarat, ꝙ non ſolùm debent eſſe præcognita, ſed magis nota, & magis ſcita, ſcientia perfecta, quàm ipſa concluſio, aſſignãdo cauſam, quare debent eſſe magis nota, & ſcita,
Diuiſio tex. quàm ipſa concluſio. ¶ Diuiditur iſte tex. in 4. partes, in 1. ponit antecedens, & eius declarationem, in 2. ibi (neceſſe eſt) ponit conſequens, in 3. ibi (ſemper enim) probat conſequentiã, in 4. ibi (vt propter quod) exemplo declarat id, quod dixit, quantũ igitur ad primum (qm̃ autem oportet credere, & ſcire rem) .i. (ſi oportet) nota verbum dicens neceſſitatem (credere) Dices quid ſibi vult ly credere? exponit ſe, & dicit (&) pro .i. ſcire, nam ly (ſcire) exponit ly (credere) ſinonima enim ſunt, vt inferius patebit, ſupple tu per demonſtrationem (rem) ignotam .i. concluſionem, dico prædicatum, quod concluditur
Dub. de ſubiecto, in concluſione. ¶ Dices ſi per ly (rẽ) debemus intelligere concluſionẽ, quare potius dixit (rem) & nõ dixit concluſionem?
Sol. ¶ Dicas ad denotandum ꝙ ſcientia eſt de eo, quod eſt, & non de eo, quod nõ eſt, & ideo dixit ſcientia eſt de (re) qm̃ res eſt, vt 1. poſt. 10. & 2. poſt. 32. Ar. decretauit (eò ꝙ talẽ habemus ſyllogiſmum) q. d. non omnem ſyllogiſmum, ſed talem qualem diximus in tex. 8. habentem omnes illas conditiones: (quem) ſ. ſyllogiſmum (Nos) .i. ego Ar. & Alij (vocamus) .i. proprio nomine nominamus (demonſtrationem) tamen non omnem demonſtrationem; ſed tantùm demonſtrationem ſimpliciter; ex quibus ſumas, ꝙ ſcire ſimpliciter qui eſt finis, non poteſt acquiri, ſi non acquiritur per demonſtrationem, tamquam per debitum, & proportionatum inſtrumentum, producens hunc finem; tamquam propriam ſuam operationem, hinc ſcias, ꝙ Ar. non definit demonſtrationem definitione quid rei, ſed definitione quid nominis, vt etiam videre eſt in tex. 8. quando dixit demonſtrationem autem dico modo dicere, & vocare ſignificat nomen, qm̃ tam illud, quod dicitur, quàm id, quod vocatur nomen eſt, res verò eſt. ¶ Dices quare in tex. 8. dixit (dico) in ſingulari, hic verò in plurali vocamus? ¶ Dicas ꝙ ibi intelligitur ſic (dico) q. d. ego Ar. ſed non ego ſolus, ſed alij, & ꝙ hoc ſit verum declarat hoc verbum quando dicit (vocamus) q. d. ego Ar. & alij Antiqui vocamus, & ſic hoc plurale exponit illud ſingulare.

Eſt autem hic, eo quòd hæc ſunt, ex quibus eſt ſyllogiſmus.

CVM poſuit antecedens, nunc declarat ipſum, q. d. ſi dictum eſt in antecedente, ꝙ in tantum ſcimus, & ſcientiã habemus, in quantum habemus ſyllogiſmum demõſtratiuum, ſi fortè ignoras, quid eſt iſte ſyllogiſmus demonſtratiuus, declarat dicens, dico autem, ꝙ hic ſyllogiſmus in tantùm habetur (in quantum hæc ſunt) .i. in quantum conſtat ex his præmiſſis neceſſariis, habentibus omnes conditiones, numeratas in tex. 9. & ſine his non erit ſyllogiſmus demonſtratiuus. ¶ Di- Dub.
ces ſi in tantum eſt ſyllogiſmus, in quantum hæc principia ſunt, ergo ſequitur, ꝙ materia eſt cauſa propter quam res eſt, quod eſt contra Ar. 7. met. 60. & contra Au. 2. poſt. 48. & 7. met. 12. & 37. vbi ait, ꝙ forma eſt cauſa propter quam res eſt. ¶ Dices cum Au. 2. de Sol.
anima 8. ꝙ in artificialibus materia eſt cauſa propter quam res eſt, in naturalibus verò eſt forma, ſyllogiſmus eſt artificialis factus. ab anima ideo eſt propter hęc principia, quæ ſunt materia.

Neceſſe eſt, non ſolùm præcognoſcere prima, aut omnia, aut quædam, ſed & magis.

POSITO antecedente nunc infert conſequens, q. d. ſi prima ſunt cauſa ſcientiæ, de concluſione, neceſſe eſt non ſolùm præcognoſcere) adde tu præcognitione confuſa: ipſa prima .i. principia, aut omnia, aut quædam, ſed & magis .i. ſed magis ipſa præcognoſcere, & ſcire, quàm concluſionem; ſed non debent eſſe magis ſcita, per demonſtrationẽ, ſed debent eſſe magis ſcita ſcientia per ſe, vt rectè inquit Au. in commen. 10. quæ ſcientia per ſe dicta eſt perfectior, quàm ſcientia per demnnſtrationem. Vnde nota ꝙ ly (magis) dicit perfectionem, denotando, ꝙ licet ſcientia de concluſione ſit perfecta, quia habetur per cauſam, tñ ſcientia principiorum

debet eſſe magis perfecta, qm̄ eſt ſciētia per
Dub. ſe. ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly omnia,
Sol. aut quædam? ¶ Nota, q̄ ſcientia de rebus,
poteſt eſſe duobus modis, vel de per ſe notis,
vel de rebus ignotis, illa quæ eſt de per ſe no-
tis eſt dignior, & perfectior illa ſcientia, quæ
eſt de rebus per ſe ignotis. Nota aliud, q̄ prin
cipia ſunt duobus modis, quædam per ſe no-
ta, quæ non ſciuntur per demonſtrationem,
quædā verò ſunt principia ignota, quæ ſciun
tur per demóſtrationem. Quibus ſtantibus,
Dicitur, q̄ ſcientia illorum principiorum,
quæ ſunt per ſe nota, eſt magis ſciētia, quàm
illa, quæ eſt concluſionū, ſed ſcientia illorum
principiorum, quæ ſciuntur per demonſtra-
tionem, non eſt magis ſcientia, quàm ſciētia
concluſionum, qm̄ ambo ſunt acquiſita per
demonſtrationem, & ideo dixit, aut omnia,
aut quædam; q. d. q̄ non omnia principia
ſunt magis ſcita .i. perfectiori ſcientia, quàm
concluſio; ſed (quædam) .i. illa, tantum, quæ
non ſciuntur per demonſtrationem.

*Semper enim propter quod eſt vnumquod-
que, illud magis eſt.*

NVNC Ar. probat conſequentiam hypo-
teticam cathegoricè, vt bene inquit Au. ſu-
mendo hanc regulam, pro maiori ſ. ſemper
enim, propter quod vnumquodque eſt, illud
magis eſt, coniungendo antecedens pro mi-
nori, quod fuit hoc ſcilicet, q̄ præmiſſæ ſunt
cauſa ſcientiæ, concluſionis, inferendo con-
ſequentiam ſupra datam, ergo præmiſſæ de-
bent eſſe magis ſcitæ: q. d. Ar. ſi concluſio eſt
nota, & ſcita propter præmiſſas, ergo præ-
miſſæ debent eſſe magis notæ, & ſcitæ, quàm
concluſio; qm̄ vnumquodque, quod eſt tale,
propter aliud, illud eſt magis tale: ſed con-
cluſio eſt talis .i. nota, & ſcita propter princi-
pia. ergo principia debent eſſe magis, talia
.i. magis nota, & magis ſcita, quàm conclu-
Dub. ſio. ¶ Dices, ſi oportet magis ſcire principia
quàm concluſionem: tunc ſequitur proceſſus
in infinitum: qm̄ principia ſcirentur per alia
Sol. principia. ¶ Dicas, q̄ principia non ſciuntur
magis per principia, ſed ſciūtur ſcientia per
ſe, quæ ſciētia per ſe eſt magis .i. perfectior, q̄
ſcientia per demonſtrationē, & ſic ruit ratio.

*Vt propter quod amamus, illud amicum ma-
gis, quare ſi quidem ſcimus, per prima, & credi-
mus, & illa ſcimuſque, & credimus magis, quo-
niam per illa, & poſteriora.*

ET qm̄ mos eſt, Ar. res difficiles, exemplo
manifeſtare, nunc vt doctrina fiat manife-
ſtior, exemplo vult declarare: quod dictum
eſt, & dicit, (Vt propter quod amamus illud,
amicum magis:) (vt) ſi tu non intelligis re-
gulam ſupradatam ſ. propter quod vnum-
quodque tale & illud magis pro intelligētia
datur hoc exemplum. Nos amamus aliquē
amicum, propter aliquod. ergo magis ama-
mus illud, propter quod amamus amicum.
v. g. Franciſcus mittit munus Antonio. An-
tonius amat Franciſcum, propter munus. er-
go magis amat munus quàm Franciſcum, &
hinc intelligas textum. ſic ſicuti diximus;
(quare ſi quidē ſcimus, per prima .i. per prin-
cipia, & credimus, & illa ſcimuſque, & credi-
mus magis. qm̄ per illa, & poſteriora.) q. d.
Ar. ſi nos ſcimus poſteriora .i. concluſiones
propter principia. ergo magis ſcimus prin-
Dub. cipia, quàm concluſiones. ¶ Dices, quid in-
Sol. telligit Ar. per ly. (poſteriora?) ¶ Dicas, q̄
Petitio. intelligit concluſiones. ¶ Et quare conclu-
Reſponſ. ſiones vocantur poſteriora? ¶ Dr̄, qm̄ effe-
ctus, & operatio ſemper eſt poſterior ipſa cau
ſa in eſſe. & qm̄ concluſiones ſunt effectus, &
operationes, ideo vocātur poſteriores vt di-
Dub. cit Ar. in libro de motu an. cap. 4. ¶ Dices, ſi
cōcluſio dicitur poſterior: & omne poſterius
eſt relatiuum ad prius, vellē ſcire, quodnam
eſt illud prius reſpectu cuius concluſio dici-
Sol. tur poſterior? ¶ Dicas, q̄ ſunt ipſa principia.
Dub. ¶ Dices quare principia dicuntur priora?
Sol. ¶ Dicas, qm̄ ſunt cauſa, vt 1. poſt. 11. Ar. ¶ Di-
Dub. ces, quare principia ſunt cauſa? ¶ Dicas qm̄
Sol. continent medium, quod eſt cauſa 1. poſt. 1.
Au. ex quibus omnibus latè patet, q̄ princi-
pia quæ ſunt cauſa, vt ipſa concluſio ſciatur,
Dub. q̄ ipſa principia ſunt magis ſcita. ¶ Sed qm̄
dictum eſt, q̄ aliquis amat amicum propter
munus, ergo magis amat munus: vellē ſcire,
qui ſunt iſti homines, qui amāt magis mune-
Sol. ra quàm amicum? ¶ Reſpōdet Ar. in libro de
phyſiognomica, & dicit, q̄ illi ſunt amatores
munerum, quibuſcūque eſt ſuperius labium
Dub. eleuatum, & forma proni, & rubicundi. ¶ Ite-
Sol. rum dices, quid eſt amicitia? ¶ Eſt ſciendum
q̄ amicitia depingitur hoc modo, videlicet
iuuenis forma, diſcooperto capite; quæ erat
tunica rudi induta, in cuius fimbria ſcriptū
erat, mors, & vita; in fronte æſtas, & hyems;
habebatq; latus apertū vſque ad cor, & bra-
chium inclinatum, digito cor oſtendens; ibi
Dub. ſcriptū erat longe, & prope. ¶ Dices, declara
Sol. ſingulorum verborū ſignificationem? ¶ Di-
cas, q̄ forma iuuenilis indicat amicitiā ſem-
per recentem, nullaq; temporis diuturnitate
tepeſcentem. Nudum caput, vt omnibus pa-
teat, & amicus nullo vnquam tempore ami-
cū ſuum publice confiteri erubeat. Rude au-
tem indumentū oſtendit, vt amicus nullā ar-
duam, extremamq; inopiā pro amico ſubire
non recuſet. Vita, & mors, in veſtimento ſcri-
buntur, nam qui verè diligit, vſque ad mortē
amat. Æſtas, & hiems, quia in proſperis, & in
aduerſis æquam amicitiā ſeruat. latus aper-
tum

tum habet vſque ad cor, quia nihil amico celat. Brachium inclinat, & digito cor oſtendit, vt opus cordi, ꝙ cor verbis correſpondeat. longè & propè ſcriptum eſt; quin vera amicitia nullo tempore abolетur; nulla locorum intercapedine, amicum ſeparat. hinc Nota, ꝙ dicit ſapiens, amico fideli nul a eſt comparario, & vel ſoli qm̄ ſi ceciderit, non habeat ſubleuantem, ſubleuat autem amicus diues, pauperem in neceſſariis ſubueniendo, & pauper diuitem protegẽdo, iuuenis ſenem fouendo, & conſolando, ſenex autẽ iuuenem à via mala reuocando. ſequitur ergo vt bene inquit Quintilianus, non reperio quid in rebus humanis excogitauerit. natura præſtantius amicitia. ¶ Sed dices ſi regula Ar. eſſet vera ſ. ſemper propter quod, vnumquodque tale, & illud magis: ſequeretur ꝙ vinum eſſet magis ebrium, quàm homo, quod eſt falſum, qm̄ homo eſt ebrius propter vinum, tamen vinum non eſt magis ebrium. ¶ Amplius homo moritur propter enſem, enſis tamen non magis moritur. ¶ Et Sortes ſaltat propter muſicam, muſica verò nõ magis ſaltat. ¶ Vetula filat propter animam, anima verò non magis filat. ¶ Homo intelligit propter animã, 1. de anima 64. 2. de anima 37. anima tñ non magis intelligit. ¶ Amplius aurum eſt graue propter terrẽ, terra autẽ nõ eſt magis grauis auro. ¶ Ferrum ignitum eſt calidius igne, ignis verò non eſt calidior ferro ignito. ¶ Et materia prima eſt, cauſa corruptionis 1. phy. 79. 63. 7. met. 53. & 1. cæli 20. & tamẽ non magis corrumpitur, qm̄ eſt ingenita, & æterna 1. phyſic. 82. & multæ aliæ poſſunt duci inſtantiæ. ¶ Pro quarum ſolutione. ¶ Nota, ꝙ prædicata, & nomina quæ conueniunt, ſubiectis ſunt tribus modis. Quædam enim ſunt prædicata vniuoca; Quædam æquiuoca, & quædam analoga: tunc dicitur, ꝙ regula Ar. eſt vera tantùm in prædicatis analogicis, non in vniuocis, nec in æquiuocis. ¶ Dices quæ ſunt prædicata analoga? ¶ Dicas ꝙ quando ſunt duo, quibus competit vnum prædicatum: tamen vni, vt cauſæ, & alteri, tamquam cauſato, tunc illud prædicatum dicitur analogũ, vt calor competit igni, & aquæ; tamen igni, vt cauſæ, & aquæ, vt cauſato: magis enim competit igni, quàm aquæ, qm̄ aqua eſt calida propter ignem. Ex quibus oritur hæc regula, quoties eſt aliqua diſpoſitio recipiens magis, & minus formaliter denominãs cauſam, & cauſatum, & competit cauſato propter cauſam, ſemper per prius & ſimpliciter dicitur de cauſa, & poſterius, & ſm̄ quid, dicitur de cauſato. quod etiam Au. aſſerit in com. 10. qm̄ inquit, quidquid autem eſt cauſa eſſendi, aliquã rem ſub aliqua diſpoſitione, id verius eſt, ſm̄ illam diſpoſitionem. ac etiam 8. phy. 77. cùm aſſerit horum autem de quibus nomen dicitur, ſm̄ prius, & poſterius & ſimpliciter, & ſm̄ denominationẽ, illud de quo dicitur, prius eſt cauſa eius, de quo dicitur poſterius. & in 7. met. 3 inquit ſic, cùm plura cõmunicãt in eodẽ nomine. & quoddã dignius quibuſdã, illud quod eſt dignius illo nomine eſt cauſa cæterorũ, & diſpoſitio cæterorum. ad cauſa literem, eſt ſicut diſpoſitio illorũ in illo nomine 8. met. 7. quibus ſic ſtãtibus, ſoluũtur omnes inſtãtiæ, & prima fuit talis: homo eſt ebrius propter vinum, tñ vinum non eſt magis ebrium. ¶ Dr̃ ad hoc, ꝙ hæc, nõ ſunt analoga, ſed ſunt æquiuoca, qm̄ licet ebrium eſſe, cõpetat homini propter vinum; tamen non competit vino, iuxta regulã declaratã, & ſimili ſolutione ſoluũtur omnes aliæ inſtãtiæ, & qñ dicitur, aurum eſt graue propter terrã, tñ terra non eſt grauior. ¶ Dr̃, ꝙ hoc eſt propter materiæ denſitatem, ſimiliter eſt dicẽdũ de ferro ignito, quod ferrũ ſi eſt calidius igne, hoc eſt ratione, qua ferrũ eſt materia magis denſa in qua magis retinetur calor. ¶ Dices contra limitationẽ dictã ſic Ar. enim 2. met. 4. dicit ſic vnumquodque verò id ipſum maximè aliorũ eſt, ſm̄ ꝙ aliis vniuocatio ineſt, ergo hæc regula nõ ſolùm valet in analogicis, ſed & etiã in vniuocis. ¶ Dr̃, ꝙ Ar. intelligit vniuocationem non puram, ſed analogam. ¶ Quæres hæc regula eſt vera in omni genere cauſæ. ¶ Dicas, ꝙ eſt vera in omni genere cauſæ, quod exẽplo manifeſtari poteſt, & primò de cauſa formali. nam 7. met. 7. & 8. met. 7. compoſitum eſt in actu 2. de animæ 2. & forma eſt in actu 2. phy. 12. & compoſitum eſt in actu propter formam 2. phy. 4. ergo forma eſt magis in actu, quàm cõpoſitum, ſimiliter compoſitum eſt in potentia propter materiam, qm̄ materia eſt potentia 2. de anima 2. & 25. 7. met. 55. & 12. met. 14. ergo meteria eſt magis in potentia, ſimiliter in cauſa efficiente, vt concluſio eſt ſcita, & principia ſunt ſcita, tñ concluſio eſt ſcita propter principia, ergo principia ſunt magis ſcita, quæ ſunt cauſa efficiens 1. poſt. 2. valet etiã in cauſa finali, qm̄ ſi amamus diuitias propter felicitatem, ergo magis amamus felicitatem, quàm diuitias. ¶ Dices homo eſt riſibilis propter animal rationale, ſequitur ne? ꝙ animal rationale eſt magis riſibile? ¶ Dicas ꝙ non, qm̄ regula valet in illis, quæ recipiũt magis & minus, qm̄ in pleriſq; cauſatũ eſt minus in eſſe, quàm ſua cauſa in eadem intentione, ſi ipſa intentio fuerit talis, vt recipiat magis, & minus, & ideo per defectum huius conditionis non valet, homo eſt riſibilis propter animal rationale, ergo animal rationale eſt magis riſibile quàm homo. nã, vt dicit Por. propriũ æqualiter dicitur de his, quorum eſt proprium, fuit etiam dictũ, ꝙ talis diſpoſitio, in

qua fit comparatio formaliter, denominat tam cauſam quàm cauſatum;& ideo non valet,homo eſt ebrius propter vinum, ergo vinum eſt magis ebrium:nec valet terra eſt calida propter ſolem, ergo ſol eſt magis calidus quàm terra; fuit dictum etiam ꝙ requiritur, ꝙ illa denominatio competat cauſato propter cauſam,qm̄ ſi aliunde ſibi adueniret, illa denominatio, quàm à cauſa, regula non habet locum.

Dub. ¶ Amplius ait enim Ar. ꝙ principia ſunt magis nota,quàm cōcluſio, in hoc facit comparationem æquiuocam, qm̄ principia ſunt nota, & concluſio eſt naturaliter ignota 2. poſt. i. quod eſt contra Au.7. phy. 24. 28. vnde ſumi poteſt ꝙ comparatio debet fieri inter ſimilia, vniuoca, vel analoga non autem inter diſſimilia,& æquiuoca. v. g. ſi dicimus vnam rem albiorem altera, oportet ambas eſſe albas vnam verò minus albam,alteram verò magis albam,ſi autem vna eſt alba,& altera eſt nigra, nō dicimus vnam eſſe albiorem altera, ſed dicimus vnam eſſe albam, aliam verò nigram, vt ſi dicimus nix eſt albior cigno eſt vera comparatio, qm̄ vtræque res ſunt albæ, ſed ſi dicimus cignus eſt albior coruo, tunc eſt mala comparatio.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ concluſio bifariam cōſideratur, vno modo antequam ſit concluſa, & ſic eſt naturaliter ignota,& dicitur quæſitum. Alio modo poſt quam eſt concluſa, & ſic eſt nota, quo ſtante, qm̄ Ar. facit comparationem inter principia,& concluſionem, accipit concluſionem poſtquam fuerit concluſa, & ſic concluſio eſt nota propter principia, ergo principia debent eſſe magis nota.

Tex. 16. *Non poſſibile eſt autem credere magis his, quæ ſcit quæ non eſt,neque ſciens, neque melius diſpoſitus quàm ſi eſſet ſciens: accidet autem hoc niſi aliquis præcognoſcit per demonſtrationem credentium:magis enim neceſſe eſt credere principiis,aut omnibus,aut quibuſdam, quàm concluſioni.*

POSTQVAM Ariſt. ratione probauit, & methodo confirmauit, ꝙ principia non ſolum debent eſſe nota,& ſcita; ſed magis nota,& magis ſcita, quàm concluſio, nunc ratione deducente ad impoſſibile,vult ꝙ ſuprà probauit confirmare, enim tota textus ſententia in hoc conſiſtit,ꝙ quilibet ſciens, qui ſcit concluſionem per principia, magis debet ſcire principia, quàm concluſionem, & nunquam magis debet ſcire concluſionem, quàm principia, nec æqualiter debet ſcire vtraque, ſed ſemper magis principia quàm concluſionē, & in hoc ſciens debet eſſe adeo ſtabilis,firmus,& permanens, qui nunquam debet à tali fide, & credulitate deficere, ſed ſemper permanere in illa, ſed pro tex. intelligentia. ¶ Diuiditur iſte textus in 4. partes, in 1. ponit deſtructionem conſequentis, & vnam dubitationem remouet, in 2. ibi (accidet autem) ponit conſequens, ſupponendo antecedens ex deſtructione cōſequentis poſita in 1. parte. in 3. ibi (niſi aliquis ponit antecedens, in 4. ibi (magis autem) ponit deſtructionem antecedentis concludendo, qood dixit in tex. 15. quo igitur ad primum, ponendo deſtructionem conſequentis, & dicit non poſſibile eſt. i. qm̄ non poſſibile eſt eſſe,æquipollet ad impoſſibile eſt eſſe 2. peri her. cap. 2. dicas non poſſibile .i. impoſſibile eſt autem aliquem credere magis his, quæ ſcit per demonſtrationem, ſupple, quæ ſunt concluſiones, & res ignotæ, quam his quæ non eſt ſcire, ſupple per demonſtrationem, quæ ſunt principia per ſe nota. ¶ Vel dicas, non poſſibile eſt eſſe. i. neceſſe eſt omnem artificem (credere magis his quæ ſcit) per ſe, ſupple,& per ſe ſunt nota,(quàm his quæ nō eſt). i. concluſioni, quæ non eſt credita, & ſcita, niſi per aliud, hoc eſt, per principia per ſe nota. Diuiſio tex.

Quæ non eſt neque ſciens, neque melius diſpoſitus,quàm ſi eſſet ſciens.

IN hac parte remouet dubiū, poſſet enim dicere principium eſt prius,& magis ſcitum, quàm concluſio,quando eſt ſcita per demonſtrationem. non eſt inconueniens æqualiter tam principiis, quàm concluſioni credere: Reſpondet, & dicit, ꝙ hoc eſt impoſſibile æqualiter,ſ.credere ſcitis per ſe,i. principiis, & ſcitis per aliud .i. concluſionibus, & ſcitis primò,& ſcitis poſterius, & naturaliter notis,& naturaliter ignotis; hoc enim neque ſciens,neque melius diſpoſitus, quàm ſi eſſet ſciens,diceret ſupple .i. poſito ꝙ non reperiretur aliquis melius diſpoſitus, quàm ſi eſſet ſciens, hoc non diceret, qm̄ eſt impoſſibile, vt aliquis æqualiter, vel magis credat rem, quam primò non ſciuit; quàm rem, quam primò ſciuit, ¶ Dices quomodo eſt impoſſibile: ¶ Reſpondet Au. & dicit, qm̄ hoc eſt per ſe notum,& non indiget probatione; exemplum, ſi amo filium, & præceptorem, & præceptorem propter filium, cui dubium eſt ꝙ magis amo filium, quàm præceptorem? & adeo magis filium, quàm præceptorem, ꝙ nullo vnquam tempore amo magis præceptorem,quàm filium, neque vnquam æqualiter amo præceptorem,& filium,ſed ſemper primò,& magis filium, quàm præceptorem.

Accidet autem hoc.

NVNC ponit conſequens, ſupponens antecedens eſſe notum,& dicit (accidit autem

hoc

hoc).i.ſi quis dicet,ꝙ principia non ſunt magis nota,quàm cõcluſio, accidet autem hoc, vel ꝙ æqualiter ſunt nota,& ſcita principia; & concluſio, vel ꝙ concluſio eſt magis ſcita, & nota,quàm principia huius conſequentis. deſtructionem poſuit in prima parte, quãdo dixit non poſſibile eſt autem, vt aliquis credat magis his,quæ ſcit per demõſtrationem, .i.concluſionibus, quàm his quæ non eſt .i. principiis, quæ non ſciuntur per demonſtrationem,ſed per ſe ſunt nota,qm̃ neque ſciens neque melius diſpoſitus, quàm ſi eſſet ſciens, diceret, ꝙ æqualiter debemus credere concluſioni,&principiis,ſiue antequã demõſtratã ſiue poſtquam fuerit demonſtrata concluſio.

Niſi aliquis præcognoſcet per demonſtrationem credentium.

NVNC ponit antecedẽs ſupra intellectum ex deſtructione conſequentis, & dicit (niſi) .i. ſi non præcognoſcet aliquis credentiũ per demonſtrationemm, non præcognoſcet .i. non dicet,ꝙ principia debent eſſe præcognita,& magis ſcita, accidit conſequens ſupradictum,vel ꝙ æqualiter credat; vtriſque .ſ. principiis & concluſioni,vel magis credet concluſioni,quàm principiis.

Magis enim neceſſe eſt credere principiis,aut omnibus,aut quibuſdam,quam concluſioni.

IN hac parte Ar. ponit deſtructionem antecedentis, concludendo intentum ſuum, quod concluſit in tex. 15. & dicit: Ideo impoſſibile eſt, vt æqualiter credamus principiis, & concluſioni, vel magis concluſioni, quàm principiis, qm̃ ſemper neceſſe eſt magis credere principiis,aut omnibus,aut quibuſdam, quàm concluſioni, ſed vt facilius intelligatur iſte textus, poſſumus ordinare ipſum hoc modo, Primo ſumendo antecedens, 2. conſequens, 3. deſtructionem conſequentis. 4. inferre deſtructionem antecedentis,vnde dicas ſic (niſi) .i. ſi non relinquatur (non) & ſumatur (ſi) dicendo (ſi aliquis credentium) .i.illorum,qui credunt .i.ſciunt concluſionem per demonſtrationem, (non) præcognoſcet, & non magis ſciet, ſupple tu principia,quàm concluſionem(accidit).i.ſequitur(hoc).i. duplex inconueniens, & primum eſt, vel ꝙ magis credet concluſioni, quàm principiis, ſecundum eſt ꝙ æqualiter credet tam concluſioni, quàm principiis (quod non eſt poſſibile).i. quod duplex inconueniens eſt impoſſibile concedi.ſ. vt magis credamus concluſioni, quàm principiis, vel æqualiter credamus (his)ſ. concluſionibus; quas ſcimus per demonſtrationem, & principiis,quæ non ſciuntur per demonſtrationem,qm̃ neque ſciens,neque melius diſpoſitus,quàm ſi eſſet ſciens,crederet magis concluſioni, quàm principiis,vel æqualiter vtriſque: ergo magis credendum eſt principiis, quàm concluſioni, hæc ergo eſt facillima textus intelligentia, & verborum conſtructio.

Dub. ¶ Dices quid intelligitur per ly melius diſpoſitus?

Sol. ¶ Dicitur verum Nota, ꝙ ſcientia eſt duplex, Alia per demonſtrationem, Alia eſt ſcientia per ſe 1. poſt. 10. ſcientia per ſe eſt melior, quàm illa,quæ eſt per demonſtrationem 1. poſt. 10. quo ſtante dicimus, ꝙ ſciens per demonſtrationem eſt bene diſpoſitus ſciens,tamẽ ſcientia per ſe dicitur melius diſpoſitus.

Alia ſol. ¶ Vel aliter ꝙ non datur melius diſpoſitus, qm̃ Ar. in tex. loquitur conditionaliter,quæ conditio ſi nõ ponit in eſſe, qm̃ omnis ſciens, aut eſt per demonſtrationem,aut per definitionem, quæ definitio eſt melior demonſtratione,& non datur melius inſtrumentum,quàm ipſa definitio,& ſic non datur melius diſpoſitus,qm̃ tunc daretur melius inſtrumentum, ſed non daretur melius inſtrumentum,ergo non datur melius diſpoſitus inter alia, quæ dicit Au. in com. eſt, ꝙ cauſæ, quæ ſunt occaſiones eſſendi, aliquas res ſunt illius eſſe digniores, quàm res illæ; vnde oritur dubium,an cauſa ſit dignior ſuo cauſato, & videtur ꝙ non, qm̃ compoſitum eſt cauſarum, & tamen eſt magis ens, quàm materia 7.metaph.7.2.phy.4.& ratio eſt qm̃ compoſitum eſt in actu, & materia eſt in potentia, & quanto actus eſt dignior potentia 2. phy.12.tanto compoſitum eſt nobilius ipſa materia, vnde non valet in genere cauſæ materialis.

Replica. ¶ Sed dices contra,nam materia eſt æterna 1.phy. 82.& compoſitum eſt corruptibile 1.phy.69. & 79. ſed incorruptibile eſt melius corruptibili 2.de gen.an.cap.1. & 8. phy.75.ergo materia, quæ eſt cauſa, eſt melior compoſito,quod eſt cauſatum.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ licet æternum, inquantum æternum,ſit melius corruptibili. in quantum corruptibile eſt,tamen non quodlibet æternum eſt,melius quolibet corruptibili; nam materia cùm ſit ens in potentia, non poteſt eſſe melior forma,aut compoſito,quæ ſunt in actu,quia perfectio non ſequitur gradum præciſum entis, ſed entis in actu:nec maior duratio abſolutè in iſtis, quæ ſunt hic atteſtatur maiori perfectioni,alioquin mineralia, & lapides,cùm habeant magis perſeuerãtem, & diuturnam permanentiam,eſſent nobiliora plantis,& animalibus;quod eſt falſum: vnde ſequitur, ꝙ non omnis cauſa, eſt melior cauſato.

Tex. 17. *Debentem autem habere ſcientiam, quæ eſt per demonſtrationem, non ſolum oportet principia magis cognoſcere, & magis ipſis credere, quàm ei quod demonſtratur.*

Pro continuationis intelligẽtia: eſt ſciendum, ꝙ in arte dãtur principia vera, vt patet 1. poſt. 10. & 9, 47. & 50. & 1. top. cap. 1. 1. poſt. 89. & dantur principia falſa: ex veris enim fit ſyllogiſmus verus, & ex falſis, quæ ſunt oppoſita veris, fit ſyllogiſmus falſus, ſeu paralogiſmus: qui dicitur contrariæ deceptionis, qui eſt triplex. Primus eſt bonus in forma, & peccat in materia; Secundus eſt bonus in materia, & peccat in forma. & Tertius peccat in forma, & in materia. his ſic præhabitis. continuatur ſic: Poſtquam Ar. probauit principia demonſtrationis, debere eſſe magis nota, & ſcita, quàm concluſio, & adeò magis nota, & ſcita, quòd numquam debemus credere, magis cõcluſioni, quàm principiis: nec æqualiter vtriſque, nunc vult docere, ꝙ non ſolum debemus credere magis principiis demonſtrationis, quàm concluſioni: ſed etiam ꝙ vllo vnquam tempore, debemus credere magis principiis falſis, quàm principiis veris.

Diuiſio tex. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes. in 1. reiterat id, quod probauit in 2. ibi. (ſed neque ipſis) infert probandum, quò igitur ad primum dicit, (debentem) .i. illum, qui vult, & debet habere ſcientiam, quæ eſt per demonſtrationem ſimpliciter, non ſolum oportet principia illius demonſtrationis, magis cognoſcere .i. ſcire, accipit enim cognoſcere, pro ſcire, vt 1. phy. 1. 1. poſt. 7. 11. 3. cæli 30. & magis eis credere: quam ei quòd demonſtratur) .i. quæſito naturaliter ignoto. hoc enim eſt id quod demonſtratur 2. poſt. 1.

Sed neque ipſis credibilius, neque notius eſſe aliud ex contrariis primis principiis, ex quibus fit ſyllogiſmus, contrariæ deceptionis, ſi quidem oportet ſcientem ſimpliciter, à credulitate impermutabilem eſſe.

In hac parte Ar. ponit id, quod intendit probare, & dicit: ſed neque ipſis credibilius, neque notius eſſe ex contrariis principiis, ſed oportet vt nullum ex eis, quæ contraria ſunt principiis, ſit credibilius, & notius ipſis. imo q.d. oportet ſemper principia eſſe nota, & credita, contraria verò numquam credita: (ex quibus), i. ex quibus principiis contrariis .i. quæ ſunt contraria principiis demonſtrationis: fit ſyllogiſmus contrariæ deceptionis .i. qui facit deceptionem, & falſitatem, quæ falſitas eſt contraria ſcientiæ. & deceptio veritati. Siquidem oportet ſcientem ſimpliciter .i. per demonſtrationem ſimpliciter à credulitate principiorum verorum eſſe impermutabilem, & oportet eſſe ita, vt non magis credantur contraria principiis, quàm ipſa principia; ſed oportet ſcientem ſimpliciter, eſſe impermutabilẽ à ſua ſcientia principiorum. qm̃ ſi permutaretur, aliquando magis crederet principiis falſis, quàm veris.

Petitio. ¶ Dices, quomodo poſſet mutari? Sol. ¶ Nota, aliquis credit huic principio vero, ſ. omne rationale eſt riſibile. ſi poſtea credit aliquando huic, quod eſt cõtrarium, ſ. nullum rationale eſt riſibile, tunc mutatur, ſed verus ſciẽs debet adeo credere vni, qui numquam debet credere alteri.

Petitio. ¶ Dices quare dixit ꝙ oportet ſcientem ſimpliciter eſſe impermutabilem? Sol. ¶ Dicas qm̃ ſcientia per demonſtrationem, eſt æternorum 6. ethic. cap. 4. & 1. poſt. 62. vnde ſcientia eſt inuariabilis, impermutabilis à pari. ſciens hanc ſcientiam, debet eſſe impermutabilis, ſemper credere magis ipſis principiis, quàm concluſioni, qui numquam magis debet credere, magis concluſioni quàm principiis, & adeo debet credere principiis veris, vt nunquam credat eorum oppoſitis, aliter non ſciret rem eo modo, quo eſt, ſed falsò ſciret, vt aſſerit Au. in 4. quæſito poſt. & 2. poſt. 94.

Petitio. ¶ Dices quare dixit, nihil ex contrariis notius, & credibilius eſſe veris principiis, ſicut dixit principia debent eſſe notiora, & magis ſcita, ipſa concluſione. Sol. ¶ Dicas; ꝙ dixit principia eſſe magis ſcita ipſa concluſione: qm̃ tam principia, quam concluſio dicuntur ſcita, magis tamen principia, qm̃ ſcientia analogicè dicebatur de principiis, & concluſione. dixit verò ꝙ nullũ ex cõtrariis principiis, eſt notius principiis veris, qm̃ ſi dixiſſet principia vera, ſunt notiora, & magis ſcita principiis oppoſitis, præſupponeretur, ſcientiam prædicari de principiis falſis, qm̃ comparatiuum præſupponit poſitiuum, modo falſa non ſciuntur 1. poſt. 40. ſed retinentur, & æquiuoca comparatione vſus eſſet, quàm 7. phy. 27. negauit.

Petitio. ¶ Dices ſi fieret ſyllogiſmus ex principiis falſis, nonne opus eſſet magis credere principiis falſis? Sol. ¶ Dicas, quòd verum eſt, tamen oportet credere magis principiis falſis, quàm concluſioni dependenti ab illis principiis, non autem debemus credere magis illis principiis falſis, quàm principiis veris.

Dub. ¶ Amplius demonſtratio falſificat, vt teſtatur Au. in epit. log. ca. de defin. ergo fit ex falſis, & in demonſtratione, debemus credere magis ipſis principiis, ergo magis credimus falſis. Sol. ¶ Dicas ꝙ demonſtratio numquam falſificat, ſed ibi Au. intelligitur ſic .i. negat, qm̃ ſicut datur demonſtratio affirmatiua ſic etiam datur demonſtratio negatiua.

Dub. ¶ Dubitabis 1. prior. cap. 1. ait Ar. ꝙ contrariorum eadem eſt ſcientia. ergo ſi oportet credere magis ipſis principiis veris, oportebit etiam magis credere principiis falſis: qm̃ verum, & falſum ſunt duo contraria. Sol. ¶ Dicitur, ꝙ verum eſt, tamen nota, ꝙ principia falſa non debent eſſe magis credita, quàm principia vera, qm̃ non fit comparatio inter princi-

principia,ſed inter principia; & concluſionem; vnde principia falſa debent eſſe magis credita, quàm concluſio dependens ab illis, & principia vera debent eſſe magis credita, quàm concluſio fluens ab illis principiis veris. ¶ Amplius dicit Au. hic, ꝙ intentio huius libri eſt dinumerare indicia, & conditiones, quæ dum aduenîũt, primis præmiſſis, habetur ſcientia, quod etiam aſſerit in 4. quæſ. poſt. cùm dicit, oportet ꝙ finis artis logices ſit perſcrutatio proprietatum præmiſſarum, quæ ſunt huiuſmodi, & ſuarum conditionum notificandum ipſas, ſed in prologo huius libri, dicit aliter ſ. intẽtio huius libri eſt, ſcrutari demonſtrationes in 1. libro, & definitiones in 2. & definitiones demonſtrationes.

Dub.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ in prologo intelligitur ſic, ſ. intentio libri eſt ſcrutari demonſtrationes; exponit ſe, & dicit quo ad res, quæ procedunt vice materiæ ipſarum, quæ res ſunt præmiſſæ conditionatæ, vnde idem eſt, dicere intentio eſt ſcrutari demonſtrationes quo ad res, quæ procedunt, vice materiæ ipſarum, quod eſt dicere intentio, eſt ſcrutari conditiones præmiſſarum, & ſic nulla eſt dubitatio.

Tex. 18. *Quibuſdam quidem igitur, eo quod oportet prima ſcire, non videtur ſcientia eſſe.*

POSTQVAM Ar. probauit principia demonſtrationis ſimpliciter debere eſſe magis nota, & magis ſcita, quàm ipſa concluſio, quia ſi principia ex quibus eſt demonſtratio, non ſunt eperta, ac nota, imò magis nota, quàm concluſio, tunc concluſio non poſſet fieri nota, quia concluſio nota depẽdet ex principiis notis, ex ignotis enim non dependet notum, cùm ergo ipſa principia debeant eſſe magis nota, & magis ſcita, ex hac cõditione ortæ ſunt duæ falſæ opiniones, quas tamquam quædam dubia Ar. remouere intendit. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. narrat falſas antiquorum opiniones; in 2. ibi (ſupponentes) refert eorum rationes, quantum ad primum narrat primam opinionem, & dicit, verùm pro intelligentia, nota ꝙ dixit Ar. ſupra, ꝙ oportet principia demonſtrationis eſſe magis ſcita, quàm eſt concluſio: quidam antiqui dicebant, ꝙ hoc eſt impoſſibile, quia ſi principia eſſent magis ſcita, tunc eſſent ſcita per alia principia, & illa, per alia, & ſic dabitur proceſſus in infinitum, quod eſt contra Ar. 1. phy. 35, 50. & 3. phy. cap. de infinito, & 1. de gen. an. cap. 1. & quia non datur proceſſus in infinitum, ergo non oportet; ꝙ principia ſciantur, & cùm principia non ſint ſcita, ſequitur ꝙ hæc opinio, ꝙ nullorum eſt ſcientia, per demonſtrationem, ideo dicit Ar. in tex. ſic (quibuſdã quidem igitur eo, ꝙ oportet prima ſcire, non videtur ſcientia eſſe) .i.

Diuiſio tex.

igitur (eo quod) .i. propterea, quod dixit Ar. ꝙ (oportet) .i. eſt neceſſarium (ſcire prima) .i. principia (non videtur ſcientia eſſe) .i. ſunt huius voti, ꝙ nullorum eſt ſcientia, per demonſtrationẽ, quia omnis ſcientia eſt ex præſiſtente cognitione 1. poſt. 1. 2. poſt. 101. & 1. met. 48. 6. ethic. 4. 6. top. in 1. loco definitionis, vnde ſi principia ſcirentur, tunc oporteret ſciri, ex præſiſtente cognitione .i. per alia principia, quod eſt falſum. ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly videtur? ¶ Nota ꝙ hoc verbum multa habet ſignificata, & primum vt dicit apparentiam, & nõ exiſtentiam, veluti ſunt quidam homines, qui volunt apparere, & non eſſe volunt denominari, & exaltari, & gloriari gloria magna ſine labore, & & faſtidio volunt, dici ſcientes abſque, ꝙ ſint digni dici ſcientes, vt aurum pigmentum, apparet aurum, tamen non eſt aurum alio modo, vt dicit imaginem, vt paries videtur albus, Alio modo, vt dicit opinionem, vt ſi dicerem, ita mihi videtur, in hoc dicendum .i. hæc eſt opinio mea, Alio modo, pro conuenit vt 2. de anima 11. Alio modo, pro certe ſine dubitatione, vt dicit veritatem, & certitudinem in rebus veris, & famoſis. 1. de anima 19. quibus ſignificatis ſic ſtantibus dicitur ꝙ Ar. hic ſumit, ly (videtur) pro vt dicit opinionem, q. d. quibuſdam videtur .i. quorumdam hæc eſt opinio.

Dub. Sol.

Quibuſdam verò eſſe quidem, omnium tamen eſſe demonſtrationem.

CVM retulit primam antiquorum falſam opinionem, aſſerentem nullorum eſſe ſcientiam, per demonſtrationem, nunc recitat ſecundam opinionem, de directo contrariam primæ, quæ aſſerit omnium eſſe ſcientiam, per demonſtrationem, & quidquid ſcitur, nõ ſcitur alia ſcientia: niſi per demonſtrationem, & dicit, ſic quibuſdam verò eſſe, quidem .i. quibuſdam aliis antiquis differentibus à primis: videtur eſſe ſcientiam, per demonſtrationem, concedunt dari ſcientiam, per demonſtrationem, immò omnia quæ ſciuntur, non ſciuntur, niſi per demonſtrationem, & dicit omnium tamen demonſtrationẽ eſſe .i. tam principiorum, quàm concluſionum, committendo circulum, ſ. ſcire concluſionem, per principia, & principia per concluſionem. ¶ Dices quæ opinio eſt vera? ¶ Reſpondet, & dicit.

Quorum neutrum neque verum, neque neceſſarium.

CVM Ar. recitaſſet ambas opiniones ad inuicem contrarias: quarum prima negabat, ſecunda verò aſſerebat ſcientiam, per demonſtra-

monſtrationem ſimpliciter. Prima namque opinio dicebat, ꝙ nullorum eſt demonſtratio Secunda verò opinio affirmabat, ꝙ omnium eſt demonſtratio .i. omnia, tam principia, quàm concluſiones, ſciuntur per demonſtrationem, nunc vtramque opinionem, tamquã falſam refutare intendit, ſeruans perfecti iudicis ritum, qui vt ipſe dicit 3. met. 1. partibus, & rationibus oppoſitis, auditis perfectè iudicat, vnde ſi aliquis quæreret, dicens, ò Ar. iſtæ opiniones ſunt ambæ veræ, vel ambæ falſæ, vel vna vera, reliqua falſa? ¶ Reſpondet & dicit, (quorum) ſ. inconuenientium dictorum, ab iſtis Antiquis, tam primis, quàm ſecundis (neutrum).i. nullum (neque verum).i. non eſt verum, ſed falſum (neque neceſſariũ) ſed contingens, verùm non contingens, quod poteſt eſſe, ſed contingens impoſſibile, quod nullo modo poteſt eſſe, falſum enim eſt. Primum dictum ſ. ꝙ nullorum eſt ſcientia per demonſtrationem nec principiorũ, nec concluſionum, falſum etiam eſt, ſecundum dictũ, ſ. ꝙ omnium eſt ſcientia, per demonſtrationem, tam princioiorũ, quàm concluſionum.

Dub. ¶ Dices duæ negationes affirmant: dixit enim Ar. neque verum, neq; neceſſarium: vbi

Sol. vſus eſt duplici negatione. ¶ Dicas, ꝙ tunc duæ negationes affirmãt: quando cadunt ſuper idem prædicatum, dicendo homo non eſt animal, ſed quando cadunt ſuper diuerſa prædicata, tunc negant, vt homo, neque eſt lapis, neque murus, & hoc modo, ſumitur hic dicit enim Ar. neque verum, neque neceſſa-

Dub. rium. ¶ Dices, cùm neceſſariũ dicatur duobus modis, ſimpliciter, & ſm̃ quid, quod neceſſarium ſm̃ quid, idem eſt, quod vtile, quan do dicit Ariſt. ꝙ non eſt neceſſarium quod

Sol. neceſſarium intelligit? ¶ Dicas, ꝙ dicere, nullorum eſt ſcientia per demonſtrationem, & dicere omnium eſt ſciẽtia per demonſtrationem, nec eſt neceſſarium ſimpliciter, nec ſm̃ quid: id eſt nec vtile, modo id, quod non eſt vtile, eſt nociuum, offendit potius ſcientiam, ideo negãdum à ſcientia, & ab ipſa ex-

Petitio. pellendum. ¶ Dices, quomodo ambæ opinio-

Sol. nes ſunt falſæ? ¶ Nota ex 1. periher. cap. 5. propoſitiones contrariæ, in figura ambæ ſunt falſæ, vt omnis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus: ſub contrariæ, ambæ ſunt veræ, vt quidam homo eſt iuſtus, quidam homo non eſt iuſtus, & qm̃ iſtæ duæ propoſitiones, ſunt contrariæ, ideo ambæ ſunt falſæ, ſubcontrariæ verò ambæ ſunt veræ, vt aliquorum eſt ſcientia per demonſtrationem, aliquorum

Replica. non eſt ſcientia per demonſtrationem. ¶ Dices contra 1. per. c. 5. dicit Ar. ꝙ contrariarũ

Sol. vna vera, & alia eſt falſa. ¶ Dicitur, ꝙ in materia neceſſaria, vna contraria eſt vera, reli-

Replica qua falſa, nõ in materia contingente. ¶ Contra illa, quorũ particularia ſunt neceſſaria, illa etiam ſunt neceſſaria; ſed ſubcontrariæ, quæ ſunt particulares, ſunt neceſſariæ, vt aliquorum eſt demonſtratio, & aliquorum non eſt demonſtratio, ergo vniuerſales etiã ſunt neceſſariæ, ergo non erunt ambæ falſæ, ſed vna vera, & reliqua falſa. ¶ Dicitur, ꝙ aliud

Sol. eſt dicere neceſſariò, aliquorum eſt demonſtratio, & aliquorum non eſt demonſtratio: & aliud eſt dicere, ꝙ propoſitiones ſunt neceſſariæ, tunc dicitur, ꝙ iſtæ ſubcontrariæ non ſunt neceſſariæ, ſed neceſſario ſequitur ꝙ aliquorum eſt demonſtratio, & aliquorum non eſt demnnſtratio.

Supponentes enim non eſſe omnino ſcire, hi in infinitum exiſtimant reduci.

Cvm Ar. recitauit duas opiniones falſas; prima enim dicebat, ꝙ nullorum eſt ſcientia per demonſtrationem; ſecunda verò ꝙ omnium eſt ſcientia per demonſtrationem, nunc declarat diſtinctè, vtraſq; opiniones, & ſuas rationes, quantum ad primum dicit, ſupponentes enim, non eſſe omnino ſcire .i. omnes qui dicebant ex eo, ꝙ non dantur primò nota, nullorum eſſe ſcientiam, & demonſtrationem, hi in infinitum exiſtimant reduci .i. hac ratione vtuntur ad probandum hanc conſequentiam, ſ. qm̃ contingit reduci in infinitum, in ſcitis, vbi non dantur prima nota, cui pro maiori, additur minor, ſed vbi reductio in infinitum non eſt ſcientia. ergo ſi non prima nota, nõ erit ſciẽtia clarius (ſupponentes).i. illi qui firmiter ſupponunt (omnino non eſſe ſcire).i. ꝙ nullorum eſt ſcientia per demonſtrationem, hoc ſuppnnunt, qm̃ (exiſtimant) .i. certè credunt, ꝙ ſi daretur ſcientia principiorum (redndi in infinitum).i. ſequeretur proceſſus in infinitũ, qm̃ illa principia oporteret ſciri per alia, & illa per alia, & illa per alia, & ſic in infinitum: & qm̃ non datur proceſſus in infinitum 1. phy. 35. 50. 3. phy. cap. de infinito, & 1. de gen. an. cap. 1. ſequitur opinio eorum, ꝙ nullorum eſt ſcientia per demonſtrationem.

Tamquam non ſcientes poſteriora per priora quorum non ſunt prima.

Cvm Ar. aſſignauit rationem illorum, qui dicebant ꝙ nullorum eſt ſcientia per demonſtrationem, qm̃ non dantur prima nota, nunc dat medium, quo illi probãt maiorem, ſ. vbi proceſſus in infinitum, ibi nõ eſſe ſcientiam, & dicit ſic illi, qui habent ſcire aliqua poſterius, ſcienda per aliqua prius nota, non poſſunt illa ſcire, ſi non habent primò nota, ad quæ debet eſſe ſtatus, & non ab alio, vel per aliud, ſed per ſe debent eſſe nota, ſed vbi eſt decurſus in infinitum, non eſt ſtandum ad

prima

Digitized by Google

prima nota, ergo vbi decurſus in infinitum, non poteſt haberi ſcientia maior, ſic declaratur, nam ſi aliquod poſterius ſciẽdum, per prius notum eſt ſciendum, & omne notum, non eſt notũ niſi per aliud, & illud per aliud, & ſic non deueniendo ad aliquod, primo notũ cùm illud depẽdeat ab alio, & illud aliud ab alio, & ſic in infinitum, nunquam prioris erit ſcientia, & ſi non prioris, ergo neque poſterioris erit ſcientia acquirenda.

Rectè dicentes, impoſſibile namque infinita pertranſire.

Cvm Ar. notificauit antiquorum falſas opiniones, & ambas, tamquam erroneas recuſauit, nunc vnam ipſarum laudare intendit. aliquis enim poſſet dicere, ò Ar. iam determinatum eſt, ꝙ vtraque prædicta opinio eſt falſa, vellem ſcire, quæ ipſarum quodammodo rectè dicit? ¶ Reſpondet dicens, illa opinio rectè dicit, quæ aſſerit; ꝙ (impoſſibile eſt pertranſire infinita) .i. quæ dicit, ꝙ non datur ſcientia per demõſtrationem, qm̃ non datur proceſſus in infinitum. ¶ Dices ſi dicit rectè, ergo non eſt falſa. ¶ Dicas, verùm nota, ꝙ ambæ poſitiones ſunt falſæ, & committunt errorem, tamen vna minus quàm reliqua, vnde quando dicit Ar. (rectè) intelligitur ſic: licet vtraque opinio ſit falſa, & committat errorem, tamen illa, quæ dicit, ꝙ non datur proceſſus in infinitum (rectè dicit) .i. committit minus peccatum, & minorem errorem, quàm illa quæ aſſerit, ꝙ omnium eſt ſcientia per demonſtrationẽ: ſicuti etiam Ar. fecit, 1. phyſic. 41. quando fecit electionem inter opiniones Empedoclis, & Anaxagoræ.

Dub.
Sol.

Tex. 19. *Et ſi ſtent, ac ſint principia, hæc eſſe ignota, cum demonſtratio de ipſis non ſit, quod dicunt eſſe ſcire ſolùm, ſi verò non eſt prima ſcire, neque quæ ex his, eſſe ſcire ſimpliciter, neq; propriè, ſed ex ſuppoſitione ſi illa ſint.*

Postqvam Ar. induxit primam rationem antiquorum negantium demonſtrationem, dicit ergo Ar. (Et ſi ſtent) ſi verò non eſt proceſſus in infinitum, in principiis, ſed ſtatur in eis, & quieſcimus in eis, cùm enim peruenetimus ad illa vlterius, non procedimus (hæc ignota eſſe) .i. oportet ipſa principia ignorari, & probat Ar. hanc conſequentiam quando dicit (cùm demonſtratio non ſit ipſorum) .i. oportet ignorari, & eſſe ignota principia, ſi datur ſtatus in eis, qm̃ non habent principia, per quæ demonſtrantur, qm̃ omnes dicunt Antiqui, ꝙ quicquid ſcitur, demonſtratione ſcitur, deinde concludit Ar. dicens (quod ſi non eſt, prima ſcire) .i. ſi principia non ſciuntur, poſteriora etiam nec oportet ſcire ſimpliciter, neque propriæ, ſed ſolùm ſub hac conditione: ſi principia ſunt, vnde ſequitur, ꝙ cum priora, nec poſteriora ſciuntur, ꝙ nullorum eſt demonſtratio, vt dicunt Antiqui, ſiue procedatur in infinitum, in ipſis principiis, ſiue ipſa principia ſtent, ſemper ſequitur ſm̃ ipſos, ꝙ nullorum eſt demonſtratio. ¶ Dices, quid intelligit Ar. per ſcire ſimpliciter, & per ſcire propriè? ¶ Dicitur, ꝙ per ſcire ſimpliciter, intelligit illud, quod fuit definitum in tex. 7. quod eſt per cauſam notam nobis, & natura, & per ſcire propriè intelligit illud, quod habetur per effectum proprium, tamquam per medium, quod 1. poſt. 65. ab Ar. declaratur, quo ſic ſtante, legas textum ſic, ſi principia non eſt ſcire, non ſolùm, non datur ſcire ſimpliciter, quod eſt per cauſam, ſed etiam non datur ſcire propriè, quod eſt per effectum proprium, ſed daretur ſcire ex ſuppoſitione, ſi illa ſunt. ¶ Quid intelligit Ar. per ſcire, ex ſuppoſitione? ¶ Reſpondet Au. & dicit, ꝙ ars ſumit demonſtratum ab alia arte, & ſupponit; ibi eſſe demonſtratum, q.d. ſi veniendum ad præmiſſas ignotas, non fieri ſcientiam, per eas: niſi ex ſuppoſitione ſ. ſupponendo illa, eſſe demonſtrata in alia arte, quæ ſcientia ex ſuppoſitione 1. top. 1. ſcientia topica eſt, nam quæ omnium conſenſu, vel plurium, vel præcipuorum, in arte ſumuntur opinatæ præmiſſæ, opinionem generant, quæ ſcientia topica ex ſuppoſitione impropriè dicitur, nam, vt dicit Au. qñ ſupponuntur notæ, non ſunt tamen notæ per ſe, faciunt demonſtrationem ex ſuppoſitione, ſcilicet topicam, cùm verò ſunt notæ de ſe, faciunt ſcientiam, vnde inferunt adhuc non eſſe ſtandum, ſed oportet procedere ad ſciendum ſuppoſita, per præmiſſas, ſi ſciẽtiam debent facere, & ſic, vel non ſcientia, vel proceſſus in infinitum, & erit idem ſcilicet non eſſe ſcientiam, & ſi erit, non vera ſimpliciter per cauſam, neque per effectum, ſed cum conditione, ſupponendo illa eſſe, quod non ſcire verũ, ſed tantum opinatũ, & ſic nullo modo datur ſcientia perfecta, vt dicunt Antiqui.

Dub.
Sol.

Tex. 20. *Alij autem ipſum quidem ſcire confitentur, per demonſtrationem enim eſſe ſolùm, ſed omnium eſſe demonſtrationem, nihil prohibere contingere enim circulo fieri demonſtrationem, & ex ſe inuicem.*

Vbi Ar. primam opinionem diſtinctè narrauit, & eius rationem, qua probant huius opinionis auctores, ꝙ nullorum eſt ſcientia, nunc diſtinctè narrat ſecundam opinionem, quæ aſſerit, ex eo ꝙ non dantur primò nota omnium eſſe ſcientiam; ſed Nota, quòd

Digitized by Google

hæc opinio tria ſupponit, quorum primum eſt, ꝙ ſcire ſimpliciter eſt bene definitum in tex. 7. ſecundum eſt, ꝙ omnia poſſunt ſciri tali demonſtratione ſimpliciter, tertium eſt, ꝙ principia demõſtrationis ſimpliciter, non faciunt ſcire concluſionem: niſi ſint ſcita, & nota, quibus præhabitis, Antiqui dicunt intentionem eorum probantem, ꝙ non dantur prima per ſe nota, ſed omnia ſunt ſcita per demonſtrationem ſimpliciter, circulo hoc modo, ſ. præmiſſæ, quæ faciunt ſcire concluſionem, aut ſunt nntæ, & ſcitæ, aut ignotæ: nõ eſt dicendum, ꝙ ſunt ignotæ, qm̃ ex ignotis nihil infertur 2. phy. 6. & 2. prior. 17. ergo neceſſe eſt, vt ſint ſcitæ, & notæ, & nõ niſi per demonſtrationem ſimpliciter, per illud ſuppoſitum, quia nihil ſcitur apud eos, niſi per demonſtrationem ſimpliciter, quo ſtante ſi principia ſunt nota, aut per alia principia, aut per concluſiones, ſi per cõcluſiones, tunc dicunt, ꝙ habent intentum ſcilicet, ꝙ circulo principia ſciuntur, per concluſionem in demonſtratione ſimpliciter, qm̃ non datur aliud ſcire, per ipſos, & concluſio per principia, & per demonſtrationem ſimpliciter, ſi verò dicitur, ꝙ principia ſciuntur per alia principia: tunc quærunt de illis aliis principiis: aut ſunt ſcita, aut non, ſi ſunt ſcita, aut per alia principia, aut per concluſionem, ſi per concluſionem, habent intentum, ſi per principia, tunc quæritur de illis, & ſic ſequetur proceſſus in infinitum, ſed non datur proceſſus in infinitum, ergo melius eſt dicere, ꝙ omnia ſciuntur demõſtratione circulari ſimpliciter, hoc modo, ſ. principia per concluſionem, & concluſio per principia, & non dantur per ſe nota, & ſcita, ſed omne notum eſt per demonſtrationem, his declaratis Ar. recitat ſententiam illorum, & rationem, & dicit, (alij autem) ſ. antiqui (confitẽtur. i. pro confeſſo) habent (ipſum ſcire). i. ꝙ datur ſcire, ſ. per demonſtrationem, & conueniunt in principiis logices: qm̃ inter alia principia, quæ conceduntur in logica, vnum eſt: quod datur ſcire, vt dicit Au. 3. cæli 4. tamen nota, ꝙ ſi iſti conueniunt in hoc, ſ. ꝙ datur ſcire, tamen differunt, qm̃ dicunt, ꝙ non datur aliud ſcire, niſi illud, quod eſt ſolum per demonſtrationem, & non inconuenit, ꝙ omnium ſit demonſtratio, nam circulo contingere fieri, ex ſe inuicem nil inconuenit, ſupple. i. ex ſe inuicem, ſ. ex principiis inferre concluſionem, & ex cõcluſione inferre principia: circulo nihil incõuenit: immo eſt neceſſarium, q. d. antiqui ad hoc, vt ne detur proceſſus in infinitum, & detur ſcire ſimpliciter, & vnum per alterum demonſtretur, & è conuerſo, vnde conſtrue textum hoc modo Alij autem ipſum ſcire confitentur, ſolùm eſſe per demonſtrationem ſimpliciter, & nihil prohibere. i. nullum eſſe inconueniens (omnium). i. tam principiorum, quàm concluſionum eſſe demõſtrationem circularem, & ex ſe inuicem, & ꝙ demonſtratio circularis ſit poſsibilis, antiqui probant, hoc exemplo, v. g. omne diſciplinabile, eſt riſibile, omnis homo eſt diſciplinabilis, ergo omnis homo eſt riſibilis, & contra, omnis homo eſt riſibilis, omne diſciplinabile eſt homo, ergo omne diſciplinabile eſt riſibile. ¶ Dices, quid eſt circulus? ¶ Reſpondet Themiſtius 1. de anima cap. 1. & dicit ꝙ circulus, ſeu regreſſus eſt obambulatio quædam circularis, dico quædam obambulatio. i. contra ambulatio, nam prius ambulamus à præmiſsis, ad concluſionem, & obambulamus. i. contra ambulamus, à concluſione ad præmiſſas, inſuper Themiſtius ſumens ab Ar. 1. poſt. 20. & 21. metaphoricæ circulum, nam ſicut in motu circulari, ab vno puncto incipientes, ad idem reuertimur, ita in motu intentionali incipimus à præmiſſis ad concluſionem, & deinde à concluſione ad præmiſſas reuertimur, & eſt metaphoricæ circularis proceſſus ab eodem, ad idem, adeſt etiam alia declaratio 1. poſt. cap. 6. vbi ſic dicitur regreſſus, ſeu demonſtratio circularis, eſt demonſtratio eorum, quæ conuertuntur, id eſt præmiſſæ, cum concluſione ad inuicem, id eſt vna, per aliam, id eſt, demonſtrant concluſionem, per præmiſſas: & præmiſſas, per concluſionem eſt demonſtratio adinuicem, & hanc Au. vocat demonſtrationem reciprocã, hac de cauſa, quia præmiſſæ, & concluſio ſe mutuò, & reciprocè adinuicẽ monſtrant: quod ſumitur ab Ar. 1. poſt. 91. & 96. vbi ait contingit alterum per alteram monſtrari ad inuicem mutuò, & reciprocè.

Petitio. Reſponſ.

Nos verò dicimus, non omnem ſcientiam demonſtratiuam eſſe, ſed eam, quæ immediatorum eſt indemonſtrabilem

Tex. 22. Idem 4. met. 9. 3. met. 4. 2. poſt. 154.

Cvm Ar. narrauit duas Antiquorum ſententias oppoſitas, & vtraſque falſas, cum earum rationibus, nunc reſpondet rationibus ambarum opinionum, & ſuam reſponſionem veram eſſe manifeſtat. ¶ Diuiditur iſte tex. in 2. partes, in 1. reſpondet rationibus vtriuſque opinionis, in 2. ibi)& quod hoc) declarat veritatem ſuæ reſponſionis, quo igitur ad primum, dicit Ariſt. (nos verò dicimus, non omnẽ ſcientiam demonſtratiuam eſſe) ſed nota, ꝙ Ar. vna reſponſione ſoluit rationes ambarum partium, qm̃ videns Ariſt. ꝙ ambæ opiniones conueniunt in hoc, ſ. ꝙ quidquid ſcitur, ſcitur demõſtratiuè, nunc ipſe reſpondendo, negat illud præſuppoſitũ & loquitur in numero plurali (nos verò dicimus non omnem ſcientiã demonſtratiuam eſſe). i.

Diuiſio tex.

nos

Digitized by Google

nos reſpondemus,negando illud præſuppoſitum:qm̃ non omne quod ſcitur,ſcitur per demonſtrationem, & per conſequens ruunt rationes vtriuſque partis, dixit (nos)in plurali,tum propter philoſophicam reuerentiam, cùm etiam,vt aliorum auctoritate ſuam confirmaret opinionē, & ſcias, ꝙ mos eſt Ar. qñ ipſe ſolus inuenit aliquod notatu dignũ,ſemper loquit̃ in numero ſingulari,veluti 1.prior. cap. 1. qñ dixit (terminum autem voco)& 1. periher.cap.de nomine,&verbo,qñ dicit non homo,non eſt nomen; ſed ſit nomen infinitũ, vnde his quatuor dictis vtitur Ar. ſ. dicatur, vocetur,voco (ſit) quæ ſunt, quædam verba oſtendētia propriã auctoritatem,ſolet etiam Ar.loqui in plurali, vel vt philoſophica vtatur reuerentia, vel vt aliorum auctoritate ſuam confirmet poſitionem, & qm̃ reſpondendo dixit, ꝙ non quicquid ſcitur, per demonſtrationem ſcitur, ſtatim declarādo addidit,quæ ſunt illa,quæ ſciuntur: & nō ſciuntur per demonſtrationem: & ait (immediatorum indemonſtrabilem) .i. ipſa principia immediata ſciuntur:& non per demōſtrationem,& ſic aliquorum eſt ſciētia, quæ non demonſtrantur, adeo ꝙ Ar. ſic dicit, ꝙ veritas conſiſtit in duabus propoſitionibus ſubcontrariis, quæ ſunt ambæ veræ, & ſunt iſtæ aliquorum eſt demonſtratio,vt mediatorum, & aliquorum non eſt demonſtratio, vt immediatorum contrariæ, ſunt ambæ falſæ omniũ eſt demonſtratio,quæ eſt vniuerſalis affirmatiua,& nullorũ eſt demōnſtratiò,quæ eſt vniuerſalis negatiua quas eſſe veras,impoſſibile eſt 1.periher.cap.5. ¶ Dices, quid intelligit Ar.per mediata? ¶ Dicas illud eſt mediatum quod habet medium,per quod poteſt demonſtrari, vt ſunt omnia eſſentialia accidentia, quæ habent cauſam mediã, per quam demonſtrantur de ſuis ſubiectis, vt riſibile demonſtratur de homine per rationalitatem. ¶ Dices,quæ ſunt immediata? ¶ Dicas,ꝙ ſunt principia demonſtrationis ſimpliciter, quæ carēt medio, ſeu cauſa, per quod medium poſſunt demonſtrari, vnde dicas, ꝙ mediatorum .i. quæſitorum accidentium eſſentialium,eſt demonſtratio,ſeu ſcientia demōſtratiua, & hæc ſunt demonſtrabilia immmediatorũ .i.principiorum,non eſt demonſtratio, nec ſcientia demonſtratiua. ¶ Dices,ſi aliquis non cognoſcit, quorum non debet, eſſe demonſtratio, quid contingeret? ¶ Dicas cum Ar.4. met.9. vbi ſic inquit,eſt enim ignorantia, neſcirere quorum oportet quærere demonſtrationem, & quorũ non etenim omnino impoſſibile eſt omnium eſſe demonſtrationem, in infinitum namque progrederetur,quod 3.met.4. Ar.ſic dicens,confirmat, de omnibus enim demonſtrationem eſſe impoſſibile eſt, ſi quidem neceſſe eſt, ex quibuſdam, & circa quippiam, & quorumdam demonſtrationem eſſe, quod etiam 1. poſter. 154. luce clarius fateri videtur.

Petitio. Reſponſ. Petitio. Petitio. Sol.

Quodque hoc ſit neceſſarium, manifeſtum, ſi enim neceſſe, quidem ſcire priora, & ex quibus demonſtratio eſt, ſtant autem aliquando immediata, hæc indemonſtrabilia, neceſſe eſt eſſe.

Postqvam Ar. ſoluit opiniones, & antiquorum rationes, nunc intēdit manifeſtare ſuam reſponſionem eſſe veram,ſ.ꝙ nō omnia quæ ſciuntur,ſciuntur demonſtratiuè,qm̃ aliqua ſciuntur, non per demonſtrationem, & hoc probat de principiis immediatis, quæ neceſſariò oportet ſciri (ſi enim neceſſe eſt, ſcire priora)non enim dici debet,ꝙ principia,ex quibus eſt demonſtratio,ſunt ignota, qm̃ debent eſſe nobis nota:& natura, ergo oportet neceſſariò eſſe nota,& ſcita (ſtant autem aliquando immediata) : i. ſed quia ſunt immediata ipſa principia :i. non habent alia priora,per quæ demonſtrantur,nam hoc eſt principium immediatum,vt in tex.13.dictum eſt quo non eſt aliud prius,tunc concludit Ar.& dicit (hæc indemonſtrabilia; neceſſe eſt eſſe) .i.ſequitur neceſſariò,ꝙ reſponſio Ar. eſt optimè aſſignata, ꝙ ſ. aliqua ſciuntur per demonſtrationem,aliqua verò non ſciuntur per demonſtrationem,& ſit ſenſus literæ, quodq; hoc ſit neceſſarium,ſ. ꝙ dentur aliqua primò nota,quorum non eſt demonſtratio, manifeſtum, nam ſi poſteriora, vt etiam ipſi antiqui dicebant,non ſciuntur;niſi per priora,ex quibus eſt demonſtratio,de rebus poſterioribus ſed ipſa priora ſtant aliquando immediata, ergo hæc priora indemonſtrabilia,neceſſe eſt eſſe,& per ſe nota,& ſcita.

Hæc igitur ita dicimus, & non ſolùm ſcientiam, ſed & principium ſcientiæ eſſe quoddam dicimus, quo terminos cognoſcimus.

Nvnc Ar.remouet dubitationem,quam aliquis poſſet mouere, qm̃ dictum eſt, quòd principia non ſciuntur per demonſtrationem, dubitatur, ſi non ſciuntur per demonſtrationem,quo modo ſciōtur,ideo vult dare modum cognoſcendi principia,ex quo poſſumus reſpondere ad formam rationis antiquorum,ideo dicit in textu (hæc igitur ita dicimus).i.ſi neſcis,qùo principia fiunt nota,& ſciuntur,dicimus, ꝙ ſunt nota, non per demonſtrationem, quæ eſt inſtrumētum ſcientiæ concluſionis,nam non ſolùm dicimus reperiri ſcientiam acquiſitam per demonſtrationem,ſed dicimus eſſe quoddam aliud principiũ ſciētiæ, ꝙ eſt cauſa principalis,quæ eſt intellectus,quo intellectu,vt cauſa principali

Digitized by Google

debet eſſe magis perfecta, qm̄ eſt ſciētia per ſe. Dub. ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly omnia, aut quædam? Sol. ¶ Nota, ꝙ ſcientia de rebus, poteſt eſſe duobus modis, vel de per ſe notis, vel de rebus ignotis, illa quæ eſt de per ſe notis eſt dignior, & perfectior illa ſcientia, quæ eſt de rebus per ſe ignotis. Nota aliud, ꝙ principia ſunt duobus modis, quædam per ſe nota, quæ non ſciuntur per demonſtrationem, quædā verò ſunt principia ignota, quæ ſciuntur per demōſtrationem. Quibus ſtantibus, Dicitur, ꝙ ſcientia illorum principiorum, quæ ſunt per ſe nota, eſt magis ſciētia, quàm illa, quæ eſt concluſionū, ſed ſcientia illorum principiorum, quæ ſciuntur per demonſtrationem, non eſt magis ſcientia, quàm ſciētia concluſionum, qm̄ ambo ſunt acquiſita per demonſtrationem, & ideo dixit, aut omnia, aut quædam; q. d. ꝙ non omnia principia ſunt magis ſcita .i. perfectiori ſcientia, quàm concluſio; ſed (quædam) .i. illa, tantum, quæ non ſciuntur per demonſtrationem.

Semper enim propter quod eſt vnumquodque, illud magis eſt.

Nvnc Ar. probat conſequentiam hypoteticam cathegoricè. vt bene inquit Au. ſumendo hanc regulam, pro maiori ſ. ſemper enim, propter quod vnumquodque eſt, illud magis eſt, coniungendo antecedens pro minori, quod fuit hoc ſcilicet, ꝙ præmiſſæ ſunt cauſa ſcientiæ, concluſionis, inferendo conſequentiam ſupra datam, ergo præmiſſæ debent eſſe magis ſcitæ: q. d. Ar. ſi concluſio eſt nota, & ſcita propter præmiſſas, ergo præmiſſæ debent eſſe magis notæ, & ſcitæ, quàm concluſio: qm̄ vnumquodque, quod eſt tale, propter aliud, illud eſt magis tale: ſed concluſio eſt talis .i. nota, & ſcita propter principia. ergo principia debent eſſe magis, talia .i. magis nota, & magis ſcita, quàm concluſio. Dub. ¶ Dices, ſi oportet magis ſcire principia quàm concluſionem: tunc ſequitur proceſſus in infinitum: qm̄ principia ſcirentur per alia principia. Sol. ¶ Dicas, ꝙ principia non ſciuntur magis per principia, ſed ſciūtur ſcientia per ſe, quæ ſciētia per ſe eſt magis .i. perfectior, q̄ ſcientia per demonſtrationē, & ſic ruit ratio.

Vt propter quod amamus, illud amicum magis, quare ſi quidem ſcimus, per prima, & credimus, & illa ſcimuſque, & credimus magis, quoniam per illa, & poſteriora.

Et qm̄ mos eſt, Ar. res difficiles, exemplo manifeſtare, nunc vt doctrina fiat manifeſtior, exemplo vult declarare: quod dictum eſt, & dicit, (Vt propter quod amamus illud, amicum magis:) (vt) ſi tu non intelligis regulam ſupradatam ſ. propter quod vnumquodque tale & illud magis pro intelligētia datur hoc exemplum. Nos amamus aliquē amicum, propter aliquod: ergo magis amamus illud, propter quod amamus amicum: v. g. Franciſcus mittit munus Antonio. Antonius amat Franciſcum, propter munus. ergo magis amat munus quàm Franciſcum, & hinc intelligas textum: ſic ſicuti diximus; (quare ſi quidē ſcimus, per prima .i. per principia, & credimus, & illa ſcimuſque, & credimus magis: qm̄ per illa, & poſteriora) q. d. Ar. ſi nos ſcimus poſteriora .i. concluſiones propter principia: ergo magis ſcimus principia, quàm concluſiones: Dub. ¶ Dices, quid intelligit Ar. per ly. (poſteriora?) Sol. ¶ Dicas, ꝙ intelligit concluſiones: Petitio. ¶ Et quare concluſiones vocantur poſteriora? Reſponſ. ¶ Dī, qm̄ effectus, & operatio ſemper eſt poſterior ipſa cauſa in eſſe. & qm̄ concluſiones ſunt effectus, & operationes, ideo vocātur poſteriores: vt dicit Ar. in libro de motu an. cap. 4. Dub. ¶ Dices, ſi cōcluſio dicitur poſterior: & omne poſterius eſt relatiuum ad prius, vellē ſcire, quodnam eſt illud prius reſpectu cuius concluſio dicitur poſterior? Sol. ¶ Dicas, ꝙ ſunt ipſa principia: Dub. ¶ Dices quare principia dicuntur priora? Sol. ¶ Dicas, qm̄ ſunt cauſa, vt 1. poſt. 11. Ar. Dub. ¶ Dices, quare principia ſunt cauſa? Sol. ¶ Dicas qm̄ continent medium, quod eſt cauſa, 1. poſt. 1. Au. ex quibus omnibus latè patet, ꝙ principia quæ ſunt cauſa, vt ipſa concluſio ſciatur, ꝙ ipſa principia ſunt magis ſcita. Dub. ¶ Sed qm̄ dictum eſt; ꝙ aliquis amat amicum propter munus, ergo magis amat munus: vellē ſcire, qui ſunt iſti homines, qui amāt magis munera quàm amicum? Sol. ¶ Reſpōdet Ar. in libro de phyſiognomica, & dicit, ꝙ illi ſunt amatores munerum, quibuſcūque eſt ſuperius labium eleuatum, & forma proni, & rubicundi. Dub. ¶ Iterum dices, quid eſt amicitia? Sol. ¶ Eſt ſciendum ꝙ amicitia depingitur hoc modo, videlicet iuuenis forma, diſcooperto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cuius fimbria ſcriptū erat, mors, & vita; in fronte æſtas, & hyems; habebatq; latus apertū vſque ad cor, & brachium inclinatum, digito cor oſtendens; ibi ſcriptū erat longe, & prope. Dub. ¶ Dices, declara ſingulorum verborū ſignificationem? Sol. ¶ Dicas, ꝙ forma iuuenilis indicat amicitiā ſemper recentem, nullaq; temporis diuturnitate tepeſcentem. Nudum caput, vt omnibus pateat, & amicus nullo vnquam tempore amicū ſuum publice confiteri erubeat. Rude autem indumentū oſtendit, vt amicus nullā arduam, extremamq; inopiā pro amico ſubire non recuſet. Vita, & mors, in veſtimento ſcribuntur, nam qui verè diligit, vſque ad mortē amat. Æſtas, & hiems, quia in proſperis, & in aduerſis æquam amicitiā ſeruat. latus apertum

tum habet vſque ad cor, quia nihil amico celat. Brachium inclinat, & digito cor oſtendit, vt opus cordi, ꝙ cor verbis correſpondeat. longè & propè ſcriptum eſt; quin vera amicitia nullo tempore abolet; nulla locorum intercapedine, amicum ſeparat. hinc Nota, ꝙ dicit ſapiens, amico fideli nul a eſt comparario, & vel ſoli qm ſi ceciderit, non habeat ſubleuantem, ſubleuat autem amicus diues, pauperem in neceſſariis ſubueniendo, & pauper diuitem protegẽdo, iuuenis ſenem fouendo, & conſolando, ſenex autẽ iuuenem à via mala reuocando. ſequitur ergo vt bene inquit Quintilianus, non reperio quid in rebus humanis excogitauerit natura præſtantius amicitia. ¶ Sed dices ſi regula Ar. eſſet vera ſ. ſemper propter quod, vnumquodque tale; & illud magis: ſequeretur ꝙ vinum eſſet magis ebrium, quàm homo, quod eſt falſum, qm homo eſt ebrius propter vinum, tamen vinum non eſt magis ebrium. ¶ Amplius homo moritur propter enſem, enſis tamen non magis moritur. ¶ Et Sortes ſaltat propter muſicam, muſica verò nõ magis ſaltat. ¶ Vetula filat propter animam, anima verò non magis filat. ¶ Homo intelligit propter animã, 1. de anima 64. 2. de anima 37. anima tñ non magis intelligit. ¶ Amplius aurum eſt graue propter terrè, terra autẽ nõ eſt magis grauis auro. ¶ Ferrum ignitum eſt calidius igne, ignis verò non eſt calidior ferro ignito. ¶ Et materia prima eſt, cauſa corruptionis 1. phy. 79. 63. 7. met. 53. & 1. cæli 20. & tamẽ non magis corrumpitur; qm eſt ingenita, & æterna 1. phyſic. 82. & multæ aliæ poſſunt duci inſtantiæ. ¶ Pro quarum ſolutione. ¶ Nota, ꝙ prædicata, & nomina quæ conueniunt, ſubiectis ſunt tribus modis. Quædam enim ſunt prædicata vniuoca; Quædam æquiuoca, & quædam analoga: tunc dicitur, ꝙ regula Ar. eſt vera tantùm in prædicatis analogicis, non in vniuocis, nec in æquiuocis. ¶ Dices quæ ſunt prædicata analoga? ¶ Dicas ꝙ quando ſunt duo, quibus competit vnum prædicatum: tamen vni, vt cauſæ, & alteri, tamquam cauſato, tunc illud prædicatum dicitur analogũ, vt calor competit igni, & aquæ; tamen igni, vt cauſæ, & aquæ, vt cauſato: magis enim competit igni, quàm aquæ, qm aqua eſt calida propter ignem. Ex quibus oritur hæc regula, quoties eſt aliqua diſpoſitio recipiens magis, & minus formaliter denominãs cauſam, & cauſatum, & competit cauſato propter cauſam, ſemper per prius & ſimpliciter dicitur de cauſa, & poſterius, & ſm quid, dicitur de cauſato. quod etiam Au. aſſerit in com. 10. qm inquit, quidquid autem eſt cauſa eſſendi, aliquã rem ſub aliqua diſpoſitione, id verius eſt, ſm illam diſpoſitionem, ac etiam 8. phy. 77. cùm aſſerit horum autem de quibus nomen dicitur, ſm prius, & poſterius & ſimpliciter, & ſm denominationẽ, illud de quo dicitur, prius eſt cauſa eius, de quo dicitur poſterius. & in 7. met. 3. inquit ſic, cùm plura cõmunicãt in eodẽ nomine. & quoddã dignius quibuſdã, illud quod eſt dignius illo nomine eſt cauſa cæterorũ, & diſpoſitio cæterorum. ad cauſa liter tem, eſt ſicut diſpoſitio illorũ in illo nomine 8. met. 7. quibus ſic ſtãtibus, ſoluũtur omnes inſtãtiæ, & prima fuit talis: homo eſt ebrius propter vinum, tñ vinum non eſt magis ebrium. ¶ Dr ad hoc, ꝙ hæc, nõ ſunt analoga, ſed ſunt æquiuoca, qm licet ebrium eſſe, cõpetat homini propter vinum; tamen non competit vino, iuxta regulã declaratã, & ſimili ſolutione ſoluũtur omnes aliæ inſtãtiæ, & qn dicitur, aurum eſt graue propter terrã, tñ terra non eſt grauior. ¶ Dr, ꝙ hoc eſt propter materiæ denſitatem, ſimiliter eſt dicẽdũ de ferro ignito, quod ferrũ ſi eſt calidius igne, hoc eſt ratione, qua ferrũ eſt materia magis denſa in qua magis retinetur calor. ¶ Dices contra limitationẽ dictã ſic Ar. enim 2. met. 4. dicit ſic vnumquodque verò id ipſum maximè aliorũ eſt, ſm ꝙ aliis vniuocatio ineſt, ergo hæc regula nõ ſolùm valet in analogicis, ſed & etiã in vniuocis. ¶ Dr, ꝙ Ar. intelligit vniuocationem non puram, ſed analogam. ¶ Quæres hæc regula eſt vera in omni genere cauſæ. ¶ Dicas, ꝙ eſt vera in omni genere cauſæ, quod exẽplo manifeſtari poteſt, & primò de cauſa formali. nam 7. met. 7. & 8. met. 7. compoſitum eſt in actu 2. de animæ 2. & forma eſt in actu 2. phy. 12. & compoſitum eſt in actu propter formam 2. phy. 4. ergo forma eſt magis in actu, quàm cõpoſitum, ſimiliter compoſitum eſt in potentia propter materiam, qm materia eſt potentia 2. de animã 2. & 25. 7. met. 55. & 12. met. 1. ergo materia eſt magis in potentia, ſimiliter in cauſa efficiente, vt concluſio eſt ſcita, & principia ſunt ſcita, tñ concluſio eſt ſcita propter principia, ergo principia ſunt magis ſcita, quæ ſunt cauſa efficiens 1. poſt. 2. valet etiã in cauſa finali, qm ſi amamus diuitias propter felicitatem, ergo magis amamus felicitatem, quàm diuitias. ¶ Dices homo eſt riſibilis propter animal rationale, ſequitur ne ꝙ animal rationale eſt magis riſibile? ¶ Dicas ꝙ non, qm regula valet in illis, quæ recipiũt magis & minus, qm in pleriſq; cauſatũ eſt minus in eſſe, quàm ſua cauſa in eadem intentione, ſi ipſa intentio fuerit talis, vt recipiat magis, & minus, & ideo per defectum huius conditionis non valet, homo eſt riſibilis propter animal rationale, ergo animal rationale eſt magis riſibile quàm homo. nã, vt dicit Por. propriũ æqualiter dicitur de his, quorum eſt proprium, fuit etiam dictũ, ꝙ talis diſpoſitio, in qua

Dub.
Alia dub.
Alia dub.
Alia dub.
Alia dub.
Alia dub.
Alia dub.
Alia dub.
Solutio ad omnes dubitationes.
Dub.
Sol.
Soluitur 1. ratio.
Replica.
Sol.
Petitio.
Reſponſ.
Dub.
Sol.

qua ſit comparatio formaliter, denominat tam cauſam quàm cauſatum; & ideo non valet, homo eſt ebrius propter vinum, ergo vinum eſt magis ebrium: nec valet terra eſt calida propter ſolem, ergo ſol eſt magis calidus quàm terra; fuit dictum etiam ꝙ requiritur, ꝙ illa denominatio competat cauſato propter cauſam, qm̃ ſi aliunde ſibi aduenirer, illa denominatio, quàm à cauſa, regula non habet locum. ¶ Amplius ait enim Ar. ꝙ principia ſunt magis nota, quàm cõclubo, in hoc facit comparationem æquiuocam, qm̃ principia ſunt nota, & concluſio eſt naturaliter ignota 2. poſt. 1. quod eſt contra Au. 7. phy. 24. 28. vnde ſumi poteſt ꝙ comparatio debet fieri inter ſimilia, vniuoca, vel analoga non antem inter diſſimilia, & æquiuoca. v. g. ſi dicimus vnam rem albiorem altera, oportet ambas eſſe albas vnam verò minus albam, alteram verò magis albam, ſi autem vna eſt alba, & altera eſt nigra, nõ dicimus vnam eſſe albiorem altera, ſed dicimus vnam eſſe aibam, aliam verò nigram, vt ſi dicimus nix eſt albior cigno eſt vera comparatio, qm̃ vtræque res ſunt albæ, ſed ſi dicimus cignus eſt albior coruo, tunc eſt mala comparatio.

Dub.

Sol.

¶ Dicitur ꝙ concluſio bifariam cõſideratur, vno modo antequam ſit concluſa, & ſic eſt naturaliter ignota, & dicitur quæſitum. Alio modo poſt quam eſt concluſa, & ſic eſt nota, quo ſtante, qñ Ar. facit comparationem inter principia, & concluſionem, accipit concluſionem poſtquam fuerit concluſa, & ſic concluſio eſt nota propter principia, ergo principia debent eſſe magis nota.

Tex. 16. *Non poſſibile eſt autem credere magis his, quæ ſcit quæ non eſt, neque ſciens, neque melius diſpoſitus quàm ſi eſſet ſciens: accidet autem hoc niſi aliquis præcognoſcet per demonſtrationem credentium: magis enim neceſſe eſt credere principiis, aut omnibus, aut quibuſdam, quàm concluſioni.*

Poſtquam Ariſt. ratione probauit, & methodo confirmauit; ꝙ principia non ſolùm debent eſſe nota, & ſcita; ſed magis nota, & magis ſcita, quàm concluſio; hunc ratione deducente ad impoſſibile, vult ꝙ ſuprà probauit confirmare, verùm tota textus ſententia in hoc conſiſtit, ꝙ quilibet ſciens, qui ſcit concluſionem per principia, magis debet ſcire principia, quàm concluſionem, & nunquam magis debet ſcire concluſionem, quàm principia; nec æqualiter debet ſcire vtraque, ſed ſemper magis principia quàm concluſionẽ, & in hoc ſciens debet eſſe adeo ſtabilis, firmus, & permanens, qui nunquam debet à tali fide, & credulitate deficere, ſed ſemper permenere in illa, ſed pro tex. intelligentia. ¶ Diuiditur iſte textus in 4. partes, in 1. ponit deſtructionem conſequentis, & vnam dubitationem remouet, in 2. ibi (accidet autem) ponit conſequens, ſupponendo antecedens ex deſtructione cõſequentis poſita in 1. parte. in 3. ibi (niſi aliquis ponit antecedens, in 4. ibi (magis autem) ponit deſtructionem antecedentis concludendo, qood dixit in tex. 15. quo igitur ad primum, ponendo deſtructionem conſequentis, & dicit non poſſibile eſt. i. qm̃ non poſſibile eſt eſſe, æquipollet ad impoſſibile eſt eſſe 2. periher. cap. 2. dicas non poſſibile. i. impoſſibile eſt autem aliquem credere magis his, quæ ſcit per demonſtrationem, ſupple, quæ ſunt concluſiones, & res ignotæ, quam his quæ non eſt ſcire, ſupple per demonſtrationem, quæ ſunt principia per ſe nota. ¶ Vel dicas, non poſſibile eſt eſſe. i. neceſſe eſt omnem artificem (credere magis his quæ ſcit) per ſe, ſupple, & per ſe ſunt nota, (quàm his quæ nõ eſt). i. concluſioni, quæ non eſt credita, & ſcita, niſi per aliud, hoc eſt, per principia per ſe nota. Diuiſio tex.

Quæ non eſt neque ſciens, neque melius diſpoſitus, quam ſi eſſet ſciens.

In hac parte remouet dubiũ, poſſet enim dicere principium eſt prius, & magis ſcitum, quàm concluſio, quando eſt ſcita per demonſtrationem. non eſt inconueniens æqualiter tam principiis, quàm concluſioni credere: Reſpondet, & dicit, ꝙ hoc eſt impoſſibile æqualiter, ſ. credere ſcitis per ſe. i. principiis, & ſcitis per aliud. i. concluſionibus, & ſcitis primò, & ſcitis poſterius; & naturaliter notis, & naturaliter ignotis; hoc enim neque ſciens, neque melius diſpoſitus, quàm ſi eſſet ſciens, diceret ſupple. i. poſito ꝙ non reperiretur aliquis melius diſpoſitus; quàm ſi eſſet ſciens, hoc non diceret, qm̃ eſt impoſſibile, vt aliquis æqualiter, vel magis credat rem, quam primò non ſciuit; quàm rem, quam primo ſciuit, ¶ Dices quomodo eſt impoſſibile: ¶ Reſpondet Au. & dicit, qm̃ hoc eſt per ſe notum, & non indiget probatione; exemplum; ſi amo filium, & præceptorem, & præceptorem propter filium, cui dubium eſt ꝙ magis amo filium; quàm præceptorem? & adeo magis filium, quàm præceptorem, ꝙ nullo vnquam tempore amo magis præceptorem, quàm filium, neque vnquam æqualiter amo præceptorem, & filium, ſed ſemper primò, & magis filium, quàm præceptorem.

Accidet autem hoc.

Nunc ponit conſequens, ſupponens antecedens eſſe notum, & dicit (accidit autem hoc

hoc).i.ſi quis dicet, ꝙ principia non ſunt magis nota, quàm cõcluſio, accidet autem hoc, vel ꝙ æqualiter ſunt nota, & ſcita principia; & concluſio, vel ꝙ concluſio eſt magis ſcita, & nota, quàm principia huius conſequentis. deſtructionem poſuit in prima parte, quãdo dixit non poſſibile eſt autem, vt aliquis credat magis his, quæ ſcit per demõſtrationem, .i. concluſionibus, quàm his quæ non eſt .i. principiis, quæ non ſciuntur per demonſtrationem, ſed per ſe ſunt nota, qm̃ neque ſciens neque melius diſpoſitus, quàm ſi eſſet ſciens, diceret, ꝙ æqualiter debemus credere concluſioni, & principiis, ſiue antequã demõſtratã ſiue poſtquam fuerit demonſtrata concluſio.

Niſi aliquis præcognoſcet per demonſtrationem credentium.

NVNC ponit antecedẽs ſupra intellectum ex deſtructione conſequentis, & dicit (niſi) .i. ſi non præcognoſcet aliquis credentiũ per demonſtrationemm, non præcognoſcet .i. non dicet, ꝙ principia debent eſſe præcognita, & magis ſcita, accidit conſequens ſuprapradictum, vel ꝙ æqualiter credat; vtriſque .ſ. principiis & concluſioni, vel magis credet concluſioni, quàm principiis.

Magis enim neceſſe eſt credere principiis, aut omnibus, aut quibuſdam, quam concluſioni.

IN hac parte Ar. ponit deſtructionem antecedentis, concludendo intentum ſuum, quod concluſit in tex. 15. & dicit: Ideo impoſſibile eſt, vt æqualiter credamus principiis, & concluſioni, vel magis concluſioni, quàm principiis, qm̃ ſemper neceſſe eſt magis credere principiis, aut omnibus, aut quibuſdam, quàm concluſioni; ſed vt facilius intelligatur iſte textus, poſſumus ordinare ipſum hoc modo, Primo ſumendo antecedens, 2. conſequens, 3. deſtructionem conſequentis: 4. inferre deſtructionem antecedentis, vnde dicas ſic (niſi) .i. ſi non relinquatur (non) & ſumatur (ſi) dicendo (ſi aliquis credentium) .i. illorum, qui credunt .i. ſciunt concluſionem per demonſtrationem, (non) præcognoſcet, & non magis ſciet, ſupple tũ principia, quàm concluſionem (accidit) .i. ſequitur (hoc) .i. duplex inconueniens, & primum eſt, vel ꝙ magis credet concluſioni, quàm principiis, ſecundum eſt ꝙ æqualiter credet tam concluſioni, quàm principiis (quod non eſt poſſibile) .i. quod duplex inconueniens eſt impoſſibile concedi, ſ. vt magis credamus concluſioni, quàm principiis, vel æqualiter credamus (his) ſ. concluſionibus; quas ſcimus per demonſtrationem, & principiis, quæ non ſciuntur per demonſtrationem, qm̃ neque ſciens, neque melius diſpoſitus, quàm ſi eſſet ſciens, crederet magis concluſioni, quàm principiis, vel æqualiter vtriſque: ergo magis credendum eſt principiis, quàm concluſioni, hæc ergo eſt facillima textus intelligentia, & verborum conſtructio.

Dub. ¶ Dices quid intelligitur per ly melius diſpoſitus? Sol. ¶ Dicitur verum Nota, ꝙ ſcientia eſt duplex, Alia per demonſtrationem, Alia eſt ſcientia per ſe 1. poſt. 10. ſcientia per ſe eſt melior, quàm illa, quæ eſt per demonſtrationem 1. poſt. 10. quo ſtante dicimus, ꝙ ſciens per demonſtrationem eſt bene diſpoſitus ſciens, tamẽ ſcientia per ſe dicitur melius diſpoſitus. Alia ſol. ¶ Vel aliter ꝙ non datur melius diſpoſitus, qm̃ Ar. in tex. loquitur conditionaliter, quæ conditio ſi nõ ponit in eſſe, qm̃ omnis ſciens, aut eſt per demonſtrationem, aut per definitionem, quæ definitio eſt melior demonſtratione, & non datur melius inſtrumentum, quàm ipſa definitio, & ſic non datur melius diſpoſitus, qm̃ tunc daretur melius inſtrumentum, ſed non daretur melius inſtrumentum, ergo non datur melius diſpoſitus inter alia, quæ dicit Ar. in com. eſt, ꝙ cauſæ, quæ ſunt occaſiones eſſendi, aliquas res ſunt illius eſſe digniores, quàm res illæ, vnde oritur dubium, an cauſa ſit dignior ſuo cauſato, & videtur ꝙ non, qm̃ compoſitum eſt cauſarum, & tamen eſt magis ens, quàm materia 7. metaph. 7. 2. phy. 4. & ratio eſt qm̃ compoſitum eſt in actu, & materia eſt in potentia, & quanto actus eſt dignior potentia 2. phy. 12. tanto compoſitum eſt nobilius ipſa materia, vnde non valet in genere cauſæ materialis. Replica. ¶ Sed dices contra, nam materia eſt æterna 1. phy. 82. & compoſitum eſt corruptibile 1. phy. 69. & 79. ſed incorruptibile eſt melius corruptibili 2. de gen. an. cap. 1. & 8. phy. 75. ergo materia, quæ eſt cauſa, eſt melior compoſito, quod eſt cauſatum. Sol. ¶ Dicas, ꝙ licet æternum, inquantum æternum, ſit melius corruptibili in quantum corruptibile eſt, tamen non quodlibet æternum eſt, melius quolibet corruptibili; nam materia cùm ſit ens in potentia, non poteſt eſſe melior forma, aut compoſito, quæ ſunt in actu, quia perfectio non ſequitur gradum præciſum entis, ſed entis in actu: nec maior duratio abſolutè in iſtis, quæ ſunt hic atteſtatur maiori perfectioni, alioquin mineralia, & lapides, cùm habeant magis perſeuerãtem, & diuturnam permanentiam, eſſent nobiliora plantis, & animalibus; quod eſt falſum: vnde ſequitur, ꝙ non omnis cauſa, eſt melior cauſato.

Tex. 17. *Debentem autem habere ſcientiam, quæ eſt per demonſtrationem, non ſolum oportet principia magis cognoſcere, & magis ipſis credere, quàm ei, quod demonſtratur.*

Pro

Digitized by Google

Pro continuationis intelligẽtia: eſt ſciendum, ꝙ in arte dãtur principia vera, vt patet 1.poſt.10.& 9,47.&50.&1.top.cap.1.1.poſt. 89.& dantur principia falſa: ex veris enim fit ſyllogiſmus verus, & ex falſis, quæ ſunt oppoſita veris, fit ſyllogiſmus falſus, ſeu paralogiſmus: qui dicitur contrariæ deceptionis, qui eſt triplex. Primus eſt bonus in forma, & peccat in materia; Secundus eſt bonus in materia, & peccat in forma. & Tertius peccat in forma, & in materia. his ſic præhabitis. continuatur ſic: Poſtquam Ar. probauit principia demonſtrationis, debere eſſe magis nota, & ſcita, quàm concluſio, & adeò magis nota, & ſcita, quòd numquam debemus credere, magis cõcluſioni, quàm principiis: nec æqualiter vtriſque, nunc vult docere, ꝙ non ſolum debemus credere magis principiis demonſtrationis, quàm concluſioni: ſed etiam ꝙ vllo vnquam tempore, debemus credere magis principiis falſis, quàm principiis veris.

Diuiſio tex. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes. in 1. reiterat id, quod probauit in 2. ibi. (ſed neque ipſis) infert probandum, quò igitur ad primum dicit, (debentem) .i. illum, qui vult, & debet habere ſcientiam, quæ eſt per demonſtrationem ſimpliciter, non ſolum oportet principia illius demonſtrationis, magis cognoſcere .i. ſcire, accipit enim cognoſcere, pro ſcire, vt 1.phy. 1. 1.poſt. 7.1 1. 3.cæli 30. & magis eis credere: quam ei quòd demonſtratur) .i. quæſito naturaliter ignoto. hoc enim eſt id quod demonſtratur 2.poſt.1.

Sed neque ipſis credibilius, neque notius eſſe aliud ex contrariis primis principiis, ex quibus fit ſyllogiſmus, contrariæ deceptionis, ſi quidem oportet ſcientem ſimpliciter, à credulitate impermutabilem eſſe.

In hac parte Ar. ponit id, quod intendit probare, & dicit: ſed neque ipſis credibilius, neque notius eſſe ex contrariis principiis, ſed oportet vt nullum ex eis, quæ contraria ſunt principiis, ſit credibilius, & notius ipſis. imo q.d. oportet ſemper principia eſſe nota, & credita, contraria verò numquam credita: (ex quibus), i. ex quibus principiis contrariis .i. quæ ſunt contraria principiis demonſtrationis: fit ſyllogiſmus contrariæ deceptionis .i. qui facit deceptionem, & falſitatem, quæ falſitas eſt contraria ſcientiæ. & deceptio veritati. Siquidem oportet ſcientem ſimpliciter .i. per demonſtrationem ſimpliciter à credulitate principiorum verorum eſſe impermutabilem, & oportet eſſe ita, vt non magis credantur contraria principiis, quàm ipſa principia; ſed oportet ſcientem ſimpliciter, eſſe impermutabilẽ à ſua ſcientia principiorum. qm̃ ſi permutaretur, aliquando magis crederet principiis falſis, quàm veris.

Petitio. ¶ Dices, quomodo poſſet mutari? Sol. ¶ Nota ꝙ aliquis credit huic principio vero, ſ. omne rationale eſt riſibile. ſi poſtea credit aliquando huic, quod eſt cõtrarium, ſ. nullum rationale eſt riſibile, tunc mutatur, ſed verus ſciẽs debet adeo credere vni, qui numquam debet credere alteri.

Petitio. ¶ Dices quare dixit ꝙ oportet ſcientem ſimpliciter eſſe impermutabilem? Sol. ¶ Dicas qm̃ ſcientia per demonſtrationem, eſt æternorum 6. ethic. cap.4. & 1.poſt. 62. vnde ſcientia eſt inuariabilis, impermutabilis à pari. ſciens hanc ſcientiam, debet eſſe impermutabilis, ſemper credere magis ipſis principiis, quàm concluſioni, qui numquam magis debet credere, magis concluſioni quàm principiis, & adeo debet credere principiis veris, vt nunquam credat eorum oppoſitis, aliter non ſciret rem eo modo, quo eſt, ſed falsò ſciret, vt aſſerit Au. in 4. quæſito poſt. & 2.poſt.94.

Petitio. ¶ Dices quare dixit, nihil ex contrariis notius, & credibilius eſſe veris principiis, ſicut dixit principia debent eſſe notiora, & magis ſcita; ipſa concluſione? Sol. ¶ Dicas; ꝙ dixit principia eſſe magis ſcita; ipſa concluſione: qm̃ tam principia, quàm concluſio dicuntur ſcita, magis tamen principia, qm̃ ſcientia analogicè dicebatur de principiis, & concluſione. dixit verò ꝙ nullũ ex cõtrariis principiis, eſt notius principiis veris; qm̃ ſi dixiſſet principia vera, ſunt notiora, & magis ſcita principiis oppoſitis, præſupponeretur, ſcientiam prædicari de principiis falſis, qm̃ comparatiuum præſupponit poſitiuum, modo falſa non ſciuntur 1.poſt. ſed retinentur, & æquiuoca comparatione vſus eſſet, quàm 7.phy. 27. negauit.

Petitio. ¶ Dices ſi fieret ſyllogiſmus ex principiis falſis, nonne opus eſſet magis credere principiis falſis? Sol. ¶ Dicas, quòd verum eſt, tamen oportet credere magis principiis falſis, quàm concluſioni dependenti ab illis principiis, non autem debemus credere magis illis principiis falſis, quàm principiis veris.

Dub. ¶ Amplius demonſtratio falſificat, vt teſtatur Au. in epit. log. capud de defin. ergo fit ex falſis, & in demonſtratione, debemus credere magis ipſis principiis, ergo magis credimus falſis. Sol. ¶ Dicas ꝙ demonſtratio numquam falſificat, ſed ibi Au. intelligitur ſic .i. negat, qm̃ ſicut datur demonſtratio affirmatiua ſic etiam datur demonſtratio negatiua.

Dub. ¶ Dubitabis 1. prior. cap. 1. ait Ar. ꝙ contrariorum eadem eſt ſcientia. ergo ſi oportet credere magis ipſis principiis veris, oportebit etiam magis credere principiis falſis: qm̃ verum, & falſum ſunt duo contraria. Sol. ¶ Dicitur, ꝙ verum eſt, tamen nota, ꝙ principia falſa non debent eſſe magis credita, quàm principia vera, qm̃ non fit comparatio inter

princi-

Digitized by Google

principia,ſed inter principia, & concluſionem; vnde principia falſa debent eſſe magis credita, quàm concluſio dependens ab illis, & principia vera debent eſſe magis credita, quàm concluſio fluens ab illis principiis veris. Dub. ¶ Amplius dicit Au. hic, ꝙ intentio huius libri eſt dinumerare indicia, & conditiones,quæ dum aduenīūt,primis præmiſſis, habetur ſcientia, quod etiam aſſerit in 4. quæſ. poſt. cùm dicit, oportet ꝙ finis artis logices ſit perſcrutatio proprietatum præmiſſarum, quæ ſunt huiuſmodi, & ſuarum conditionum notificandum ipſas, ſed in prologo huius libri,dicit aliter ſ. intētio huius libri eſt, ſcrutari demonſtrationes in 1. libro, & definitiones in 2. & definitiones demonſtrationes.

Sol. ¶ Dicitur,ꝙ in prologo intelligitur ſic, ſ. intentio libri eſt ſcrutari demonſtrationes, exponit ſe, & dicit quo ad res, quæ procedunt vice materiæ ipſarum, quæ res ſunt præmiſſæ conditionatæ,vnde idem eſt, dicere intentio eſt ſcrutari demonſtrationes quo ad res, quæ procedunt,vice materiæ ipſarum, quod eſt dicere intentio, eſt ſcrutari conditiones præmiſſarum, & ſic nulla eſt dubitatio.

Tex. 18. *Quibuſdam quidem igitur, eo quod oportet prima ſcire, non videtur ſcientia eſſe.*

POSTQVAM Ar. probauit principia demonſtrationis ſimpliciter debere eſſe magis nota,& magis ſcita,quàm ipſa concluſio,q̄m ſi principia ex quibus eſt demonſtratio, non ſunt eperta,ac nota, imò magis nota, quàm concluſio, tunc concluſio non poſſet fieri nota,q̄m concluſio nota depēdet ex principiis notis,ex ignotis enim non dependet notum, cùm ergo ipſa principia debeant eſſe magis nota,& magis ſcita, ex hac cōditione ortæ ſunt duæ falſæ opiniones, quas tamquam quædam dubia Ar. remouere intendit. Diuiſio tex. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. narrat falſas antiquorum opiniones; in 2. ibi (ſupponentes) refert eorum rationes, quantum ad primum narrat primam opinionem,& dicit,verùm pro intelligentia,nota ꝙ dixit Ar. ſupra, ꝙ oportet principia demonſtrationis eſſe magis ſcita,quàm eſt concluſio: quidam antiqui dicebant, ꝙ hoc eſt impoſſibile,q̄m ſi principia eſſent magis ſcita,tunc eſſent ſcita per alia principia,& illa,per alia, & ſic dabitur proceſſus in infinitum, quod eſt contra Ar. 1. phy. 35,50. & 3. phy. cap. de infinito, & 1. de gen. an. cap. 1. & q̄m non datur proceſſus in infinitum,ergo non oportet, ꝙ principia ſciantur, & cùm principia non ſint ſcita, ſequitur ꝙ hæc opinio, ꝙ nullorum eſt ſcientia, per demonſtrationem, ideo dicit Ar. in tex. ſic (quibuſdā quidem igitur eo, ꝙ oportet prima ſcire, non videtur ſcientia eſſe) .i. igitur (eo quod) .i. propterea, quod dixit Ar. ꝙ (oportet) .i. eſt neceſſarium (ſcire prima) .i. principia (non videtur ſcientia eſſe) .i. ſunt huius voti, ꝙ nullorum eſt ſcientia, per demonſtrationē, q̄m omnis ſcientia eſt ex præſiſtente cognitione 1. poſt. 1. 2. poſt. 101. & 1. met. 48. 6. ethic. 4. 6. top. in 1. loco definitionis, vnde ſi principia ſcirentur, tunc oporteret ſciri, ex præſiſtente cognitione .i. per alia principia, quod eſt falſum. Dub. ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly videtur? Sol. ¶ Nota ꝙ hoc verbum multa habet ſignificata; & primum vt dicit apparentiam,& nō exiſtentiam, veluti ſunt quidam homines, qui volunt apparere,& non eſſe volunt denominari, & exaltari,& gloriari gloria magna ſine labore, & & faſtidio volunt,dici ſcientes abſque, ꝙ ſint digni dici ſcientes, vt aurum pigmentum, apparet aurum, tamen non eſt aurum alio modo, vt dicit imaginem, vt paries videtur albus, Alio modo, vt dicit opinionem, vt ſi dicerem, ita mihi videtur, in hoc dicendum .i. hæc eſt opinio mea, Alio modo, pro conuenit vt 2. de anima 121. Alio modo, pro certe, ſine dubitatione, vt dicit veritatem, & certitudinem in rebus veris, & famoſis. 1. de anima 19. quibus ſignificatis ſic ſtantibus dicitur ꝙ Ar. hic ſumit, ly (videtur) pro vt dicit opinionem, q. d. quibuſdam videtur .i. quorumdam hæc eſt opinio.

Quibuſdam verò eſſe quidem, omnium tamen eſſe demonſtrationem.

CVM retulit primam antiquorum falſam opinionem, aſſerentem nullorum eſſe ſcientiam, per demonſtrationem, nunc recitat ſecundam opinionem, de directo contrariam primæ, quæ aſſerit omnium eſſe ſcientiam, per demonſtrationem,& quidquid ſcitur, nō ſcitur alia ſcientia: niſi per demonſtrationem,& dicit, ſic quibuſdam verò eſſe, quidem .i. quibuſdam aliis antiquis differentibus à primis: videtur eſſe ſcientiam, per demonſtrationem, concedunt dari ſcientiam, per demonſtrationem, immò omnia quæ ſciuntur, non ſciuntur, niſi per demonſtrationem, & dicit omnium tamen demonſtrationē eſſe .i. tam principiorum, quàm concluſionum, committendo circulum, ſ. ſcire concluſionem, per principia, & principia per conclunem. ¶ Dices quæ opinio eſt vera? ¶ Reſpondet, & dicit.

Quorum neutrum neque verum, neque neceſſarium.

CVM Ar. recitaſſet ambas opiniones ad inuicem contrarias: quarum prima negabat, ſecunda verò aſſerebat ſcientiam, per demonſtra-

Digitized by Google

prima nota, ergo vbi decurſus in infinitum, non poteſt haberi ſcientia maior, ſic declaratur, nam ſi aliquod poſterius ſciēdum, per prius notum eſt ſciendum, & omne notum, non eſt notū niſi per aliud, & illud per aliud, & ſic non deueniendo ad aliquod, primo notū cūm illud depēdeat, ab alio, & illud aliud ab alio, & ſic in infinitum, nunquam prioris erit ſcientia, & ſi non prioris, ergo neque poſterioris erit ſcientia acquirenda.

Rectè dicentes, impoſſibile namque infinita pertranſire.

CVM Ar. notificauit antiquorum falſas opiniones, & ambas, tamquam erroneas recuſauit, nunc vnam ipſarum laudare intendit. aliquis enim poſſet dicere, ò Ar. iam determinatum eſt, ꝙ vtraque prædicta opinio eſt falſa, vellem ſcire, quæ ipſarum quodam modo rectè dicit? ¶ Reſpondet dicens, illa opinio rectè dicit, quæ aſſerit; ꝙ (impoſſibile eſt pertranſire infinita) .i. quæ dicit, ꝙ non datur ſcientia per demōſtrationem, qm̄ non
Dub. datur proceſſus in infinitum. ¶ Dices ſi di-
Sol. cit rectè, ergo non eſt falſa. ¶ Dicas, verùm nota, ꝙ ambæ poſitiones ſunt falſæ, & committunt errorem, tamen vna minus quàm reliqua, vnde quando dicit Ar. (rectè) intelligitur ſic: licet vtraque opinio ſit falſa, & committat errorem, tamen illa, quæ dicit, ꝙ non datur proceſſus in infinitum (rectè dicit). i. committit minus peccatum, & minorem errorem, quàm illa quæ aſſerit, ꝙ omnium eſt ſcientia per demonſtrationē: ſicuti etiam Ar. fecit, 1. phyſic. 41. quando fecit electionem inter opiniones Empedoclis, & Anaxagoræ.

Tex: 19. *Et ſi ſtent, ac ſint principia, hæc eſſe ignota, cum demonſtratio de ipſis non ſit, quod dicunt eſſe ſcire ſolum, ſi verò non eſt prima ſcire, neque quæ ex his, eſſe ſcire ſimpliciter, neq; propriè, ſed ex ſuppoſitione ſi illa ſint.*

POSTQVAM Ar. induxit primam rationem antiquorum negantium demonſtrationem, dicit ergo Ar. (Et ſi ſtent) ſi verò non eſt proceſſus in infinitum, in principiis, ſed ſtatur in eis, & quieſcimus in eis, cùm enim peruenerimus ad illa vlterius, non procedimus (hæc ignota eſſe) . i. oportet ipſa principia ignorari, & probat Ar. hanc conſequentiam quando dicit (cùm demonſtratio non ſit ipſorum) . i. oportet ignorari, & eſſe ignota principia, ſi datur ſtatus in eis, qm̄ non habent principia, per quæ demonſtrantur, qm̄ omnes dicunt Antiqui, ꝙ quicquid ſcitur, demonſtratione ſcitur, deinde concludit Ar. dicens (quod ſi non eſt, prima ſcire) .i. ſi principia non ſciuntur, poſteriora etiam nec oportet ſcire ſimpliciter, neque propriæ, ſed ſolùm ſub hac conditione: ſi principia ſunt, vnde ſequitur, ꝙ cum priora, nec poſteriora ſciuntur, ꝙ nullorum eſt demonſtratio, vt dicunt Antiqui, ſiue procedatur in infinitum, in ipſis principiis, ſiue ipſa principia ſtent, ſemper ſequitur ſm̄ ipſos, ꝙ nullorum eſt demonſtratio. ¶ Dices, quid intelligit Ar. per ſcire ſimpliciter, & per ſcire propriè? ¶ Dicitur, ꝙ per ſcire ſimpliciter, intelligit illud, quod fuit definitum in tex. 7. quod eſt per cauſam notam nobis, & natura, & per ſcire propriè intelligit illud, quod habetur per effectum proprium, tamquam per medium, quod 1. poſt. 65. ab Ar. declaratur, quo ſic ſtante, legas textum ſic, ſi principia non eſt ſcire, non ſolùm, non datur ſcire ſimpliciter, quod eſt per cauſam, ſed etiam non datur ſcire propriè, quod eſt per effectum proprium, ſed daretur ſcire ex ſuppoſitione, ſi illa ſunt. ¶ Quid intelligit Ar. per ſcire, ex Dub.
ſuppoſitione? ¶ Reſpondet Au. & dicit, ꝙ Sol.
ars ſumit demonſtratum ab alia arte, & ſupponit; ibi eſſe demonſtratum, q.d. ſi veniendum ad præmiſſas ignotas, non fieri ſcientiam, per eas: niſi ex ſuppoſitione ſ. ſupponendo illa, eſſe demonſtrata in alia arte, quæ ſcientia ex ſuppoſitione 1. top. 1. ſcientia topica eſt, nam quæ omnium conſenſu, vel plurium, vel præcipuorum, in arte ſumuntur opinatæ præmiſſæ, opinionem generant, quæ ſcientia topica ex ſuppoſitione impropriè dicitur, nam, vt dicit Au. qñ ſupponuntur notæ, non ſunt tamen notæ per ſe, faciunt demonſtrationem ex ſuppoſitione, ſcilicet topicam, cùm verò ſunt notæ de ſe, faciunt ſcientiam, vnde inferunt adhuc non eſſe ſtandum, ſed oportet procedere ad ſciendum ſuppoſita, per præmiſſas, ſi ſciētiam debent facere, & ſic, vel non ſcientia, vel proceſſus in infinitum, & erit idem ſcilicet: non eſſe ſcientiam, & ſi erit, non vera ſimpliciter per cauſam, neque per effectum, ſed cum conditione, ſupponendo illa eſſe, quod non ſcire verū, ſed tantum opinatū, & ſic nullo modo datur ſcientia perfecta, vt dicunt Antiqui.

Alij autem ipſum quidem ſcire confitentur, per demonſtrationem enim eſſe ſolùm, ſed omnium eſſe demonſtrationem, nihil prohibere contingere enim circulo fieri demonſtrationem, & ex ſe inuicem. Tex. 20.

VBI Ar. primam opinionem diſtinſtè narrauit, & eius rationem, qua probant huius opinionis auctores, ꝙ nullorum eſt ſcientia, nunc diſtinctè narrat ſecundam opinionem, quæ aſſerit, ex eo ꝙ non dantur primò nota omnium eſſe ſcientiam; ſed Nota, quòd

Digitized by Google

nos reſpondemus,negando illud præſuppoſitum:qm̄ non omne quod ſcitur,ſcitur per demonſtrationem, & per conſequens ruunt rationes vtriuſque partis, dixit (nos) in plurali, tum propter philoſophicam reuerentiam, cùm etiam,vt aliorum auctoritate ſuam confirmaret opinionē, & ſcias, ꝙ mos eſt Ar. qñ ipſe ſolus inuenit aliquod notatu dignū,ſemper loquit in numero ſingulari,veluti 1.prior. cap.1. qñ dixit (terminum autem voco)& 1. periher.cap.de nomine,&verbo,qñ dicit non homo,non eſt nomen, ſed ſit nomen infinitū, vnde his quatuor dictis vtitur Ar. ſ. dicatur, vocetur,voco (ſit) quæ ſunt, quædam verba oſtendētia propriā auctoritatem,ſolet etiam Ar.loqui in plurali, vel vt philoſophica vtatur reuerentia, vel vt aliorum auctoritate ſuam confirmet poſitionem, & qm̄ reſpondendo dixit, ꝙ non quicquid ſcitur, per demonſtrationem ſcitur, ſtatim declarādo addidit,quæ ſunt illa,quæ ſciuntur: & nō ſciuntur per demonſtrationem: & ait (immediatorum indemonſtrabilem) .i. ipſa principia immediata ſciuntur:& non per demōſtrationem,& ſic aliquorum eſt ſciētia, quæ non demonſtrantur, adeo ꝙ Ar. ſic dicit, ꝙ veritas conſiſtit in duabus propoſitionibus ſubcontrariis, quæ ſunt ambæ veræ, & ſunt iſtæ aliquorum eſt demonſtratio, vt mediatorum, & aliquorum non eſt demonſtratio, vt immediatorum contrariæ, ſunt ambæ falſæ omniū eſt demonſtratio,quæ eſt vniuerſalis affirmaiua,& nullorū eſt demōſtratio,quæ eſt vniuerſalis negatiua quas eſſe veras,impoſſibile eſt 1.periher.cap.5. ¶ Dices, quid intelligit Ar.per mediata? ¶ Dicas illud eſt mediatum quod habet medium,per quod poteſt demonſtrari, vt ſunt omnia eſſentialia accidentia, quæ habent cauſam mediā, per quam demonſtrantur de ſuis ſubiectis, vt riſibile demonſtratur de homine per rationalitatem. ¶ Dices,quæ ſunt immediata? ¶ Dicas,ꝙ ſunt principia demonſtrationis ſimpliciter, quæ carēt medio, ſeu cauſa, per quod medium poſſunt demonſtrari, vnde dicas, ꝙ mediatorum .i. quæſitorum accidentium eſſentialium,eſt demonſtratio,ſeu ſcientia demōſtratiua, & hæc ſunt demonſtrabilia immmediatorū .i.principiorum, non eſt demonſtratio, nec ſcientia demonſtratiua. ¶ Dices,ſi aliquis non cognoſcit, quorum non debet, eſſe demonſtratio, quid contingeret? ¶ Dicas cum Ar.4. met.9. vbi ſic inquit,eſt enim ignorantia, neſcirere quorum oportet quærere demonſtrationem, & quorū non etenim omnino impoſſibile eſt omnium eſſe demonſtrationem, in infinitum namque progrederetur,quod 3.met.4. Ar.ſic dicens,confirmat, de omnibus enim demonſtrationem eſſe impoſſibile eſt, ſi quidem neceſſe eſt, ex quibuſdam, & circa quippiam, & quorumdam demonſtrationem eſſe, quod etiam 1. poſter. 154. luce clarius fateri videtur.

Petitio. Reſponſ. Petitio. Petitio. Sol.

Quodque hoc ſit neceſſarium, manifeſtum, ſi enim neceſſe, quidem ſcire priora, & ex quibus demonſtratio eſt, ſtant autem aliquando immediata, hæc indemonſtrabilia, neceſſe eſt eſſe.

POSTQVAM Ar. ſoluit opiniones, & antiquorum rationes, nunc intēdit manifeſtare ſuam reſponſionem eſſe veram,ſ.ꝙ nō omnia quæ ſciuntur,ſciuntur demonſtratiuè,qm̄ aliqua ſciuntur, non per demonſtrationem, & hoc probat de principiis immediatis, quæ neceſſariò oportet ſciri (ſi enim neceſſe eſt, ſcire priora) non enim dici debet,ꝙ principia,ex quibus eſt demonſtratio,ſunt ignota, qm̄ debent eſſe nobis nota:& natura, ergo oportet neceſſariò eſſe nota,& ſcita (ſtant autem aliquando immediata) : i. ſed quia ſunt immediata ipſa principia :i. non habent alia priora,per quæ demonſtrantur,nam hoc eſt principium immediatum,vt in tex.13.dictum eſt quo non eſt aliud prius,tunc concludit Ar.& dicit (hæc indemonſtrabilia, neceſſe eſt eſſe) .i.ſequitur neceſſariò,ꝙ reſponſio Ar.eſt optimè aſſignata, ꝙ ſ. aliqua ſciuntur per demonſtrationem,aliqua verò non ſciuntur per demonſtrationem,& ſit ſenſus literæ, quodq; hoc ſit neceſſarium,ſ. ꝙ dentur aliqua primò nota,quorum non eſt demonſtratio, manifeſtum, nam ſi poſteriora, vt etiam ipſi antiqui dicebant,non ſciuntur,niſi per priora,ex quibus eſt demonſtratio, de rebus poſterioribus ſed ipſa priora ſtant aliquando immediata, ergo hæc priora indemonſtrabilia,neceſſe eſt eſſe,& per ſe nota,& ſcita.

Hæc igitur ita dicimus, & non ſolùm ſcientiam, ſed & principium ſcientiæ eſſe quoddam dicimus, quo terminos cognoſcimus.

NVNC Ar.remouet dubitationem,quam aliquis poſſet mouere, qm̄ dictum eſt, quod principia non ſciuntur per demonſtrationem, dubitatur, ſi non ſciuntur per demonſtrationem,quo modo ſciōtur,ideo vult dare modum cognoſcendi principia,ex quo poſſumus reſpondere ad formam rationis antiquorum,ideo dicit in textu (hæc igitur ita dicimus).i.ſi neſcis,qūo principia fiunt nota,& ſciuntur,dicimus, ꝙ ſunt nota, non per demonſtrationem, quæ eſt inſtrumētum ſcientiæ concluſionis,nam non ſolùm dicimus reperiri ſcientiam acquiſitam per demonſtrationem,ſed dicimus eſſe quoddam aliud principiū ſciētiæ, ꝙ eſt cauſa principalis,quæ eſt intellectus,quo intellectu,vt cauſa principali

Digitized by Google

terminos cognoſcimus, ex quorũ cognitione ſiunt nota principia, vt rectè inquit Au. 6. ehtic. cap. 4. 2. poſt. 107. confirmat Ar. dicens intellectus vtique fuerit principiorum, qm̃ nullo inſtrumento indigent, vt notificentur principia, niſi terminorum explicatione, ſ. quid nominis prędicati, & ſubiecti; cùm enim ſcio, quid ſibi velit hoc nomen totum, & quid pars, & quid maius, ſtatim cognoſco, omne totum eſt maius ſua parte, quo ſtãte reſpondetur rationi antiquorum, quando enim dicunt principia, aut ſunt nota, aut ignota dicit Ar. ꝙ ſunt nota: ergo per demonſtrationem, negat Ar. conſequentiam: qm̃ principia ſunt nota de ſe, quæ per declarationem terminorum tantum 1. cognoſcuntur, non per demonſtrationem, vt 1. top. cap. 1. inquit.

Dub. ¶ Dices ſi principia cognoſcimus in quantum terminos cognoſcimus, ergo principia non ſunt nota de ſe, ſed per aliud, ſ. per terminos, & per conſequens, termini principiorum debent dici prima principia, & non ipſa principia.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ tam termini, quàm dignitates, dicuntur principia, diuerſo tamẽ modo, qm̃ termini ſunt prima principia incomplexa, vnde termini ſunt noti, notitia incomplexa.

Dub. ¶ Dices poſſumus ne ſcire omnia per demonſtrationem.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ ſic, ſed hoc modo. i. omnia mediata, quæ ſunt quæſita accidentia, eſſentialia ſciuntur per demõſtrationem, & quando dicitur nulla ſciuntur per demonſtrationem. i. immediata principia, per ſe nota, vnde poſſunt defendi duæ concluſiones.

Tex. 22. *Circuloque, quod impoſſibile demonſtrare ſimpliciter planum.*

Postqvam Ar. dixit, ꝙ ſi concluſiones ſciuntur per principia, ſcientia principiorũ non debet haberi, per alia principia: ne fiat proceſſus in infinitum, ſed datur aliud principium ſciẽdi, quod eſt intellectus, vt 2. poſt. cap. penultimo, & qm̃ nonnulli fugientes proceſſum in infinitum, alio modo dicebant ꝙ cognoſcuntur principia, ſ. demonſtratione circulari, notificando principia per concluſionem, & concluſionem per principia, quod eſt falſum, nunc vult remouere hanc falſitatem, ſ. ꝙ non datur demonſtratio circularis vnde.

Diuiſio tex. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. proponit id, quod probare intendit in 2. ibi (ſi quidem oportet) probat illud, ſed pro intelligentia eorum, quæ dicenda ſunt, eſt notandum, ꝙ circulus nil aliud eſt, vt dicit Themiſtius 1. de anima 7. niſi quædam obambulatio circularis, dico quædam obambulatio. i. contra ambulatio, nam prius ambulamus, à præmiſſis ad concluſionem, & obambulamus. i. contra ambulamus à concluſione ad præmiſſas, alio modo declarat Themiſtius, & dicit, ꝙ circulus eſt veluti motus circularis, ab vno puncto incipientes, ad idẽ reuertimur, ita in motu intentionali, vt in demonſtratione incipimus, enim à præmiſſis ad concluſionem, deinde à concluſione ad præmiſſas reuertimur, & eſt metaphoricæ circularis proceſſus, ab eodem in idem, quo ſtante dicit Ar. (circuloque, ꝙ impoſſibile eſt demonſtrare, ſimpliciter plannm). i. planum, ſeu manifeſtum erit ex ratione facienda, (quod) impoſſibile eſt (ſimpliciter). i. in demonſtratione ſimpliciter (demonſtrare circulo). i. facere circulum, i. demonſtrare concluſionem, per præmiſſas, & præmiſſas per concluſionem, hinc nota contra Græcos, præter Themiſtium, ꝙ non ſolum in doctrina Au. ſed etiam in doctrina Ar. datur demonſtratio ſimpliciter veluti etiam teſtatur Ar. tex. 7. 19. 23. 35. & 62. 152. vbi dicit ſic (ſi igitur eſt aliquid ſcire per demonſtrationem ſimpliciter, nec non 1. poſt. tex. 19.

Petitio. ¶ Dices, vbi erit manifeſtum?

Reſponſ. ¶ Dicas in 2. parte huius textus.

Sol. ¶ Dices, ly impoſſibile, bifariam reperitur, apud Ar. 1. cæli 111. vno modo impoſſibile ſimpliciter, vt hominẽ volare, alio modo, impoſſibile. i. non facile, hoc eſt difficile, vt acquirere ſcientias, eſt difficile, tamẽ nõ impoſſibile, quomodo ſumitur hic?

Sol. ¶ Dicas, quòd ſumitur impoſſibile ſimpliciter. i. impoſſibile, & nullo modo poteſt concedi, ꝙ in vna ſpecie demonſtrationis ſimpliciter, poteſt fieri circulus, & nota ꝙ non ſine cauſa dixit (ſimpliciter) qm̃ licet in demonſtratione ſimpliciter, hoc ſit impoſſibile, tamen eſt poſſibile in diuerſis ſpeciebus: demõſtrationis hoc eſt, inter demonſtrationem; quia, & propter quid, non ſeorſum, ſed inter vtraſque ſimul, non in vna abſque altera.

Si quidem ex prioribus, oportet demonſtrationem eſſe, & notioribus, impoſſibile enim eſt, eadem eiſdem ſimul priora, & poſteriora eſſe

Cvm Ar. determinauit, ꝙ impoſſibile eſt dari circulum in demonſtratione ſimpliciter; nunc probat hoc eſſe verum, ratione deducente ad impoſſibile antiquos, quæ ratio duo ſupponit, vnum quod cõceditur ab illis, quod denotat illa particula (ſi quidem) quod eſt tale, ſ. demõſtrationem fieri ex prioribus, & notioribus, aliud verò eſt, ꝙ impoſſibile eſt, eadem ſibi inuicem priora, & poſteriora eſſe, his ſtantibus dicit Ar. (ſiquidẽ). i. ſi vos, ò Antiqui (quidem). i. pro certo tenetis, ſicut verum eſt id, quod nos diximus in textu 9. ſ. ꝙ neceſſe eſt omnem demonſtrationẽ eſſe ex prioribus, & notioribus, ergo dum præmiſſæ demonſtrant concluſionem, ſunt priores, & notiores: quando deinde in ſecundo pro-

proceſſu ipſemet præmiſſæ demonſtrantur per concluſionem ſunt poſteriores, & ignotiores, ergo eædem præmiſſæ, dum inferunt concluſionem, ſunt notiores, & priores: dum verò inferuntur, ſunt poſteriores, & ignotiores, ergo idem eſt prius & poſterius, reſpectu eiuſdem, & eodem modo, nam ſicut in circulo, idem punctus eſt principium, & finis, ita in demonſtratione, idem erit principium, & finis. i. præmiſſa, & concluſio: notum, & ignotum, prius, & poſterius, vt quando .a. demonſtratur per .b. & .b. per .a. hoc declarato infert ſecundum ſuppoſitum, & dicit, impoſſibile enim eſt, idem reſpectu eiuſdem, ſimul priora, & poſteriora eſſe, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo etiam impoſſibile erit committere circulum: nota ꝙ quando dicit Ar. ꝙ impoſſibile eſt, eadem eiſdem eſſe priora, & notiora, intelligit eodem modo, ſed non inconuenit, ꝙ diuerſo modo, & reſpectu diuerſorum, eadem poſſunt eſſe priora, & notiora, & poſteriora, & ignota, vt cauſa eſt prior, & notior, ſm̃ naturam 1. poſt. 12. & 1. phy. 2. tamen eſt poſterior, & ignotior ſm̃ nos, & effectus eſt prior, & notior, ſm̃ nos, tamen eſt poſterior ſm̃ naturam.

Tex. 23. *Niſi altero modo, vt alia quidem ad nos, alia, verò ſimpliciter, quo modo inductio facit notum.*

PRO continuationis intelligentia, eſt notandum, ꝙ ſententia eſt Ar. 1. elenchorum, cap. de fallatia, ꝙ ad contradictionem impoſſibilem tria requiruntur, vt vera ſint contradictoria, & ſi vnum deficit, non ſequitur impoſſibile, idem de eodem modo, & ſimul, amplius eſt ſciendum, ꝙ 1. phy. 2. prius, & poſterius, dicitur bifariam, quoad nos, & quoad naturam, & non inconuenit, ꝙ idem ſit prius, & poſterius: notum, & ignotum, diuerſo tamen modo, his ergo præhabitis, continuatur iſte textus: hoc pacto, poſtquam Ar. apportauit primam rationem, contra Antiquos, ꝙ eſt impoſſibile, dari demonſtrationem circularem, in hoc textu, ipſorum Antiquorũ reſponſionem adducit, quàm ſubtiliter, tamquàm falſam impugnat, vnde. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. antiquorum affert reſponſionem, in 2. ibi (ſi verò ſic) impugnat reſponſionem, tamquàm omnino falſam, & non ſoluentem argumentum Ar. quo igitur ad primum, q. d. Antiqui, ò Ar. tunc argumentum factum, à te, contra nos, eſſet validum (niſi) .i. ſi quando nos procedimus à præmiſſis ad concluſionem, & à concluſione ad præmiſſas (non) procederemus (altero modo) .i. diuerſo modo (quidem) pro qñ qñ procedimus à præmiſſis ad concluſionẽ, tunc procedimus à notis (ſimpliciter) .i. naturaliter, & tendimus ad notum, ſm̃ nos, quãdo verò procedimus à concluſione ad præmiſſas, tendimus à noto, ſm̃ nos, ad notum ſm̃ naturam, & diuerſo modo procedentes, non erramus, & cõmictimus circulum in demonſtratione ſimpliciter, tunc enim aberraremus, quando à præmiſſis ad concluſionem, & à concluſione ad præmiſſas; vno, & eodem modo procederemus. ¶ Dices, quomodo procedimus à concluſione, ad præmiſſas? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (eo modo, quo inductio facit notum) ſicut ex ſingularibus, per inductionem notificatur vniuerſale, ſic per demonſtrationem, quia effectu ſenſato, & noto, notificatur cauſa habita, ergo antiquorum ſolutione, ad argumentum Ar. ſtatim Ar. ipſam impugnat, ſic dicens.

Diuiſio tex. — Dub. — Sol.

Si verò ſic, non eſſet vtique ſcire ſimpliciter, bene definitum, ſed duplex, aut non ſimpliciter altera demonſtratio, quæ fit ex nobis notioribus

CVM Ar. antiquorum falſam recitauit reſponſionem, ad ſuum argumentum nunc ipſam impugnat, ducendo antiquos, ad tria inconuenientia, ſed nota, ꝙ antiqui pro confeſſo habent, ꝙ ſcire definitum in 7. textu, ſit bene definitum, quod .ſ. eſt per cauſam notam nobis, & natura, aſſerit etiam, & aliud, ꝙ non datur aliud ſcire, niſi illud, quod eſt per demonſtrationem ſimpliciter, & omne quod ſcitur, non ſcitur, niſi per demonſtrationem ſimpliciter, & non datur aliud ſcire, præter hoc, dicebant etiam, ꝙ vterque proceſſus, ſ. tam à præmiſſis ad concluſionem, quàm à concluſione ad præmiſſas, eſt demõſtratiuus ſimpliciter, quibus præhabitis, refutando antiquorum ſolutionem, ſic dicit (ſi verò ſic) .i. ſi hæc ſolutio data ab antiquis, ad meam rationem eſſet vera, ſequeretur hoc falſum, ꝙ ſcire ſimpliciter, non eſſet bene definitũ, ideo primum conceſſum à vobis eſſet falſum, & ſequitur aliud contra vos, ꝙ non eſſet vnum ſcire, ſed duplex, aut non erit demonſtratio ſimpliciter: altera quæ fit ex nobis notioribus .i. ſequitur aliud falſum, contra vos, ꝙ non eſſet vnum ſcire, ſed duplex, aut non erit demonſtratio ſimpliciter, altera quæ fit ex nobis notioribus .i. ſequitur aliud falſum, contra vos, ꝙ non erit vterque proceſſus demõſtratiuus ſimpliciter, igitur q. d. Ar. ſi daretur circulus in demonſtratione ſimpliciter, idem eſſet notum, & ignotum, prius & poſterius, præmiſſa, & concluſio, demum principium, & finis, quod falſum eſt, & impoſſibile. ¶ Sed dubitant Doctores circa illud, quod dicit Ar. dicit enim Ar. ꝙ demonſtratio quia procedit eo modo, quo procedit inductio, quod videtur falſum, & probatur, qm̃ 2. prior. 23. & 24. inductio differt à demonſtratione

Dub.

quia,

quia,in modo notificandi, qm̄ per demōſtrationem quia, notificatur naturaliter ignotū, & per inductionem ferè notum. ¶ Amplius. inductio eſt inſtrumentum topicum, 1. top. 10. demonſtratio eſt inſtrumentum demonſtratiuum, 1.poſt.95.ergo ſunt duo valde diuerſa, inſtrumenta habent enim diuerſos fines,vnde oritur ratio ab vnitate, & finis diuerſitate,ſumitur vnitas, & inſtrumentorum diuerſitas,ſed finis demonſtrationis quia, & finis inductionis ſunt diuerſi,ergo diuerſa eſt demonſtratio quia,ab ipſa inductione. ¶Soluunt dicentes,q̄ inductio 2. prior.cap.de inductione,& 2. cæli 49.59.eſt duplex, alia eſt topica, alia verò eſt inductio demonſtratiua, illa enim, quæ eſt demonſtratiua, coincidit cum demonſtratione, quia non autem illa, quæ eſt topica. ¶ Dices, quare dixit Ar. eo modo,quo inductio facit notum potius, ſub nomine inductionis,loquendo, quàm ſub nomine demonſtrationis quia? ¶ Dicas, ne per ignota procedat, qm̄ adhuc non fuit facta mentio de demonſtratione quia, de qua conſideratur in tex.95. & qm̄ de inductione tractauit in 2. priorum. ¶ Vel dicendum, ſicut aſſerit Au. in com. q̄ Ar. loquitur ſimilitudinariter,quando dicit, veluti inductio facit notum;qm̄ ſicut inductio à ſingularibus tendit ad vniuerſale: ſic demōſtratio quia à ſenſatis ad cauſas ſenſatorum, & hoc pro exemplo poſuit Ar.non ita ſit,non aſſerendo,q̄ demonſtratio quia eſt inductio,notando potius proportionem,quàm identitatem.

Sol. | Dub. | Sol. | Alia ſol.

Tex. 14.

Accidit autem dicentibus circulo, demonſtrationem eſſe,non ſolùm,quod nunc dictum eſt, ſed nil aliud dicere, quàm quod hoc eſt ,ſi hoc eſt ,ſic autem omnia facilè monſtrare.

POSTQVAM Ar. declarauit, q̄ demonſtratio circularis,eſt impoſſibilis, quod probauit ratione poſterioriſtica,nunc rurſus inſtat grauius,contra circulum, per rationem prioriſticam,dicens q̄ ſicut demōſtratio circularis eſt,impoſſibilis:ſic etiam impoſſibilis eſt reciprocus ſyllogiſmus, q. d. q̄ ſicut non poteſt fieri circulus in demonſtratione ſimpliciter,ſic etiam non poteſt fieri, in ſyllogiſmo,per hoc medium prioriſticum, qm̄ petititio principij 2. prior.17.per ſe,deſtruit ſyllogiſmum:per accidens verò deſtruit demonſtrationem vnde. ¶Diuiditur iſte textus in 2. partes.In 1. epilogando,quod dixit, infert, q̄ ſi daretur circularis demonſtratio, daretur petitio principij,quæ deſtruit naturam ſyllogiſmi,qm̄ demonſtraretur idem, per idē,quæ oſtenſio,vltra quod peteret,nō eſſet ratio artificialis,qm̄ eſt ratio facilis,vt hoc eſt, quia hoc eſt,nam quod eſt artificiale, eſt difficile, 1. met.in prologo, in 2. parte ibi (manifeſtum autem eſt) probat in terminis prioriſticis:qm̄ ratio prioriſtica eſt, q̄ ſi daretur circulus,daretur petitio principij,ratio quæ per ſe deſtruit ſyllogiſmum, qm̄ definitio propria ſyllogiſmi 1. prior. cap. 2. eſt vt ex præmiſſis notis inferat ignotum, modo per circulum demonſtraretur idem,per idem,veluti hoc eſt, quia hoc eſt, quod totum petitiō eſt,7. met. 59. quo igitur ad primum ait Ar. ſic(accidit autem dicētibus, circulo demonſtrationem,eſſe non ſolum quod nunc dictum eſt).i.illis,qui dicunt, q̄ datur demonſtratio circularis,non ſolum accidit (quod) .i. illud abſurdū quod (nunc) .i. in textu 12.(dictum eſt).i. declaratum eſt, ſ. quod ſi daretur circulus in demonſtratione ſimpliciter:tunc idē reſpectu eiuſdem eſſet prius,& poſterius,eodem modo,quod eſt impoſſibile(ſed nil aliud dicere,quàm quod hoc eſt,ſi hoc eſt).i.ſed ſequeretur aliud abſurdum,& impoſſibile,quod daretur prologus, probatio eiuſdem de eodem, quæ eſt petitio principij. v. g. Socrates eſt,quia ſocrates eſt, homo currit, quia homo currit. Vnde idem eſſet ſyllogiſmus, & concluſio,medium, & quæſitum, & idem demonſtraretur per ſe ipſum,vt cur mundus eſt æternus, quia eſt æternus. ſic enim facile eſſet,omnia monſtrare).i. ſic eſſet ratio vulgaris,quia ratio facilis 1. met. 1. non artificialis,& hac ratione circulari, omnia ſcirentur de facili,& non darentur inſtrumenta appropriata, ſ. definitio ad cognitionem ſubſtantiæ: & demonſtratio ad cognitionem accidentis, nec ſyllogiſmus topicus, ad opinionem, nec elenchus ad apparentiam,nec poeticus ad fictionem,nec rethoricus ad perſuaſionem,nec inductio,nec exemplum, nec enthimema, denique non daretur ſyllogiſmus, qui ex notis notificat ignotum, qm̄ per circulum,idem notificatur,per idem, aut notū, per notum,aut ignotum, per ignotum. & ſic eſſet ratio leuis, non determinata ad vnum quæſitum:nō artificialis,ſuperuacanea,ocioſa,non obediens arti, nec ſcientiæ, ergo expellenda ab arte,& deroganda, & per conſequens, qui circulum concedunt, tanquam ignorantes,& non ſcientifici habentur. ¶Sed dubitant Doctores,quid eſt inſtrumentum facile,& ratio facilis. ¶ Dicunt,q̄ inſtrumentum facile eſt inſtrumentū non ſcientificum, & ratio non ſcientifica,vt eſt ratio topica, & rethorica. ¶ Sed errant quidem, qm̄ rationes topicæ non ſunt ſcientificæ,& tamen non ſunt faciles,nam rationes topicæ, ſunt artificiales ſyllogiſmi, & tamen hic non ſumpſit rationem facilem ſyllogiſticā, ſed deſtruentem ſyllogiſmum. ¶ Nota pro veritate,q̄ qm̄ Ar. & Au. 1. top. 1. & 1. poſt. in prologo, & 2. poſt. 37. vocant rationes topicas, rethoricas,& ſimiliter rationes faciles, vocant, reſpectu

Diuiſio tex. | Dub. | Sol. aliquorum. | Confutatio. | Veritas.

Digitized by Google

ſpectu demonſtrationis, per quam difficile eſt ſcire, ſi ſcimus, vel non, vt dicit Ar. 1. poſt. 72. & ſic rationes topicæ præcedunt rationes demonſtratiuas, quoniam ſunt faciles, vt in 4. quæſ. poſt. aſſerit Au. & non propter hoc ſequitur, quod non ſunt artificiales, vt ſumpſit hic Ar. rationem facilem, & ideo dixit 1. prior. 23. & 1. top. cap. 9. inductionem facilè monſtrare ſ. reſpectu ſyllogiſmi, qui difficilius oſtendit, quoniam oſtendit naturaliter ignotum, proptérea eſt dicendum, quod ratio facilis, ad omnia quæſita, quam hic intendit Ar. eſt ratio inartificialis, & vulgaris communis omnibus, qua vulgares idiotæ faciliter vti poſſunt ad omnia; non eſt artificialis; primò, buia ſine arte, facilis vulgaris eſt. ſecundò, quia indeterminatum ſinem habet, quod eſt contra artem, nam omnis artificialis ratio proprium finem habet; quoniam duo requiruntur ad artificiale inſtrumentum. Primum eſt, vt habeat definitionē non vulgatam omnibus: ſicut ſentire. nam artificialia, non vulgata ſunt, ſed labore acquirūtur. Secundum quod requiruut, eſt vt ſint ad proprium finem terminatum, nō indeterminatum: & hoc modo 2. de gen. 7. vocauit nntiquos, facilè enunciantes. i. ſine arte, ſine fine inferre.

Dub. ¶ Sed circa dicta. Dubitatur ait enim Ar. quod ſi circulus daretur, tunc ſequeretur probatio eiuſdem, de eodem, vt quare homo eſt homo. videtur, quod Ar. incidit in id, quod aufugit, quoniam 1. phy 42, volens reddere cauſam: quare principia non fiunt ex aliis. Reſpondet, & dicit quoniam ſunt principia. Ecce modo, quod clarè petit, & probat idem per idem, & facili ratione vtitur. ergo antiqui imitantes Ar. arguendi, non veniunt.

Sol. ¶ Dicitur, quod nulla eſt petitio. quoniam clarè patet, tunc enim eſſet petitio, & ratio facilis, quando Ar. dixiſſet, quare principia ſunt principia, ſi reſpondetur, quia ſunt principia. ſed quoniam dixit ibi, quare principia non fiunt ex aliis. Reſpondens dixit, quod non fiunt ex aliis, quoniam ſunt prima, quoniam de ratione principij eſt primum eſſe 5. met. 1. quia non dependet ab alio, & omnia ab ipſo, vt mnnifeſtè Ar. teſtatur 1. phy. 42. & 5. met. cap. 1.

Manifeſtum, autem quòd hoc contigit, tribus terminis poſitis, per multos, namque aut per paucos reflecti, dicere nihil differt; per paucos autem aut duos, quoniam enim a. exiſtente, ex neceſſitate ſit. . hoc autem ipſum, c. A. exiſtente erit. C.

POSTQVAM Ar. dixit, quod ſi circulus daretur, tūc ſequeretur petitio principij, idem enim demonſtraretur, per idem. quod oſtendit eſſe impoſſibile in demonſtratione, nunc vult manifeſtare etiam hoc, eſſe impoſſibile: non ſolùm in demonſtratione, ſed etiam eſſe impoſſibile in ſyllogiſmo, qui cōnſtat ex tribus terminis, qui pauciſsimi ſunt, vt ait Au. pauciſsimi, quoniam 1. prior. cap. de 1. figura ſyllogiſmus cathegoricus, ad minus ex tribus terminis, & duabus propoſitionibus conſtat, & vt in textu 26. dicet aſſerit. ergo Ar. quod hoc contingit, ſ. probatio eiuſdem: de eodem. ſi daretur ſyllogiſmus circularis: manifeſtum ſ. in ſyllogiſmo ſimplici, & cathegorico, qui fit ex tribus terminis, ſed quia aliquis dicet, quod ſyllogiſmus circularis, poteſt fieri in pluribus terminis, quàm in tribus, & paucioribus tribus. huic Reſpondet Ar. & dicit (per multos namque). i. per pauciores tribus. reflecti dicere: nihil differt). i. ſiue ſumas tres terminos, ſiue plures, ſiue pauciores. idem ſequitur, quod daretur petitio; & probatio eiuſdem, de ſe ipſo, ſi daretur circularis ſyllogiſmus; & quoniam dixit per paucos. i. pauciores tribus. diceret aliquis, ſi per pauciores, ergo per vnum. Reſpondet Ar. & dicit (per paucos autem, aut duos). i. ad minus per paucos, intelligas duos, quoniam ex vno nihil infertur, ſicut dicet in textu 26. & reflexio. i. circulus per paucos, quàm per duos, nō eſt ſyllogiſtica, Au. excuſat Ar. quare dixit ad minus ex duobus, & dicit, quod licet intentio Ar. ſit deſtruere reciprocationem in ſyllogiſmo cathegorico, tamen dixit hoc. Si aliquis diceret, quod daretur ſyllogiſmus ex vna præmiſſa, q. d. contra iſtum, non quod ſit iuuans ad deſtruendam circularem demonſtrationem, verum manifeſtior ſit euerſio ex paucioribus præmiſsis, quàm ex pluribus, dicit Au. his dubitationibus abſolutis, cum mens Ar. ſit deſtruere circulum in ſyllogiſmo conſtante, ex tribus terminis, ponit ſyllogiſmum conſtantem ex tribus terminis, & dicit. Verùm Nota quod Ar. more ſuo, primò ponit minorem, deinde maiorem, vltimò concluſionem. Inquit enim Au. quod Ar. accipit b. pro medio. A. pro minori. c. pro maiori, & dicit: quoniam enim a. exiſtente, ex neceſsitate ſit b. hæc eſt minor, quæ hoc modo intelligitur. omne a. eſt b. ponit maiorem, & dicit (hoc autem ipſum c.) omne b. eſt c. nam per ly (hoc) b. debemus intelligere, infert concluſionem, & dicit (A. exiſtente erit c.). i. ergo omne. a. eſt c. ſed vt facilius intelligant omnes huuc ſyllogiſmū, primò ſumatur maior, ſuwendo b. pro medio c. pro maiori. A. pro minori. quando dicit Ar. hoc autem ipſum c.). i. omne b. eſt c. ſumas modo minorem primo poſitam, quæ eſt illa (a. exiſtente b. erit dicendo. ſic omne a. eſt b. ſequitur concluſio: ergo omne a. eſt eſt c. & ſic factus eſt ſyllogiſmus talis ex triaus termiuis, non plnribus, nec paucioribus, omne b. eſt c. omne A. eſt b, ergo omne a. eſt c,

Si

Digitized by Google

Si itaque A. exiſtente, neceſſe eſt b. eſſe, hoc autem exiſtente ipſum A. hoc enim erat circulo.

CVM Ar. dixit, ꝙ ſi daretur circulus, ſequeretur petitio principij, tam in ſyllogiſmo conſtante ex tribus terminis, quàm in ſyllogiſmo conſtante ex duobus terminis, & poſuit ſyllogiſmum conſtantem ex tribus terminis, in quo non probauit, ꝙ ſi in ipſo daretur circulus, ſequeretur probatio eiuſdem de eodem; petitio principij, qm̃ probabit in textu ſequenti, nunc probat in ſyllogiſmo conſtante ex duobus terminis: ꝙ ſi daretur circulus, eſſet petitio principij, & dicit (ſi itaque A. exiſtente neceſſe eſt b. eſſe). i. ſi omne a. eſt b. (hoc autem) ſ. b. exiſtente ipſum a. & ſi omne b. eſt a. ergo ſequitur in his duobus terminis, q. d. Ar. ꝙ omne a. eſt a. nam ſi omne a. eſt b. & omne b. eſt a. ergo omne a. eſt a. aſſignat cauſam (qm̃ hoc erat circulo). i. demonſtrando mediũ per concluſionẽ, & contra ergo ſi omne a. eſt a. eſt probatio eiuſdẽ de eodem, petitio principij: quæ ratio non ſolùm deſtruit demõſtrationem, ſed etiã ſyllogiſmum. ¶ Sed dices, nã dicit Au. 3. phy. 120. & in epit. log. cap. de defi. & 2. poſt. 20. ſi diffinitum eſſe, fuerit ignotum, & definitio illius definiti fuerit nota: tunc definitum eſſe probatur per definitionem. Sed definitio, & definitum 1. phy. 5. & 7. met. 40. ſunt idem. ergo idem probatur per idem. ex quo ſequitur, ꝙ probatio eiuſdem de eodem, eſt optima, & ſcientifica. ¶ Dicitur, ꝙ definitio, & definitum ſunt idem ſubiecto tantum, & non ſunt idem ſubiecto, & ratione, primo modo idem poteſt probari de eodem, nõ ſecundo modo: qm̃ ſi illud, quod eſt idem ſubiecto, & ratione probaretur de eodem, tunc eſſet nugatio, & petitio principij. ¶ Amplius omnia quæ ſunt in Deo, & demonſtrantur de Deo, ſunt vnum & idem quod Deus, ſed actus purus, & infinitus ſunt in Deo, & demonſtrãtur de Deo, ergo actus purus & infinitus ſunt idem ꝙ Deus. ergo Deus demonſtratur de Deo. ergo petitio in principio: quomodo ergo dicit Ar. ꝙ non datur probatio eiuſdem de eodem, & per conſequens petitio principij? ¶ Dicitur gloſando maiorem, ꝙ omnia, quæ ſunt in Deo, ſunt idem ſubiecto cum Deo, ſed non ſunt idem ſubiecto & ratione, ſi enim eſſent idem ſubiecto, & ratione cum Deo, tunc ſequeretur argumentum.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Tex. 25. *Ponatur a. in quo c. dicere igitur b. exiſtente a. eſſe, eſt ipſum c. eſſe, dicere, hoc autem quoniam a. exiſtente ipſum c. eſt c. autem ipſi a. idem, quare contingit dicere circulo aſſerẽtes, eſſe demonſtrationem, nihil alterũ, quàm quod a. exiſtente a. eſt ſic autem facile eſt, omnia monſtrare.*

CVM Ar. probauit in ſyllogiſmo conſtante ex duobus terminis, ꝙ ſi daretur circulus, tunc daretur petitio principij, idem enim probaretur de eodem, quod eſt in fine abominationis, teſte Au. 1. prior. cap. 7. nunc vult probare hoc. idem ſequi in ſyllogiſmo conſtante ex tribus terminis, & dicit (ponatur a in quo c.). i. qm̃ in primo ſyllogiſmo c. erat maius extremũ concludendum, de a. minori extremo mediante b. medio termino. nunc dicit (ponatur a. in quo c.) i. in ſecundo ſyllogiſmo facias, vt a. ſit maius extremum, & c. ſit minus extremum, & ſicut in maiori propoſitione primi ſyllogiſmi dicebamus. omne b. eſt c. in ſecundo ſyllogiſmo. facias hoc modo, omne b. eſt a. (dicere igitur b. exiſtente a. eſſe). i. dicas, omne b. eſt a. (eſt ipſum c. eſſe dicere). i. in minori dicas, omne c. eſt b. (hoc autem qm̃ a. exiſtente ipſum c. eſt). i. ſi in concluſione primi ſyllogiſmi dicebatur. ergo omne a. eſt c. nunc in ſecundo ſyllogiſmo dicitur, ſic ergo omne c. eſt a. dicere enim omne a. eſt c. & omne c. eſt a. ergo ſequitur, ꝙ omne a. eſt a. & ſic idem de eodem, & vera ſequitur petitio principij (quare contingit dicere circulo aſſerentes eſſe demonſtrationem, nil aliud, quàm ꝙ a. exiſtente a. eſt, & ſic facile eſt omnia monſtrare.). i. ſequitur ꝙ verum eſt id, quod propoſuimus probandum in principio 24. textus, ꝙ non ſolùm contingit dicere circulo dicentibus demonſtrationem eſſe. ꝙ idem eſſet prius, & poſterius, ſimul reſpectu eiuſdem, & notum, & ignotum, præmiſſa, & concluſio: quod quidem vera eſt petitio principij, & talis ratio, non artificialis, nec ſciẽtifica. Verùm pro faciliori intelligentia eorum, quæ dicit Ar. ſ. ꝙ ſi daretur circulus, tunc eſſet probatio eiuſdem de eodem: ordina vtrumque ſyllogiſmum, hoc modo videlicet, ſumendo b. pro medio c. pro maiori a. pro minori, dicendo ſic, omne b. eſt c. omne a. eſt b. ergo omne a. eſt c. & iſte eſt ſyllogiſmus factus in textu 24. modo accipias a. & facias, vt ſit maius extremum, & accipias c. & facias, quod ſit minus extremum, & componas ſyllogiſmum, hoc modo: omne b. eſt a. omne c. eſt b. ergo omne c. eſt a. in primo ſyllogiſmo fuit dictum in concluſione, ꝙ omne c. eſt a. & in ſecundo dicitur in concluſione, ꝙ omne a. eſt c. ergo ſequitur, ꝙ ſi c. eſt a. & a. eſt c. ergo a. eſt a. dicere a. eſt a. eſt prædicatio eiuſdem de eodem, negatio & vera petitio. ergo ſequitur, ne accidãt tot inconuenientia, vt omnino circulus ab arte remoueatur, vnde fiat hæc ratio demonſtratiua 2. prior. cap. de petitione Au. petitio in arte non datur, ſed circulus. (vt probatũ eſt) petitio. ergo in arte circulus nõ datur. ¶ Sed dices, ego non intelligo has literas b. c. A. vellem exemplum in terminis notis. ¶ Nota Petitio.

exem-

exemplum in terminis notis, & accipiatur. homo. pro medio termino. riſibile. pro maiori extremo.& rationale.pro minori extremo. dicendo ſic. omnis homo. eſt riſibilis. omne rationale. eſt homo. ergo omne rationale eſt riſibile,accipias modo riſibile, quod eſt maius extremum, & facias, vt ſit minus extremum, & rationale, quod eſt minus extremum,facias,vt ſit maius extremum; hoc modo,videlicet,omnis homo eſt rationalis. omne riſibile eſt homo. ergo omne riſibile eſt rationale. Nota modo, in prima concluſione fuit dictum, ꝙ omne rationale eſt riſibile,& in 2. concluſione nunc dicitur, ꝙ omne riſibile eſt rationale.ergo ſequitur,ꝙ omne rationale, eſt rationale, & ſic idem de eodem,& vera petitio principij, & hæc ſint dicta pro facili intelligentia.

Tex. 26. idem 2. priorum cap. 5. *Verùm, neque hoc poſſibile præterquàm in ijs,quæcunque ſe inuicem conſequuntur, quemadmodum propria.*

POSTQVAM Ariſt. fecit duas rationes contra antiquos, vnam poſterioriſticam, aliam verò prioriſticam,probantes,non dari circulum, nunc facit 3. rationem contra antiquos, ꝙ non omnia quæ ſciuntur, demonſtratione circulari ſciuntur, cauſa huius intentionis eſt, qm̃ Antiqui duo affirmabant, primùm ꝙ datur circulus. Secundùm ꝙ omnia ſciuntur per circulum, ex quo cum Ar. refutauit primum dictum eorũ per duas rationes,nunc refutat 2. dictum, & ſic 3. adducit rationem, & nota, ꝙ hæc 3. ratio fit in duobus textibus,in 26 & 27. ſicut illæ ſupradictæ, ſed antequã fiat hæc 3. ratio eſt ſciendum, ꝙ Ar. in hoc textu, præponit quædam prius, deinde in textu ſequente format rationem, in hoc ergo textu, quatuor præponit,ex quibus pendet intelligentia tertiæ rationis,primum quod præponit hoc eſt,ꝙ ſyllogiſmus circularis, non poteſt fieri niſi in terminis conuertibilibus, vt dictum eſt in 2.prior. cap. 5. ſecundum eſt, ꝙ ſyllogiſmus circularis non poteſt fieri ex vno termino, neque ex vna propoſitione: ſed neceſſario ex tribus terminis, & duabus propoſitionibus, veluti aſſerit Ar. in libro de motu an. cap. 4. & 1. poſt 57.56. & 134. nec non 1. prior. cap. de 1.2.& 3. figura, & vt patet etiam ex definitione ſyllogiſmi,in 1.prior. & 1. top. cap. 1. quod etiam innuit Ar. in textu, cùm dicit (vno quidem igitur poſito) & ibidem aſſerit ex duabus propoſitionibus primis, & minimis .i. ad minus, ex duabus propoſitionibus primis, & minimis .i. ad minus, ex duabus propoſitionibus fit ſyllogiſmus, non intelligitur, ꝙ propoſitio ſit minima, & dicuntur primæ præmiſſæ,prius poſitæ, ſ. ante concluſionem,quæ ad minus duæ ſunt, non plures, nec pauciores. Tertium eſt, ꝙ circulus non poteſt fieri, niſi in 1. figura, & in primo modo primæ figuræ, quod innuit Ar. in textu, quando dicit (ſi igitur a. quidem ad b. & ad c. ſequitur) Quartum eſt, ꝙ Antiqui dixerunt dari circulum, vt omnia circulo ſciuntur. His ſic ſtantibus. ¶ Diuiditur iſte textus in tres partes, in 1. vna inſtantia particulari deſtruit ſecundum dictum Antiquorum, in 2. ibi (vno quidem igitur poſito) ſupponit ꝙ omnis ſyllogiſmus conſtat ex duabus propoſitionibus, in 3. ibi (ſi igitur) declarat ꝙ non poteſt fieri niſi in ſyllogiſmo conſtante ex terminis conuertibilibus, quo igitur ad primum, Ar. deſtruens ſecundum dictum Antiquorum; ſic dicit (Verum, neque hoc poſſibile præterquam in iis, quæcumque ſe inuicem conſequuntur) q. d. ſi nos concedimus, ꝙ circulus poteſt fieri, hoc eſt, ꝙ vnus terminus poteſt demonſtrari per reliquum dicimus ꝙ non poteſt fieri in omnibus terminis) ſed in iis, qui ad inuicem ſe conſequuntur) .i. in terminis conuertibilibus, qui continuò poſſunt eſſe ſubiecta, & prædicata vt rectè inquit Au. 1. poſt. 142.& ſic falſum eſt dictum antiquorum vniuerſaliter, quòd omnia circulari demonſtratione ſciuntur, & ſi quæres, qui ſunt termini conuertibiles, exemplificat & dicit (quemadmodum propria.) id eſt prædicata propria. ¶ Dices, prædicata propria ſunt duobus modis, accidentia propria eſſentialia, & propria ſubſtantialia, vt ſunt ſpecificæ differentiæ, & definitiones 1. top. 4. & in hoc com. Au. quæ prædicata propria,hic intelligit Ariſt. ¶ Dicitur, ꝙ intelligit vtraque. ¶ Quæres, vbi in quibus, & quo modo ſit,& eſt poſſibilis demonſtratio circularis? ¶ Dicimus, ꝙ demonſtratio circularis ab Ariſt. conceditur, & negatur, conceditur in terminis conuertibilibus, & negatur in terminis non conuertibilibus. Verùm Nota, ꝙ non ſufficit dicere, ꝙ demonſtratio circularis fit in terminis conuertibilibus ſolùm, qm̃ ſequerentur contra Ar. illa met. abſurda; quæ fuerunt facta ab Ariſt. in textu 22. contra Antiquos, ſ. ꝙ idem eſſet prius,& poſterius, notum, & ignotum, præmiſſa, & concluſio, ſed etiam requiritur, vt circulus fiat, non in vna ſpecie demonſtrationis, veluti Antiqui dicebant, ſed inter diuerſas ſpecies demonſtrationis. ¶ Dices,inter quas ſpecies demonſtrationis, ſi non inter omnes? ¶ Dicas, non inter demõſtrationem ſimpliciter,& propter quid, nec inter ſimpliciter, & quia,ſed inter propter quid, & quia, non in vna, ſine alia, ſed Nota, ꝙ neque datur circulus, inter omnes ſpecies demonſtrationis propter quid, & quia: ſed tantùm inter propter quid, & quia analogicæ, non

Diuiſio text.

Petitio

Reſpon.

Petitio.

Dub.

Sol.

Digitized by Google

Dub. autem æquiuocè dictas. ¶ Dices demonſtra-
rio circularis ſit in aliqua figura, & ſi ſit, in
aliqua figura, vel in prima, vel in ſecunda,
Sol. vel in tertia? ¶ Dicas, ꝙ ſit in 1. figura, & non
in omnibus modis primæ figuræ, ſed tantum
Dub. in 1. modo primæ figuræ. ¶ Dices, demon-
ſtratio propter quid, eſt demonſtratio ſim-
pliciter, ſic enim vocatur ab Au. in epit. log.
cap. de qual. faciendi demon. & in 1. poſt. 99.
ergo ſi circulus fieri poteſt inter demonſtra-
Sol. tionem propter quid, & quia, ergo ſit inter
demonſtrationem ſimpliciter, & quia. ¶ Di-
citur, ꝙ demonſtratio propter quid, ab Au.
vocatur ſimpliciter, non quia vno medio, ab-
ſoluit vtrumque quæſitum, ſ. eſſe, & cauſam,
ſed qm̃ habet medium, quod eſt cauſa 1. poſt.
95. quæ cauſa eſt nota ſimpliciter 1. phy. 2.
.i. naturaliter, 1. poſt. 12. & ſic differt de-
Petitio. mõſtratio ſimpliciter à propter quid. ¶ Quæ-
Responſ. res quomodo ſit circulus inter demõſtratio-
nem quia, & propter quid? ¶ Pro intelligen-
tia. Nota ꝙ inter demonſtrationem quia, &
propter quid, reperitur ordo. ſicut reperitur
inter quæſita quia, & propter quid, non enim
poteſt quæri propter quid, ſi primò non ha-
betur quia 2. poſt. 1. & 7. met. 59. 1. poſt. 39. &
40. vbi ait Ar. ſic (ſed non prius poſſibile eſt
cognoſcere, propter quid, quàm quod) ſimi-
liter demonſtratio propter quid fieri non
poteſt, ſi prius non ſit demonſtratio quia, vn-
de oportet adhoc vt fiat circulus inter vtrã-
que, ꝙ prius fiat demonſtratio quia: deinde
propter quid, vt omne riſibile eſt rationale,
omnis homo eſt riſibilis, ergò omnis homo eſt
rationalis, hæc eſt demonſtratio quia, in qua
medium eſt effectus, vt eſt ipſum riſibile, per
quem effectum, tamquam per medium noti-
ficatur cauſa, quæ cauſa eſt ipſum rationale.
Nota modo in his met terminis fiat demon-
ſtratio propter quid. accipiendo rationale,
quod eſt cauſa, pro medio termino, & riſibile
quod eſt effectus pro quæſito, conuertendo
maiorem hoc modo, omne rationale eſt riſi-
bile, omnis homo eſt rationalis, ergo omnis
homo eſt riſibilis. Ecce modo iam factus eſt
circulus, qm̃ id quod erat medium in demon
ſtratione quia, factum eſt quæſitũ in demon-
ſtratione propter quid, & id quod erat quæſi-
tum in demonſtratione quia, factum eſt me-
dium in demonſtratione propter quid, & ſic
Dub. factus eſt circulus. ¶ Sed dices, ergo idem eſt
medium, & quæſitũ, notum, & ignotum, quod
quantum ſit falſum, & impoſſibile quiſque vi-
Sol. deat Ar. 1. poſt. 22. ¶ Dr̃, ꝙ tunc ſequeretur
dubitatio, qñ vno, & eodem modo, idem eſſet
medium, & quæſitũ, notum, & ignotũ, ſed di-
uerſo modo ſumptum, non eſt impoſſibile, nã
licet rationale ſit quæſitũ in demonſtratione
quia, tñ in demonſtratione propter quid non
ſumitur vt quæſitum, ſed vt mediũ notificatũ
per demonſtrationem quia. ¶ Sed dices, ſi Dub.
hoc modo datur circulus, adhuc ſequitur pe-
titio, conſequentia probatur, qm̃ ly rationa-
le eſt quæſitum in demõſtratione quia, quæ-
ſitum 2 poſt. 1. eſt ignotũ, & per hoc quæſitum
concluditur, riſibile in demonſtratione pro-
pter quid, quod riſibile etiam eſt quæſitũ, er-
go à quæſito ad quæſitum, ab ignoto ad igno
tum. ergo vera petitio, inter demonſtratio-
nem quia, & propter quid, non ergo datur
circulus. ¶ Dr̃, ꝙ ly rationale, qñ ſumitur in Sol.
demonſtratione propter quid, nõ ſumitur, vt
quæſitum ignotum, ſed ſumitur vt mediũ no-
tificatum per demonſtrationẽ quia, & ſic qñ
procedimus ab hoc medio notificato, nõ pro
cedimus ab ignoto ad ignotum, ſed à noto ad
ignotum, & ſic non petimus, ſed potius opti-
mè demonſtramus. ¶ Dices contra, nam ad- Replica.
huc ſequitur petitio, qñ enim procedimus à
rationali ad riſibile, in demonſtratione pro-
pter quid, procedimus à noto ad notũ, quod
eſt petere 2. prior. cap. de petitione, probatur
qm̃ riſibile eſt notũ, qm̃ eſt mediũ in demon-
ſtratione quia, quod mediũ 1. poſt. 11. eſt no-
tũ. ¶ Dr̃, ꝙ notitia eſt duplex, Alia confuſa, Sol.
Alia diſtincta, teſte Au. in epit. log. cap. de
partib. defin. quomodo debent eſſe notiores
definito, qua diſtinctione ſic ſtante. dicimus,
ꝙ ly riſibile, licet ſit notum, tñ non eſt notum
notitia diſtincta, ſed notitia confuſa, & ſic
mediũ in demonſtratione quia, eſt notum, &
ignotum. vnde qñ procedimus à rationali ad
riſibile, in demonſtratione propter quid, pro
cedimus à noto ad ignotum, & ſic non eſt pe-
titio. Et Nota artificiũ, quo vtitur Ar. qñ de-
ſtruit opinionem antiquorum, deſtruit enim
illam per inſtantiã topicam, quæ erat ꝙ om-
niũ eſt demõſtratio circularis, notũ enim eſt
ꝙ inſtãtia eſt duplex, teſte Ar. 2. prior. cap. de
inſtantia, & 1. poſt. 91. Alia demonſtratiua, vt
qñ deſtruitur vniuerſale affirmatiuũ, ꝑ aliud
vniuerſale negatiuum, vt omne, per nullũ, &
nullum per omne, v.g. omnis homo eſt albus,
deſtruitur per hanc, nullus homo eſt albus, &
nullus homo eſt albus, deſtruitur per omnis
homo eſt albus, inſtantia verò topica eſt. qñ
vniuerſale deſtruitur ꝑ particulare, vt hæc
vniuerſalis affirmatiua deſtruitur ꝑ particu-
larem negatiuã, ſic omnis homo eſt albus, ali
quis homo nõ eſt albus. Quo ſic ſtãte Ar. vti-
tur hoc artificio, ſ. deſtruit vniuerſalẽ affir-
matiuam factã ab antiquis. quæ eſt hæc, om-
niũ eſt demõſtratio circularis. i. tam conuer-
tibiliũ, q̃ non conuertibiliũ, per hãc particu-
larẽ negatiuã verã, dicens nõ conuertibiliũ
nõ eſt demõſtratio circularis. ¶ Dices, qr̃ Ar. Petitio.
vſus eſt potius inſtantia topica, q̃ demõſtra-
tiua? ¶ Dices, qm̃ contra aduerſariũ, & negã- Reſponſ.
tes principia nos, debemus arguere topicè,
non demonſtratiuè, vt 1. phy. 8. teſtis eſt Au.

Vno

Digitized by Google

Vno quidem igitur poſito, quod numquã neceſſe eſt aliquid eſſe alterum, monſtratum eſt, dico autem vno. quoniam neque termino vno, neque poſitione vna poſita, ex duabus autem poſitionibus primis, & minimis, contingit ſi quidem & ſyllogizare.

CVM Ar. dixit, ꝙ ſi circulus fieri poteſt, non poteſt fieri, niſi in terminis conuertibilibus. Vnde deſtruxit antiquorum dictum, qui aſſerebant omnium eſſe demonſtrationẽ, nunc hoc probare intendit, ſed antequã hoc probat, accipit vnum declaratũ in lib. prior. ꝙ omnis ſyllogiſmus ad hoc vt concludat ad minus conſtat ex duabus propoſitionibus, & non ex vna propoſitione, neque ex vno termino, & ait vno quidem igitur poſito, ꝙ nũquam neceſſe eſt, aliquod eſſe alterum monſtratum eſt) .i. q. d. Ar. antequam probatur ꝙ demonſtratio circularis, nõ fit, niſi in terminis conuertibilibus. præſuppono vnum, quod declarauimus in libro priorum, ꝙ vno quidem poſito, nunquam neceſſe eſt aliquod alterum eſſe) .i. ꝙ ex vno nihil ſequitur verum, qm̃ ly (vnum poteſt intelligi duobus modis: vnum ſ. terminum vnum, & vnum .i. propoſitionem vnam, ideo declarat ſe, & dicit, ſi neſcis, quid intelligo per vnũ, dico aũt vno, qm̃ neque termino vno, neque poſitione vna poſita, aliquid ſequitur, 2. poſt. 48. ſed ex duabus propoſitionibus primis, & minimis contingit, ſi quidem ſyllogizare. i. ad minus debent ſumi duæ propoſitiones, numero ad hoc, vt contingat ſyllogizare .i. vt ſequatur concluſio. & ideo dixit Ar. in libro de motu an. cap. 4. ꝙ ſyllogiſmus eſt oratio, in qua duabus propoſitionibus (poſitis) .i. ordinatis, ex illis duabus, numero non pluribus, nec paucioribus ſequitur concluſio: verùm Nota, ꝙ vt concluſio ſequatur ex duabus propoſitionibus oportet, vt illæ duæ propoſitiones ſint ordinatæ in ordine, & figura, aliter concluſio non ſequeretur ex ipſis. ¶ Dubitãt aliqui, & dicunt, quòd in entimemate ex vna propoſitione ſequitur concluſio (quo ergo dicit Ar. ꝙ ex vna propoſitione, nihil ſequitur? Similiter in exẽplo, ex vno ſingulari infertur aliud ſingulare, & in inductione omnia ſingularia habent vim vnius medij, & tñ ſequitur aliud. ¶ Dicunt, & primò notant vnum ex Au. 1. prior. 28. ꝙ conſeqnentia eſt duplex. Alia per ſe, Alia per accidens, illa, quæ eſt per ſe, eſt ſolius ſyllogiſmi, qui ex noto infert per ſe ignotum, & hæc eſt cõſequentia per ſe, illa verò quæ eſt per accidens, eſt enthimematis exempli, & inductionis, quæ inſtrumenta ad hoc, vt per ſe inferant: indigent, vt reducantur ad ſyllogiſmum, qm̃ non inferunt, niſi id, quod eſt ferè notum, vt ait Au. 2. poſt. 23. dixit Ar. ſyllogiſticè ſequi, vt limitaret ſe, quia Alio modo ſequitur aliquid ſed non neceſſitate ſyllogiſtica, & per ſe, ſed per accidens, & ideo dicit Au. ex vno nihil ſequitur per ſe; conſequẽtia per ſe, vt ex vno naturaliter noto, non ſequitur aliud ignotũ conſequentia per ſe, ſed q. d. conſequentia per accidens, ex vno, non aliud ignotum, ſed ſcire notum, ſicut in enthimemate. Amplius dicit Ar. ꝙ in demonſtratione, ad minus duæ propoſitiones debent ſumi, non plures, nec pauciores. ¶ Dices contra demonſtratio fit ex propoſitionibus immediatis, 1. poſt. 9. ſed propoſitiones immediatæ, ſunt elementa 1. poſt. 156. elementa ſunt quatuor 2. de gen. & cor. 22. & 16. 2. phy. 1. 3. cæli 1. ergo demonſtratio fit ex 4. propoſitionibus. ¶ Dicitur, ꝙ qñ dicit Ar. ꝙ propoſitiones ſunt elementa, non intelligit elementa ſublunaria, vt ſunt ignis, aer, aqua, & terra, ſed denotat, ꝙ propoſitiones debent eſſe immediatæ, primæ. ſicut ſunt prima elementa, & prima principia, quæ non fiunt ex aliis, vt 1. phy. 42 teſtis eſt Ar.

Dub.

Sol.

Si igitur, & a. ſequatur ipſi b. & c. & hæc ex ſe inuicem, & ipſi a. ſic quidẽ contingit ex inuicẽ monſtrare omnia petita, in prima figura, quẽ admodum monſtratum fuit in iijs, quæ de ſyllogiſmo monſtaatũ autẽ eſt, & quod in alijs figuris aut non fit ſyllogiſmus, aut non de acceptis.

CVM ſumpſerit vnum declaratum in libro prior. ſ. ꝙ ſyllogiſmus ad minus fit ex duabus præmiſſis, nunc vult applicare, ꝙ tm̃ in terminis conuertibilibus fit circulus: verũm hunc ordinem ſeruat, quem ſeruauit 1. prior. cap. de 1. figura ſ. primò ſumit a. pro maiori extremo. b. pro medio, c. pro minori extremo, & dicit ſi igitur & a. ſequatur ipſi b. & c. & hæc ex ſe inuicem ipſi a. ſic quidem contingit ex ſe inuicem mõſtrare omnia petita in 1. figura .i. circularis demonſtratio eſt poſſibilis, quando a. maius extremum ſequitur, ipſi b. & c. .i. conuertitur cum b. medio termino. & c. minori extremo, & hæc ex ſe inuicem, ipſi a .i. & medium b. & minus c. conuertuntur cum a. minori extremo, & ſic ex ſe inuicem. i. & qñ conuertuntur, contingit mõnſtrare omnia petita in 1. figura, vt mõnſtratum eſt in his, quæ de ſyllogiſmo) .i. vt dictum fuit in libro priorum, 1. cap. 5. vbi declaratum eſt, ꝙ aut non fit ſyllogiſmus in aliis figuris, aut ſi fit, non de acceptis. i. non fit ex conuertibilibus. ¶ Nota, ꝙ dixit (petita in prima figura) .i. ad hoc, vt fiat conuerſio, neceſſe eſt, vt termini ſint conuertibiles, iſta ſunt petita. i. requiſita, dixit in prima figura, qm̃ in aliis non poteſt fieri circulus, quod inquit Au. dum opportunum fuerit .i. non ſemper, & in omni modo: ſed quando fuerint omnia requiſita, ſcilicet ꝙ termini

 ſint

Digitized by Google

ſint conuertibiles,& in primo modo, primæ figuræ dixit,ꝙ in aliis figuris, vel non ſit ſyllogiſmus circularis, vel non de acceptis .i. q.d. Ar.neque poteſt fieri in 2.figura,neque in 3. non in 2. qm̃ per concluſionem negatiuam,quam ſemper concludit, non poſſumus monſtrare affirmatiuam præmiſſam,quæ ponitur in illo ſyllogiſmo, in 3. verò qm̃ concludit particulariter,ex illa poſtea,non poſſumus præmiſſam vniuerſalem, quæ ponitur in illa figura, dixit. (aut non de acceptis.) .i.licet poſſit fieri circulus, in ſyllogiſmo 2. & 3. figuræ, non tamen deinde concludimus quæſitum propoſitum.nam non concluditur in 2. proceſſu,acceptum in 1.proceſſu,qm̃ in 1. proceſſu accipimus,in 2. figura vnam propoſitionem affirmatiuam, alteram negatiuam,deinde in 2.proceſſu, à concluſione ad præmiſſas, non concluditur. quod acceptum eſt, ſ. affirmatiua ſimiliter in 3. figura, non concluditur quod acceptum eſt, & hoc dicit quando dicit (aut non de acceptis) Au. in com.declarat, quomodo fit reciprocatio, & dicit hoc pacto, accipiendo concluſionem primi ſyllogiſmi pro maiori, & oppoſitum alterius præmiſſarum pro minori,& ſic oſtenditur altera præmiſſarum primi ſyllogiſmi, vbi eſt intelligendum, ꝙ per oppoſitum alterius præmiſſæ, debemus intelligere cōuerſam minoris,conuerſa enim eſt oppoſita conuertentis,& primus ſyllogiſmus ſit iſte,accipiendo a.loco maioris b. loco medij & .c. loco minoris, dicendo omne b. eſt a. omne c. eſt b. ergo omne c. eſt a. accipias omne c.eſt a.quæ eſt concluſio primi ſyllogiſmi,& facias vt ſit maior ſecundi ſyllogiſmi,& dicas, omne c. eſt a. accipias conuerſam minoris primi ſyllogiſmi, quæ eſt iſta omne b. eſt c. & ſic concludis maiorem primi ſyllogiſmi pro concluſione ſecundi,& dicas omne b.eſt a.& ſic oportet, vt dicit Ar. ꝙ termini ſint conuertibiles, aliter non fiet reciprocatio. Sed

Quęſtio an concluſio ſit de eſſētia ſyllogiſmi.

Nota,ꝙ nonnulli ex hoc textu 26. ſumunt,ꝙ concluſio non eſt de eſſentia ſyllogiſmi, & pro eorum opinionis confirmatione vtuntur hoc textu ſolum,nobis autem in gratiam eorum, hāc poſitionem rationibus corroborare,viſum eſt.

Prima ratio probās concluſionem non eſſe de eſſentia ſyllogiſmi.

¶ Et prima eſt talis,finis non eſt de natura, & eſſentia illius cuius eſt finis, vt liquido patet 4.phy.219. 6 phy.32.qm̃ finis rei non eſt res cuius eſt finis,6. phy. 32.& differt ab illo cuius eſt finis,6. phy.46. quod confirmat Au. 3. phy.4. cum ait via ad rem eſt aliud à re,vt demōſtratio eſt via ad ſcientiam,& ſcientia eſt finis 1.prior.cap.1. & tamen demonſtratio non eſt eadem cum ſcientia ſuo fine, & ſi eſt eadem non niſi ſubiecto, ſed non ratione,ſed cōcluſio eſt finis, & operatio ſyllogiſmi,teſte Ar. in lib. de motu an. cap.4. ergo concluſio non eſt de eſſentia ſyllogiſmi.

2.Ratio.

¶ Amplius,& fortius ſi concluſio eſſet de eſſentia ſyllogiſmi, tunc ſequeretur vnum impoſſibile, quòd daretur proceſſus in infinitum,quod eſt contra Ar. 3. phy.cap.de infinito,& 1.de gen. an.cap. 1. conſequentia probatur nam hoc totum aggregatū ex præmiſſis ſimul, & concluſione erit ſyllogiſmus, hoc ſit primum dictum, ſuppono ſecundum, quod eſt Ar. ꝙ ſyllogiſmus infert aliquid, quod eſt concluſio, quibus duobus præſuppoſitis ſic ſtantibus arguatur ſic, ſi cōcluſio eſſet de eſſentia ſyllogiſmi tunc ſyllogiſmus cum concluſione, quam tu ſuppon is eſſe de eſſentia ipſius habebit inferre aliquid,vt puta concluſionem, vt patet ex definitione ſyllogiſmi, ſed iſta concluſio per te eſt de eſſentia ſyllogiſmi. ergo habebit inferre aliquid, & ſic proceſſus in infinitum.

3.Ratio.

¶ Rurſus omne quod eſt aliud ab aliquo diſtinguitur ab illo, & non eſt de eſſentia illius, vt homo, & bos, homo enim eſt quid aliud à boue, & diſtinguitur à boue, & non eſt de eſſentia bouis, qm̃ vbi eſt alietas ibi eſt differētia eſſentialis,vt ait Por. cap.de differentia,ſed concluſio eſt quid aliud à ſyllogiſmo,vt patet ex definitione ſyllogiſmi,in 1. priorum, & 1. top. cap 1. & in libro de motu an.cap.4.ergo concluſio non eſt de eſſentia ſyllogiſmi.

4.Ratio.

¶ Praeterea illud eſt de eſſentia alicuius, per cuius deſtructionem,ſequitur deſtructio illius, veluti animal,quod eſt de eſſentia hominis,per deſtructionem animalis, ſequitur deſtructio hominis, ſed concluſione deſtructa, non deſtruitur ſyllogiſmus,qm̃ 1.prior.cap. de 1. 2. & 3. figura ſyllogiſmus ſit ex duabus propoſitionibus,& tribus terminis,vt etiam in hoc textu aſſerit Ar.& non nominatur concluſio, ergo concluſio non eſt de eſſentia ſyllogiſmi.

5.Ratio.

¶ Amplius conſequens non eſt de eſſentia antecedentis,qm̃ prius poteſt eſſe ſine poſteriori, & non è contra, vt patet 5. met. & in pñtis in cap. de priori,vt vnū poteſt eſſe abſque duobus, ſed duo non eſſe abſque vno, & ſimplex poteſt eſſe abſque compoſito, ſed compoſitum non poteſt eſſe abſque ſimplici, veluti teſtatur Ar. 2. cæli 22. cum aſſerit in vnoquoque genere prius natura eſt vnum multis, & ſimplex compoſito, ſed concluſio ſe habet, vt conſequens reſpectu ſyllogiſmi 1. poſt. 53. & ſyllogiſmus vt antecedens, ergo ſequitur, ꝙ concluſio non eſt de eſſentia ſyllogiſmi.

Quęſiti Veritas.

¶ Sed (pace eorum) ego quidem ſum alterius voti,& ſi me mea non fallit ſententia credo in hoc contra omnes demōſtrare defendendo hanc, & veram concluſionem .ſ. ꝙ concluſio eſt de eſſentia, & quidditate ſyllogiſmi, quam concluſionem eſſe peripateticam probatur multis rationibus, quarū prima ſit talis.

Prima ratio probās

¶ Si concluſio, non eſſet de eſſentia ſyllogiſmi,tunc ſyllogiſmus eſſet im-

perfectus

Digitized by Google

conclusionem eſſe de eſſētia ſillogiſmi. perfectus ſine concluſione, quod exemplo ma
niſeſtari poteſt, vt ſi fiat iſte ſyllogiſmus, om-
ne dulce eſt guſtandum, ſaccarum eſt dulce,
ſi taceremus concluſionem, quæ eſt hæc ſ. er-
go ſaccarum eſt guſtandum, iſte ſyllogiſmus
diceretur imperfectus, quia caret expreſſio-
ne concluſionis, & qm̃ id eſt perfectum, quod
habet principium, & finem 5. met. cap. de
perfecto, & 1. cæli 2. nec non 3. phy. 64. ſi ſyl-
logiſmus, non haberet concluſionem, quæ eſt
finis & operatio eius, vt aſſerit Ar. in libro
de motu an. cap. 4. tunc eſſet imperfectus, qm̃
haberet tantùm præmiſſas, quæ ſunt princi-
pia ſyllogiſmi, & non haberet concluſionem,
2. Ratio. quæ eſt operatio, & finis eius: Amplius illud
eſt de eſſentia, & ſubſtantia alicuius, quod
ſumitur in definitione illius 1. poſt. 30. ſed
concluſio 1. prior. 1. & 1. top. cap. 1. ſumitur
in definitione ſyllogiſmi, ergo concluſio eſt
3. Ratio. de eſſentia ſyllogiſmi. ¶ Præterea forma eſt,
de eſſentia illius cuius eſt forma, qm̃ forma
eſt differentia, quæ differentia eſt de eſſentia
illius cuius eſt differentia 1. poſt. 30. ſed con
cluſio 2. phy. 31, 34. eſt forma ſyllogiſmi, er-
4. Ratio. go cõcluſio eſt de eſſentia ſyllogiſmi. ¶ Rur-
ſus ſi concluſio non eſſet de eſſentia ſyllogiſ-
mi, tunc nec maior, nec minor propoſitio eſ-
ſet de eſſentia ſyllogiſmi, conſequentia pro-
batur, qm̃ concluſio nil aliud eſt, niſi maius
extremum, & minus extremum & ſicut maius
& minus extremum, ſunt de eſſentia ſyllogiſ-
mi eodem pacto concluſio, quæ conſtat ex
his, etiam erit de eſſentia ſyllogiſmi. Hæ ſunt
rationes probantes concluſionem eſſe de eſ-
ſentia ſyllogiſmi, multæ aliæ eſſent, ſed qm̃
quælibet iſtarum videtur demonſtrare, ideo
relinquantur aliæ veritas enim inter alia,
quæ habet priuilegia, hoc eſt potiſſimum ſ.
ꝙ non indiget multis teſtimoniis, qm̃ patet
de ſe hinc dicunt legum latores, ꝙ teſtium
multitudo eſt derogatio veritatis; ſed vt
apud contrarios veritas magis eluceſcat, &
ſit libera ab omni contradictione oportet
ſoluere rationes in contrarium factas, & pri-
Soluitur 1. Ratio. mò. ¶ Soluitur 1. ſupponendo prius vnum,
ꝙ finis Au. teſte 2. phy, 24. & 90. eſt duplex,
quidam enim eſt finis generationis, & quidã
eſt finis rei generatæ, ꝙ etiam ipſemet Au.
confirmat 8. met. 12. 4. cæli 22. qua diſtin-
ctione ſtante dicitur, ꝙ ille finis, non eſt de
eſſentia illius, cuius eſt finis, qui eſt finis ge-
nerationis, ſed finis rei generatæ eſt de eſſen
tia illius, modo concluſio, non eſt finis gene-
rationis ſyllogiſmi, ſed eſt finis ſyllogiſmi
generati, & facti vnde ſequitur ꝙ concluſio
Alia ſol. eſt de eſſentia ſyllogiſmi. ¶ Vel dicendum,
ꝙ finis eſt triplex, veluti fidem facit Au. 6.
colliget cap. 1. Quidam enim eſt finis ad quẽ
res neceſſario tendit, & hic abſolutè dicitur
finis. Quidam eſt finis, vt eo exiſtente ſtent
res per ipſum ordinatæ, & hic finis cauſarum
appellatur. Quidam eſt finis, qui eſt forma
2. phy. 70. 1. de par. an. cap. 1. nec non 1. de
gen. an cap. 1. 2. phy. 2. de anima 37 & 4. phy.
14. quo ſtante dicimus ꝙ ille finis non eſt de
eſſentia illius cuius eſt finis, qui non eſt for-
ma veluti eſt primus, & ſecundus prænomi-
natus, ſed tertius, qui eſt forma ſine dubio eſt
de eſſentia illius, cuius eſt finis, & hoc modo
eſt cõcluſio ſyllogiſmi, quæ eſt finis & forma
ſyllogiſmi, & ſic eſt de eſſentia ſyllogiſmi,
qm̃ numquam ſeparatur concluſio à ſyllogi-
ſmo, iuxta illud 2. de anima 22. vbi dicitur,
finis non ſeparatur à finito, neque perfectio
& complementum à ſuo perfectibili. ¶ Solui- Soluitur
tur 2. ratio hoc modo videlicet negando ip- 2. Ratio.
ſam, qm̃ ſupponit vnum falſum, quando dicit
ꝙ ſyllogiſmus habet inferre quid aliud à ſyl-
logiſmo, hoc enim eſt falſum, qm̃ ſyllogiſmus
non infert aliud ab ipſo, ſed infert aliud à
præmiſſis dicit enim Ar. ꝙ ſyllogiſmus eſt
oratio in qua quibuſdam poſitis ex his ſequi-
tur aliud, hoc quidem ſic intelligitur videli-
cet ſyllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam
.i. duabus præmiſſis naturaliter notis, poſitis
.i. ordinatis ſequitur aliud .i. concluſio, quæ
eſt alia à præmiſſis. ¶ Dices, quomodo con- Dub.
cluſio eſt quid aliud à præmiſſis? ¶ Dicas qm̃ Sol.
concluſio eſt naturaliter ignota 2. poſt. 1. &
præmiſſæ ſunt naturaliter notæ. 1. poſt. 10. ſed
naturaliter ignotum eſt aliud, ſeu diuerſum
à naturaliter noto, ideo concluſio eſt alia a
præmiſſis. ¶ Sed dices contra nam concluſio Replica.
non differt à præmiſſis, qm̃ termini, qui fa-
ciunt præmiſſas vt maius extremum, & minus
extremum faciunt etiam concluſionem, vt
manifeſtum eſt apud omnes ſyllogizantes,
vnde ſequitur ꝙ ſicut præmiſſæ ſunt notæ, ſic
etiam concluſio erit nota, & concluſio erit
nota, & concluſio erit eadem, & non diuerſa
& alia à præmiſſis. ¶ Dicitur concedendo, ꝙ Sol.
termini, qui faciunt præmiſſas, faciunt etiam
concluſionem, & ſicut præmiſſæ ſunt notæ, ſic
etiam concluſio eſt nota quo ad terminos, &
ſunt eædem; & non aliæ in materia, & ſubie-
cto, ſed id quod eſt naturaliter ignotum in
concluſione eſt inhærẽtia prædicati in ſub-
iecto, nam quando præmiſſæ concludũt præ-
dicatum quod eſt maius extremũ de ſubie-
cto minori extremo in cõcluſione, non con-
cludunt prædicatum, qm̃ prædicatũ eſt no-
tum in præmiſſis, ſed concludunt prædica-
tum ineſſe ſubiecto: hoc eſt inhærẽtiam præ-
dicati, de ſubiecto, quæ inhærentia eſt natu-
raliter ignota. ¶ Dices tu declara quæſo hæc Petitio.
quæ dixiſti? Nota hoc exemplum, omne ra-
tionale eſt riſibile, omnis homo eſt rationa-
lis, ergo omnis homo eſt riſibilis, præmiſſæ
huius ſyllogiſmi non concludunt riſibile de
homine adeo vt eſſet naturaliter ignotum,
qm̃

Digitized by Google

qm̃ riſibile eſt acceptum, & notum in præmiſſis, ſed illud quod cõcludunt eſt ineſſe riſibilis de homine hoc eſt inhęrentiam riſibilitatis in homine, qm̃ notum eſt per ſe hominem eſſe riſibilem, ſed eſt ignotum, ineſſe, riſibilis in homine, quod quidem declarat Au. 1. poſt. 73. dum inquit, quando namque quærens interrogat, nunquid trigoni anguli ſint duobus rectis æquales, interrogans enim tale quæſitum abſque dubio habet apud ſe notum trigonum eſſe, & ſimiliter æqualitatem angulorum duobus rectis eſſe, id verò, quod neſcit eſt illam ineſſe trigono, & nota hæc quæſo candide Lector. ¶ Soluitur 3. hoc modo videlicet, ꝙ ſi concluſio eſt alia, non eſt alia à ſyllogiſmo, ſed eſt alia à præmiſſis, qm̃ concluſio eſt ignota, & præmiſſæ ſunt notæ, & ſicut ignotum eſt quid aliud, & diuerſum à noto, ſic concluſio eſt alia, & diuerſa à præmiſſis, & non à ſyllogiſmo. ¶ Soluitur 4. dicendo ꝙ destructa concluſione, nõ deſtruuntur præmiſſæ, ſed deſtruitur ſyllogiſmus, qm̃ cõcluſio eſt forma ſyllogiſmi, qua forma deſtructa deſtruitur id cuius eſt forma 2. poſt. 58. Au. vbi ait, ꝙ forma eſt illa qua poſita ponitur, & remota remouetur. ¶ Soluitur 5. hoc modo, negando ꝙ ſyllogiſmus ſe habet vt antecedens, qm̃ id, quod ſe habet vt antecedens ſunt præmiſſæ ſyllogiſmi, vnde ſi ualet dicere, ꝙ conſequens non eſt de eſſentia antecedentis, ſequitur ꝙ concluſio non eſt de eſſentia præmiſſarum, ſed eſt de eſſentia ſyllogiſſimi.

Soluitur 3. ratio.

Soluitur 4. ratio.

Soluitur 5. ratio.

Tex. 25. *Quæ verò non mutuò prædicantur, nullo modo eſt monſtrare circulo, quare quoniam pauca talia ſunt in demonſtrationibus, manifeſtum quòd vanumque, & impoſſibile eſt dicere, ex ſe inuicem demonſtrationem eſſe, & propter hoc omnium contingere eſſe demonſtrationem.*

Cvm Ar. in ſuperiori textu quatuor ſuppoſuit: antequam faceret tertiam rationem, & determinauit contra antiquos, ꝙ ſolum in terminis conuertibilibus, poteſt fieri circulus, nunc format tertiam rationem, quæ eſt talis, ille proceſſus eſt fruſtatorius, vanus, & impoſſibilis, qui non producit finem intentum per illum proceſſum, ſed regrediendo à concluſione, nõ poſſunt ſciri omnes præmiſſæ, ſed ſolum, quæ ſunt conuertibiles. ergo ſequitur contra antiquos, ꝙ regreſſus non facit ſcire omnia, & per conſequens talis circulus eſt vanus, & impoſſibilis, vnde Ar. in fine textus dixit, manifeſtum eſt, ꝙ & vanum, & impoſſibile eſt dicere, ex ſe inuicẽ demonſtrationem eſſe, & propter hoc omnium eſſe demonſtrationem, quo igitur ad primum textus iſte, cum ſermo ſit continuus, non patitur diuiſionem, dicit ergo Ar. (quæ verò non mutuò prædicantur .i. quæ nõ ſunt conuertibilia, nullo modo eſt monſtrare circulo, ex quo declarato concludit, contra antiquos, & dicit: qm̃ pauca talia ſunt in demonſtrationibus, nam conuertibilia nulla ſunt, reſpectu non conuertibilium, qm̃ conuertibilia, ſeu paria ſunt tantum tria, definitio ſ. differentia ſpecifica, & accidens eſſentiale 1. top. cap. 4. non conuertibilia infinita ſunt, vt ſunt genera, generum differentiæ, & generũ definitiones, nec non accidentia communia, & accidentia propria, non tamen eſſentialia ideo pauca, & ferè ſunt reſpectu, nõ conuertibilium, hinc dicebat Au. in epiſtola de primitate prædicatorum ſic, & per inde veræ demonſtrationes ſunt rarioris eſſe, quàm demonſtrationes dialecticæ cõmunes: qm̃ pauca ſunt prædicata propria, ſed demonſtrationes dialecticę ſunt multo plures, qm̃ multa ſunt prædicata ſubiecto communia, & facilius nobis conſtant, vt 4. phy. 20. teſtatur Au. ergo manifeſtè ſequitur, & ꝙ vanum, & impoſſibile eſt dicere ex ſe inuicem, demonſtrationem eſſe, & propter hoc omnium contingere eſſe demonſtrationem .i. ex rationibus factis, ſequitur clarè deſtructio vtriuſq; dicti antiquorum, nam impoſſibile eſt dicere ex ſe inuicem demonſtrationem eſſe .i. dari demonſtrationem circularem, qm̃ ſequeretur, ꝙ idem reſpectu eiuſdem, & eodẽ modo eſſet prius, & poſterius, notum, & ignotum, ideoq; impoſſibile eſt, & etiam eſt vanum, qm̃ caret fine, vnde ne ſequantur tot inconuenientia, melius eſt dicendum, ꝙ præmiſſæ debent eſſe primæ indemonſtrabiles: qm̃ ſi ſic ſunt nullum ſequitur inconueniens, & ſi non ſic ſunt, ſequuntur omnia inconuenientia ſupradicta. ¶ Dices, ſi Ar. concedit, ꝙ circulus eſt poſſibilis in terminis cõuertibilibus, quõ poſtea dicit, ꝙ demonſtratio circularis, eſt vana, qm̃ conſtat ex conuertibilibus? ¶ Dicitur ꝙ eſt vana, eo modo quo ponunt antiqui, qui aſſerebant, ꝙ demonſtratione circulari ſimpliciter ſciuntur omnia .i. conuertibilia, & ꝙ in vna demonſtratione ſimpliciter, procedimus à præmiſſis ad concluſionem, & à concluſione ad præmiſſas, modo Ar. ponit demonſtrationem ſimpliciter, procedere ex conuertibilibus, non propter hoc dicit per demonſtrationem ſimpliciter, omnia ſciri, & ꝙ poſtquam fuerint demonſtratæ concluſiones iterum demonſtrantur præmiſſæ, quod eſt falſum, quibus ſtantibus, conſtrue textũ hoc modo, quæ verò non contra prædicantur: nullo modo eſt monſtrare circulo. i. illi termini, qui ad inuicem non conuertuntur, non poſſunt demonſtrari circulo, hoc eſt, vnus non poteſt demonſtrari per alterum, qui termini ad inuicem conuertibiles, ſunt pauci reſpectu terminorum non conuertibilium, & cũm

Dub.

Sol.

Digitized by Google

cùm ſint pauci,& in iſtis paucis terminis circulus eſt poſſibilis,ergo vanum, & impoſſibile dicunt antiqui dicentes, ꝙ omnium eſt demonſtratio circularis,cùm ſit tantũ illorum, qui ſunt conuertibiles, qui pauci ſunt. ¶ Dices eſt ne poſſibilis regreſſus , inter plures ſpecies demonſtrationis propter quid. ¶ Dicas ꝙ ſic,verùm nota ꝙ duobus modis poteſt fieri demonſtratio circularis,primo modo in diuerſis generibus cognitionum , ſ. quia, & propter quid,qm̃ demonſtratur cauſa per effectum,cognitione quia , & demonſtratur effectus per cauſam cognitione propter quid, phyloſophi enim,vt clarum eſt in prologo 1. met. cap. 2. admirantes eclypſim lunæ , inuenerunt cauſam,ſ.interpoſitionem terræ inter Solem, & Lunam , qua inuenta cognouerunt Lunam eclypſari , propter interpoſitionem terræ inter Solem, & Lunam procedẽtes igitur ab effectu ad cauſam, habuerunt cognitionem, quia cùm autẽ concluſerunt Lunam eclypſari propter interpoſitionem terræ,habuerunt cognitionem propter quid , ſecundus modus demonſtrandi circulariter, eſt in diuerſis generibus cauſarum,qm̃ 2. phy. 30. cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ, ita ꝙ ſanitas, eſt cauſa deambulationis,& deambulatio eſt cauſa ſanitatis, non tamen in eodem genere cauſæ , ſic ꝙ per deambulationem poſſit demonſtrari ſanitas , in genere cauſæ efficientis,& per ſanitatem poſſit demõſtrari deambulatio, in genere cauſæ finalis , ſemper procedendo per notiora in illo genere, quæ omnia videre poteris 2.poſt.51. & 52 & ſic , non ſolùm regreſſus eſt poſſibilis inter quia , & propter quid , ſed etiam inter duas demonſtrationes, propter quid, in diuerſo tamen cauſarum genere.

Dub.

Sol.

Tex. 28. idem 1. poſt. 8. 15. & 2. poſt. 13.

Quoniam autem impoſſibile aliter ſe habere, cuius eſt ſcientia ſimpliciter neceſſarium,vtique fuerit ſcibile , quod eſt ſecundum demonſtratiuam ſcientiam, demonſtratiuam autem voco, quam habemus,eo quòd habemus demonſtrationem,ex neceſſariis igitur ſyllogiſmus eſt demonſtratio.

POSTQVAM Ar. notificauit, ꝙ principia demonſtrationis ſimpliciter, debẽt eſſe vera,prima,immediata,priora,notiora,& cauſa concluſionis,& debent eſſe ſcita,& nota,& non ſolum nota,& ſcita,ſed magis nota & magis ſcita , quàm concluſio : & qm̃ circa hanc conditionem occurrebãt quædam antiquorum falſæ poſitiones:digrediendo contra illas refutauit, & ſoluit rationes factas pro illis,nunc regrediẽdo,vnde diſceſſit, vult declarare aliam conditionem præmiſſarum demonſtrationis ſimpliciter , ſ. ipſas eſſe neceſſarias,cauſa intentionis eſt ; qm̃ ſi principium nõ eſt neceſſarium , non eſt demonſtratiuum , quæ neceſſitas dicit Au. eſt vltima differentia,& magis propria , & gerit vicem conceptionis. ¶ Dices Au. ſibi contradicit, qm̃ in quæſito 4.poſt. dicit ꝙ primitas eſt nobiliſſima , & perfectior conditio inter cæteras conditiones , quomodo nunc dicit , ꝙ neceſſitas eſt epithetus, & vltimata differentia , & magis propria. ¶ Dicitur ꝙ primeitas conſideratur dupliciter , vno modo reſpectu dicti de omni, & per ſe , & hoc modo, eſt nobilior, & perfectior , alio modo reſpectu omnium conditionum , & ſic neceſſitas, & non primeitas eſt nobilior , & perfectior. ¶ Diuiditur iſte textus in 3. partes,in 1. memorat,id quod dixit in textu 8.ſcilicet,ꝙ ſcibile debet eſſe neceſſarium,in 2.ibi (demonſtratiuam autem voco) qm̃ loquitur cum nouitiis in arte, ideo explicat hoc nomen , ſ. ſcientia demonſtratiua,in 3. ibi (ex neceſſariis igitur) concludit ſuum intentum . ſ. ꝙ principia demonſtrationis debent eſſe neceſſaria, quo igitur ad primum lege literam, hoc pacto (neceſſarium vtique fuerit ſcibile) .i. ſcibile , quod eſt ſm̃ demonſtratiuam ſcientiam . i. principium demonſtrationis debet eſſe neceſſarium,aſſignat cauſam,& dicit (quoniam) id ſupple tu , cuius eſt ſcientia ſimpliciter , quod eſt concluſio: impoſſibile eſt aliter ſe habere .i. eſt neceſſarium, vt 5.met.cap. de neceſſario,exponit Ar. (demonſtratiuam autem voco) q. d. ſi tu neſcis hoc nomen (ſcientia demonſtratiua) voco , explico, eſſe illam , quam habemus, (eo quòd) .i. in quantum, habemus demonſtrationem, quæ eſt propri um inſtrumentum ad hunc finem: ſ. ad ſcientiam demonſtratiuam 2.poſt.13 deinde concludit,& dicit (ex neceſſariis igit ur ſyllogiſmus eſt demonſtratio) .i. demonſtratio eſt ſyllogiſmus , ex neceſſariis .i. qui fit ex principiis neceſſariis, vnde dicas,ſic concluſio eſt neceſſaria : ergo principia , ex quibus dependet illa concluſio,debent eſſe neceſſaria , ſed demonſtratio conſtat ex principiis , ex quibus dependet concluſio neceſſaria , ergo demonſtratio eſt ſyllogiſmus conſtans ex principiis neceſſariis. ¶ Dices quomodo cognoſcitur præmiſſa neceſſaria à non neceſſaria ? ¶ Dicas , ꝙ non cognoſcitur per inductionem, vt falsò Auicenna aſſerit, ſed cognoſcitur per regulas poſterioriſticas , ſic illa enim eſt propoſitio neceſſaria, quæ habet tres conditiones, ſ. de omni,per ſe,& vniuerſalis, vt omnis homo eſt rationalis , illa verò non eſt neceſſaria, quæ non habet iſtas tres conditiones, vt omnis homo eſt albus. ¶ Dices , quomodo valet ratio Ar. dicens , ſi concluſio eſt neceſſaria,principia ſunt neceſſaria , cũ multoties principia ſint neceſſaria , & tamen concluſio eſt

Dub.

Sol.

Diuiſio text.

Petitio.

Reſponſ.

Dub.

Digitized by Google

eſt contigens,ſicut etiam plerumque princi-
pia ſunt vera,& concluſio falſa : veluti ipſe-
met Ar 1.poſt.50.& 2.prioru͂ cap.1.2.3. & 4.
Sol. aſſerit. ¶ Dicas,ꝙ hoc valet in ſyllogiſmo,
ſed no͂ in demonſtratione, qm̄ in demonſtra-
tione,ſemper ſequitur hæc conſequentia ve-
ra: ꝙ ſi concluſio eſt neceſſaria principia e-
tia͂ ſunt neceſſaria,& ſi principia ſunt neceſ-
ſaria,concluſio etiam eſt neceſſaria . ¶ Di-
Dub. ces,ſi principia ſunt neceſſaria , & concluſio
eſt neceſſaria,illa neceſſitas , quæ eſt princi-
piorum eſt illa quæ eſt co͂cluſionis,an eſt ne-
Sol. ceſſitas diuerſa? ¶ Dicas , ꝙ ſunt neceſſaria
diuerſa neceſſitate : neceſſitas enim eſt du-
plex,alia cu͂ cauſa,alia ſine cauſa, concluſio
eſt neceſſaria, cu͂ cauſa: ſed principia ſunt ne
Dub. ceſſaria,neceſſitate ſine cauſa.¶Dices,quod
Sol. eſt neceſſarium cum cauſa , nota ꝙ neceſſa-
riu͂ cum cauſa,dicitur illud quod habet cau-
ſam, vt ſunt omnia accidentia eſſentialia,vt
riſibile eſt prædicatu͂ neceſſarium cu͂ cauſa :
qm̄ habet cauſam,quæ eſt rationalitas , vt ſi
quis dicet,quare homo eſt riſibilis, dicitur ,
qm̄ eſt rationalis,neceſſarium verò ſine cau-
ſa,eſt illud;quod non habet cauſa͂:ſed ipſum
eſt cauſa: vt eſt rationale,& ſic principia ſu͂t
neceſſaria, ſine cauſa:quia ipſa ſunt cauſa,&
concluſio eſt neceſſaria,cum cauſa, quia ha-
bet cauſam , vnde in concluſione concludi-
tur neceſſarium,cum cauſa per neceſſarium,
ſine cauſa , dicendo omne rationale eſt riſi-
bile. omnis homo eſt rationalis,ergo omnis
homo eſt riſibilis .

Tex. 19. *Accipiendum igitur ex quibus, & qualibus demonſtrationes ſunt .*

Poſtqvam Ar . hyppoteticè proba-
uit,ꝙ principia demu͂ſtrationis ſimpliciter ,
debent eſſe neceſſaria: qm̄ co͂cluſio eſt neceſ
ſaria,nunc vult declarare regulas cognoſcé-
di propoſitionem neceſſaria͂, à propoſitione
non neceſſaria,cauſa intentionis eſt: qm̄ re-
gula,quàm docet ipſe ad cognoſcendum ne-
ceſſarium,à non neceſſario eſt diuerſa, ab il-
la,quàm docet Auicéna,qm̄ Auicenna vult,
ꝙ propoſitio neceſſaria cognoſcitur per cau
ſam,vel per inductione͂ Ar. verò nec per cau
ſam , nec per inductionem , ſed per regulam
Diuiſio textus. poſterioriſtica͂. ¶ Ideò diuiditur iſte textus
in 3.partes, in 1.infert, ex quibus neceſſarijs
ſunt demonſtrationes, & ex qualibus condi-
tionibus & proprietatibus, ſeu regulis inue-
niuntur præmiſſæ neceſſariæ , à non neceſſa-
rijs in 2.ibi (primum autem determinemus)
qm̄ conditiones,& proprietates, quibus co-
gnoſcitur neceſſarium,à non neceſſario,ſunt
tres.ſ.dictum de omni, per ſe, & vniuerſale
ponit ordinem,quo vult docere iſtas tres ꝓ-
prietates, & dicit , ꝙ primo vult docere di-
ctu͂ de omni,ſecundo per ſe,tertio vniuerſale
in 3.ibi (de omni quidem igitur) exequitur
declarare has ꝓprietates,quo igitur ad pri-
mum, q.d. Ar.cum acceptum,& ſuppoſitum
ſit; ꝙ demonſtratio debet fieri ex neceſſarijs
nunc(accipiendum eſt).i.determinandu͂ , ac
declarandum eſt ex quibus præmiſſis neceſ-
ſarijs,fiunt demonſtrationes ſimpliciter,qm̄
neceſſarium eſt multiplex,vno modo dicitur
neceſſariu͂ ſicut materia , vt materia æris ad
faciendam ſtatuam, Alio modo neceſſarium
pro forma,vt rationale in homine : Alio mo
do neceſſarium,quod propter ſe fugiendum,
ſed propter alterum eſt expetendum , vt ve-
nam incidere propter ſanitatem , Alio mo-
do, quod eſt per ſe expetendum , vt virtus,
Alio modo neceſſarium,quod propter ſe, ne
que expetendum,neque fugie͂dum,vt aliqua
pharmaca,Alio modo neceſſarium, ſine quo
res non poteſt habere completum eſſe, vt eſt
reſpiratio in animali,& cibus, qui eſt neceſ-
ſarius animali propter humidi reſtauratio-
nem reſpiratio, autem propter refrigeratio
ne͂ cordis 5.met.cap.de neceſſario, Alio mo-
do neceſſarium violenter , vt eum alicui ac-
cidit fugere , perſequentibus inimicis , Alio
modo sm̄ quid, vt 4.quæſito poſt. ait Auer. ſi
non ex neceſſarijs sm̄ quid,ſed ex neceſſarijs
ſimpliciter (igitur) accipiendum eſt ex qua-
libus.ſ.conditionibus,& proprietatibus, i.o-
uæ conditiones , ſeu proprietates requirun-
tur, ad habendum propoſitiones neceſſarias
ſimpliciter,& nota,ꝙ dixit ex qualibus con-
ditionibus denotando , quòd conditiones
præmiſſarum demonſtrationis ſimplici-
ter , ſunt qualitates , ideſt , accidentia, quæ
prædicantur in quale . ¶ Dices , quare di-
xit demonſtrationes in plurali , non in ſin- Dub.
gulari ? ¶ Dicas , vt innueret , quòd cum Sol.
tres ſint ſpecies demonſtrationis,ſ.ſimplici-
citer,propter quid,& quia primo poſt.7.& in
prologo 1. phyſ. omnes enim demonſtratio-
nes conſtant ex pręmiſſis neceſſarijs,primo,
& per ſe demonſtratio ſimpliciter , deinde
demonſtratio propter quid , & quia . ¶ Sed
dices, ſi omnes ſpecies demonſtrationis co͂- Dub.
ſtant,ex neceſſarijs, non sm̄ quid, ſed ex ne-
ceſſarijs ſimpliciter,cum neceſſarium ſimpli-
citer dicatur bifariam; vno modo,cum cau-
ſa,veluti ſunt accidentia eſſentialia,alio mo
do ſine cauſa,vt ſunt propriæ definitiones,&
differentiæ , ex quibus nam neceſſarijs fiunt
huiuſmodi demonſtrationes. ¶ Dicas,quòd Sol.
demonſtratio ſimpliciter , & propter quid ,
fiunt ex neceſſarijs ſine cauſa, demonſtratio
quia,ſit ex neceſſarijs cum cauſa .

Primum autem determinemus,quid dicimus de omni, & quid per ſe, & quid vniuerſale .

Poſtqvam Ar.præpoſuit velle dicere
con-

conditiones, quibus cognoſcuntur propoſitiones neceſſariæ, à non neceſſariis, nunc proponit ordinem, quem vult ſeruare in declarando has conditiones, nominando ipſas nomiue proprio, vnde aggreditur textum, q. d. conditiones, quæ requiruntur ad cognoſcendum, qñ propoſitio eſt neceſſaria, numero ſunt tres, quæ ſic nominantur: vt ſint de omni, & per ſe, & vniuerſale .i. illa eſt propoſitio neceſſaria, quæ habet prædicatum, quod habet tres conditiones, vt ſint de omni, & per ſe, & vniuerſale, & primum declarandom occurrit, quid dicimus prædicatum de omni, ſecundo quid prædicatum per ſe, tertio quid eſt prædicatum vniuerſale, ſed conſiderandum eſt, quid intelligit Ar. per ly (primum) qm̃ multis modis ab ipſo ſumi ſolet, & Primo modo ſumitur, pro vt dicit reſolutionem, ſicut ſumpſit 1. prior. cap. 1. Alio modo primum in compoſitione, ſicut ſumpſit in 1. periherm. cap. 1. Alio modo primum in dignitate, vt ſubſtantia, quæ eſt prior accidente 7. met. 4. & hunc ordinem ſeruauit Ariſtoteles in prædicamentis, primo conſiderando de ſubſtantia, deinde de aliis prædicamentis. Alio modo primum natura, vt genus, eſt natura prius ipſa ſpecie, vt animal homine, vt in poſt prædicamentis, cap. de priori, & 5. met. cap. de priori Ariſt. & perfectum natura, eſt prius imperfecto 1. cæli 12. 8. phyſic. 75. & 59. Alio modo primum perfectione, vt forma eſt prior materia, quoniam forma eſt actus 2. phyſic. 12. & 2. de anima 2. 25. & 12. met. 14. Alio modo primum tempore, vt pater filio, vt in cap. de priori, inquit Ariſtoteles. Alio modo primum .i. per ſe, vt 1. poſt. 56. 6. phy. 24. 2. phy. 3. 5. phy. 3. Alio modo primum .i. immediatum, 1. phy. 43. 44. Alio modo primum .i. ſimplex, 1. poſt. 35. Alio modo primum .i. prædicatum primum 1. poſt. 13. Alio modo ſumitur primum, pro vt dicit ordinem, vt 1. prior. cap. 2. 5. 11. 12. 14. 20. 21. 22. 23. 24. & 1. poſt. 112. 161. 184. & 2. poſt. 77. 78. 79. 80. 101. nec non 1. phy. 1. 3. 5. 7. 57. 70. 79. 82. & 2. phy. 7. 48. 75. 83. ac 3. phy. 2. 19. verùm etiam 4. phy. 32. 56. 67. 81. 87. 97. & 5. phy. 11. 28. & 7. phy. 1. 25. & 8. phy. 18. 36. 55. clariſſimè enim teſtatur Ar. 1. cæli 24. 33. 56. 61. 91. 96. 110. & 2. cæli 8. 66. 68. 81. 96. 103. & 3. cæli 2. 33. 38. 61. 62. 70. & etiam 4. cæli 2. 21. 26. 33. & 1. de gen. & cor. 35. 43. & 2. de gen. & cor. 6. 51. nec non 1. de anima 6. 36. 46. & 2. de anima. 33. 34. 42. 54. 77. 78. 107. 122. 137. quibus in locis Ar. ſumit ly (primum) vt dicit ordinem, ſimiliter accipit in hoc textu Ar. non pro alio ſignificato: niſi vt dicit ordinem, quem vult ſernare in ſuis dicendis. Videamus modo quid intelligit Ar. per ly (autem) cùm multa habeat ſignificata, primò enim ſumitur pro nota continuationis, & præſertim in principio librorum, qui habent præcedentes, veluti in 1. libro, de gen. & cor. & in 3. de anima 1. ac etiam in principio textuum: qui habent præcedentes, vt 1. poſt. 7. 34. 36. 37. 77. 82. 96. 100. 149. 152. 169. 178. 179. 183. 194. & 2. poſt. 85. 96. ſolet etiam ſumi apud Ar. pro vt eſt nota diuiſionis, vt dicit Au. 3. de anima. 16. & 1. poſt. 3. 4. & 2. poſt. 43. 48. ſumitur etiam pro (ſed) veluti 1. phy. 21. poſt. 1. 2. 6. 8. 10. 15. 12. 15. 16. 17. 20. 24. 26. 28. 30. 32. 38. 39. 42. 43. 44. 46. 47. 48. 49. 50. 54. 62. 63. 64. 66. 68. 69. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 79. 84. 86. 87. 88. 91. 92. 93. 94. 97. 102. 103. 106. 113. 115. 123. 127. 103. 131. 134. 137. 132. 141. 144. 148. 155. 156. 157. 158. 171. 180. 187. 193. 196. 101. & 2. poſter. 4. 7. 24. 34. 36. 37. 44. 49. 50. 51. 52. 53. 56. 62. 64. 65. 66. 67. 72. 73. 76. 79. 82. 83. 85. 95. 97. Quibus ſignificatis ſic ſtantibus, Ariſt. in hoc textu ſumit ly (autem) pro (ſed) quaſi dicat Ariſtoteles, ad habendam propoſitionem neceſſariam, tres conditiones requiruntur, ſcilicet de omni, per ſe, & vniuerſale (autem) id eſt, ſed antequam habeamus vniuerſale, oportet primùm determinare, quid dicimus de omni, & per ſe, ſed videndum eſt modo, quid intelligit Ariſtoteles per illud verbum (determinemus) & pro intelligentia Nota, quòd determinare, ſeu terminare, dicitur à termino, qui terminus inter alia ſignificata. 5. metaphyſic. capite de termino, & primo poſteriorum 79. ſumitur pro definitione, ſecundo phyſicorum 19. primo topicorum capite quarto, vnde dicas, quòd nil aliud ſignificat determinare, niſi definire, ſicuti primo phyſicorum primo, & primo priorum capite quinto (quid dicimus de omni) id eſt quid eſt illud prædicatum, quod (dicimus) id eſt, nominamus de omni, (& quid per ſe) id eſt, quid eſt id quod dicimus per ſe, (& quid vniuerſale) id eſt, prædicatum vniuerſale. ¶ Dices, quare primò tractat de dicto de omni, & non de per ſe, vel vniuerſali? ¶ Dicitur, quoniam primo proponit dictum de omni, ſecundò per ſe, & vltimò proponit ipſum vniuerſale. ¶ Dices, quare primò proponit dictum de omni? ¶ Dicas, quoniam ea primò præponuntur, & primò tractantur, quæ ſunt communiora, & vniuerſaliora, vt ſeruetur ordo doctrinę: primo priorum capite quinto, & primo phyſicorum quarto, 57. & tertio phyſicorum ſecundo, nec nõ ſecundò de generatione, & corruptione 51. & primo de partibus anim. capite primo, & quoniam

Quot modis dicitur primum.

Dub.
Sol.
Dub.
Sol.

Digitized by Google

prædicatum de omni, eſt communius prædicato per ſe; qm̃ valet dicere, eſt per ſe, ergo eſt de omni, ſed non è contra, prædicatum de omni, includit duo, ſ. prædicatum de omni accidentale, vt omnis coruus eſt niger, & prædicatum de omni eſſentiale, vt omnis homo eſt animal, meritò ergo Ar. præpoſuit primò, & tractauit prædicatum de omni, q̃ prædicatum per ſe: hæc enim propoſitio, homo eſt animal, eſt per ſe, & eſt de omni, ſed hæc eſt de omni, & non eſt per ſe, vt omnis cignus eſt albus. ¶ Sed dices contra, nam Ar. 2. poſt. 82. aſſerit, ꝙ à ſingularibus oportet tranſire ad vniuerſalia, ergo ſi vera eſt hæc ſententia, primò debebat proponere, & tractare ipſum vniuerſale, & per ſe, & vltimò dictum de omni, & non è contra. ¶ Dicitur, ꝙ ordo eſt duplex, quidam enim eſt ordo doctrinæ, quidam verò eſt ordo diffinitiuus, tunc dicitur ꝙ Ar. quando ſeruat ordinem diffinitiuum, tunc incipit à ſingularibus, .i. à ſpeciebus .i. primò definit ſpecies, & tranſit ad vniuerſalia .i. deinde definit vniuerſalia .i. genera, ſed quando ſeruat ordinem doctrinæ, primò conſiderat vniuerſalſa, deinde ſingularia. ¶ Vel dicitur, ſed eſt notandum, ꝙ omne prædicatum, quod prædicatur de ſubiecto, licet fuerit per ſe, vt genus de ſpetie, & non eſt primum, ſeu conuertibile, dicitur prædicatum per accidens, vt 2. poſt. 94. inquit Au. ꝙ prædicatum per accidens reducitur ad per ſe, vt 2. poſter. 94 teſtatur Au. quo ſtante dicitur, ꝙ ideò Ar. prius, de dicto de omni, quàm de per ſe, qm̃ prædicatum de omni, eſt accidentale, vt omnis coruus eſt niger, quod reducitur, & ordinatur ad prædicatom per ſe, tamquam imperfectum ad perfectum. ¶ Dices contra, ſi prædicatum de omni eſt per accidens, & omnia prædicata quæ ſunt per ſe, & non prima, etiam ſunt per accidens, ergo Ariſt. non debebat prius tractare de dicto de omni, deinde de per ſe, ſed indifferenter de vtroque, non prius de vno, deinde de altero. ¶ Dicitur, verùm Nota ꝙ prædicatum per accidens eſt triplex, aliud eſt prædicatum per accidens tantùm, vt ſunt omnia prædicata, quæ ſunt per ſe, & non prima, vt genus generis definitio, & differentiæ generis, aliud eſt prædicatum valde per accidens, vt eſt prædicatum de omni, & non per ſe, vt omnis cignus eſt albus, aliud eſt prædicatum maximè per accidens, quod neque eſt de omni, neque eſt per ſe, vt homo eſt albus, quo ſtante dico, ꝙ licet prædicatum de omni, & prædicatum per ſe, ſit prædicatum per accidens, tamen alterum maximè differt ab altero, qm̃, & ſi genus eſt prędicatum per accidens, tamen non eſt prædicatum valde per accidens, nec maximè per accidens, ſed eſt prędicatum per accidens tantùm, ſed prędicatum de omni, eſt valde per accidens, vnde optimè fecit Ar. prius à dicto de omni quàm à per ſe, incipere, & à per ſe ad vniuerſale. ¶ Vel dicas ꝙ id, quod eſt per accidens, 8. phy. 27. eſt notius eo, quod eſt per ſe, ſed prędicatum de omni, eſt prędicatum per accidens, ergo eſt notius eo, quod eſt per ſe, & qm̃ à notioribus eſt inchoanbum 1. phyſic. 4. ideo Ar. prius à dicto de omni, quàm à dicto per ſe. ¶ Sed dices contrà 2. phyſic. 66. ait Ar. ꝙ nihil ſecundum accidens, eſt prius iis, quę ſunt per ſe, immò 8. phyſic. 39. & 4. phyſic. 43. 4. metap. 10. 14. clarius 1. cęli 14. & 1. ethic. cap. 7. id quod eſt per ſe, ſemper eſt prius eo, quod eſt per accidens, luce clarius teſtatur Ar. ¶ Dicitur, ꝙ prius dupliciter conſiderari poteſt, vno modo prius dignitate, ſeu perfectione, alio modo prius ordine, doctrinæ, & ſecundum notius, quo ſic ſtante, nulli dubium eſt, ꝙ id, quod eſt per accidens, non prius dignitate, & perfectione, eo, quod eſt per ſe, ſed eſt prius ordine doctrinę, & ſecundum notius. ¶ Vel dicas, ꝙ hac de cauſa Ar. prius conſiderauit dictum de omni, quàm dictum per ſe, qm̃ eſt ſimplicius manifeſtè enim apparet, ꝙ dictum per ſe includit dictum de omni, & componitur ex illo, dictum verò de omni eſt ſimplex, & abſolutum: & non componitur ex alio, vnde valet dicere dictum per ſe, eſt de omni, & non è contra ex quo oritur hæc ratio, ſimplicia precedunt compoſita, vt 2. cœli 22. & in prędicamentis, & 5. metaph. cap. de priori. ordine naturæ, ſed dictum de omni eſt ſimplicius dicto per ſe meritò Ar. naturæ veſtigia ſequens, prius de dicto de omni, poſterius de dicto per ſe, verba fecit. ¶ Dices, quare prius de dicto de omni, quàm de vniuerſali? ¶ Dicas primò notando vnum ex Ariſt. 1. poſt. 2. 1. met. 48. & 6. ethic. cap. 4. & in 6. top. in 1. loco definitionis 2. poſt. 101. vbi inquit, ꝙ partes definitionis alicuius definiti debent eſſe priores, & notiores illo definito, & debent prius conſiderari, quàm ponantur in illa definitione, qm̃ qui definit, & non per priora, & notiora definit, non definit; 6. top. in 1. loco definitionis, & qm̃ dictnm de omni, ponitur in definitione ipſius vniuerſalis, vt patet in textu 36. vt ergo Ar. videatur procedere per priora, & notiora, ſeruando regulam ſuam, voluit prius conſiderare de dicto de omni, & poſterius de vniuerſali. ¶ Sed dices contra omne ſecundum immediatè, ſequitur primum, omne tertium immediatè ſequitur ſecundum: ergo omne tertium immediatè, ſequitur primum, ergo

Ariſt.

Dub. Sol. Alia ſol. Replica. Sol. Alia ſol. Replica. Sol. Alia ſol. Dub. Sol. Replica.

Digitized by Google

Ariſt. poſt dictum de omni, debebat immediatè conſiderare, de dicto vniuerſali, & non de per ſe. **Sol.** ¶ Dicitur, quòd hic modus argumentandi non valet, qm̃ maior extremitas nec ſecundum totum, nec ſecundum partem debet replicari in minori, in hoc argumento maior extremitas, & ſi non ſecundum totum, tamen ſecundum partem replicatur in minori, quando dicitur, omne ſecundum immediatè, ſequitur primum ly, ſecundum eſt medium, & ly immediatè ſequitur primum eſt maior extremitas, quando poſtea dicitur, omne tertium immediatè, ſequitur ſecundum, illa particula (immediatè) quæ eſt maior extremitas replicatur in minori, & ſic non valet.

De omni quidem igitur hoc dico quod ſit vtique, non in aliquo quidem, in aliquo autem non, neque aliquando quidem, aliquando autem non.

Postqvam Ariſt. propoſuit ordinem ſeruandum in declarandis illis tribus conditionibus, quibus cognoſcuntur præmiſſæ neceſſariæ à non neceſſariis in hac parte incipit exequi id, quod propoſuit, quod ſignificat illa particula (igitur) quæ multotiens eſt nota executionis, vt 1. periherm. cap. 2. cùm dixit nomen igitur, & 1. prior. cap. 1. cùm dixit propoſitio igitur, necnon 3. phyſicorum 3. cùm dixit eſt igitur eorum, & 1. poſteriorum 10. cùm dixit vera quidem igitur, ſed vt clarius, id quod facit Ariſtoteles intelligatur. **Diuiſio textus.** ¶ Diuiditur hæc pars textus, in tres partes, in prima declarat quid eſt dictum de omni, & quot, & quæ conditiones requiruntur ad dictum de omni in ſecunda ibi (vt ſi de omni homine animal) quoniam ait ipſe in 2. ethicorum, cap. 2. quod pro obſcuris, clara exempla oportet inducere; ideo exemplo declarat regulam datam ad dictum de omni, eſſe veram in tertia ibi (ſignum autem) dicit Auer. quòd Ariſtoteles dat rationem, quòd duæ conditiones aſſignatæ de dicto de omni, ſunt optimè, & ſufficienter aſſignatæ, quo igitur ad primum eſt **Quot modis dicitur dictũ de omni.** Notandum, quòd dictum de omni, eſt multiplex, dico multiplex, quaſi multa plicans in vnum, quoniam in vna voce multa plicantur ſignificata. Et primum eſt dictum topicum, ſeu dialecticum, aliud verò eſt ſophiſticum, aliud eſt prioriſticum, aliud verò eſt poſterioriſticum Ariſt. hic notificat dictum de omni poſterioriſticum, alia verò ſignificata in ſuis propriis locis quod ab Ariſtotele ſic definitur, quaſi dicat ſi tu ignoras dictum de omni poſterioriſticum (dico) .i. explico, hoc nomen dicere, enim nil aliud eſt, niſi quid nominis explicare, ſicuti ſumpſit Ariſt. 1. poſteriorum 8. 12. 13. 14. 26. 33. 36. 52. 73. 83. 84. 104. 121. 143. 144. 178. 188. 195. & 2. poſteriorum 2. 4. 6. (quòd ſit hoc) .i. illud prædicatum, (quod non vtique quidem ſit in aliquo, in aliquo autem non) .i. quod non prædicatur de vno ſubiecto particulari, ſic & de alio non prædicatur, ſed q. d. Ariſt. (dictum) .i. prædicatum de omni, eſt illud, quod prædicatur de omni ſubiecto in vniuerſali, verbi gratia, dicimus quòd Rex prædicatur de Philippo, & non prædicatur de Franciſco, dicimus enim Philippus eſt Rex, tamen non dicimus Franciſcus eſt Rex, vnde dicit Ariſtoteles illud eſſe prædicatum de omni, quod prædicatur de toto ſubiecto .i. de tota ſpecie, & de omnibus particolaribus ſubiecti; id eſt, ſpeciei, id eſt, de omnibus indiuiduis contentis ſub illa tota ſpecie, adeo quod non reperitur vnum indiuiduum, de quo illud prædicatum non prædicatur, vt omnis homo eſt bipes, ly bipes prædicatur de omni homine, & de Socrate, & Platone, & aliis omnibus ſub homine contentis, & non de vno ſic, & de alio non (neque aliquando inſit ſubiecto, aliquando non) nunc Ariſt. declarat aliam conditionem neceſſario requiſitam, ad dictum de omni, & dicit, neque prædicatum de omni, dico illud, quod (aliquando) .i. in aliquo tempore, ineſt ſubiecto, & aliquando non, id eſt, in aliquo tempore non prædicatur de ſubiecto; ſed quaſi dicat Ariſt. debet prædicari ſemper, in omni tempore, & in omni differentia temporis; vt dilucidè Auer. declarat 2. poſter. 67. ex quibus oritur hæc regula, ad cognoſcendum prædicatum de omni poſterioriſticum, quæ eſt talis, illud eſt prædicatum de omni poſterioriſticum, quod habet duas vniuerſalitates, ſcilicet vniuerſalitatem ſubiectorum, quoniam prædicatur de tota ſpecie, & de omnibus indiuiduis contentis, ſub illa ſpecie, & vniuerſalitatem temporis; quoniam prædicatur in omni tempore, non nunc ſic, & nunc non, nec hodie ſic cras verò non ad differentiã dicti de omni prioriſtici, quod habet vnam tantùm vniuerſalitatem, ſcilicet, ſubiectorum, & non temporum. ¶ Dices valet ne dicere Sortes eſt deambulans, ergo omnis homo eſt deambulans. **Petitio** ¶ Dicas, ꝙ non, quoniam à particulari de ſubiecto, non valet argumentari, ad vniuerſale de ſubiecto .i. à propoſitione facta de ſubiecto particulari, non valet arguere, ad propoſitionem factam de ſubiecto vniuerſali, non **Reſponſ.**

li,non enim valet dicere hic homo eſt diues,
Replica. ergo omnis homo eſt diues. ¶ Dices contra
nam hæc eſt propoſitio de ſubiecto particu-
lari, vt hic homo eſt riſibilis, & tamen valet
dicere,ergo omnis homo eſt riſibilis, ergo à
particulari de ſubiecto, valet argumentum
Sol. ad vniuerſalem de ſubiecto. ¶ Dicitur,ꝙ hoc
eſt verum in prædicatis eſſentialibus, idem
enim eſt iudicium de particulari,quod eſt de
vniuerſali,quod enim vni competit competit
omnibus,vt Au.2.cæli 49. 59. vbi inquit Lu-
na, eſt ſphericæ figuræ, ergo omnis ſtella eſt
Dub. ſphericæ figuræ. ¶ Dices valet ne argumen-
tari à particulari de tempore, ad vniuerſa-
lem de tempore?vt ſi dicam cometa aliquan-
do fit,ergo cometa ſemper fit, cometa nunc
apparet,ergo cometa ſemper,& in omni tem
pore apparet, vel hic homo hodie ægrotat,
Reſponſ. ergo ſemper ægrotat. ¶ Dicas ꝙ non valet,
niſi in prædicatis eſſentialibus, & in inſepa-
rabilibus, & non in prædicatis accidentali-
bus,v.g. Sortes nunc in hoc particulari tem-
pore,eſt riſibilis,ergo ſemper dum viuit erit
riſibilis,ſed non valet Sortes eſt nunc rubeus
propter verecundiam, ergo ſemper erit ru-
beus,hinc optimè aſſerit Ar.10. ethic.cap.3.
dum inquit, quare ergo nullus continuò in
voluptate eſt, aut dolore, q.d. ſi hodie Cal-
lias afficitur voluptate, nō ſemper eſt in vo-
luptate,nec ſi hodie eſt in dolore non ſemper
Replica. eſt in dolore. ¶ Sed dices, contra nigredo
enim in coruo, eſt prædicatum accidentale,
vt 1.poſt.95.& in cap.de accidente Porph.&
tamen valet dicere, iſte coruus nunc eſt ni-
Sol. ger, ergo ſemper erit niger. ¶ Dicas ꝙ non
ſolùm valet, in prædicatis eſſentialibus, ſed
etiam in accidentalibus, quæ ſunt à ſubiecto
inſeparabilia,non autem valet in accidenta-
libus à ſubiecto ſeparabilibus, vt non valet
dicere Franciſcus hodie eſt febricitans er-
Replica. go ſemper erit febricitans. ¶ Dices contra,
nigredo eſt accidens ſeparabile à coruo, te-
ſte Porphyrio cap. de accidente, tamen va-
let dicere, iſte coruus nunc eſt niger, ergo
Sol. ſemper eſt niger. ¶ Dicitur, ꝙ ſi nigredo eſt
ſeparabilis, non eſt ſeparabilis re in effectu,
& in actu,ſed aptitudine, imaginatione,& in-
tellectu,vt ibidem reſpondet Porph.& Au.2.
Notandū. phy.18. ¶ Sed nota ꝙ valet argumentari ab
vniuerſali, de ſubiecto ad particularem de
ſubiecto,vt omnis homo eſt coloratus, ergo
Sortes eſt coloratus,vt fatetur Ar. in cap. de
ſubſtantia, & valet etiam argumentum ab v-
niuerſali de tempore, ad particularem de
tempore,vt homo ſemper eſt coloratus,ergo
Petitio. nunc eſt coloratus,nota hæc. ¶ Dices quare
dictū de omni neceſſariò requirit iſtas duas
vniuerſalitates,& debet eſſe vniuerſale,& nō
Reſponſ. debet eſſe particulare? ¶ Dicas qm̄ demon-
ſtratio eſt de rebus vniuerſalibus: quæ ſunt
ſemper,& ſunt æternæ,perpetuæ, & nunquam
deficiunt,vt 1.poſt.62.& 6.ethic. cap.4. cla-
rios 7.met.35.& 53.ſcribit Ar. ¶ Dices qua-
re Ar. dixit in aliquo, vtique ſic in aliquo Petitio.
non? ¶ Dicas qm̄ quædā propoſitiones, qua- Sol.
rum ſubiectis non correſpondet multitudo
ſuppoſitorum, & tamen ſunt de omni, quæ
ſunt iſtæ,videlicet omnis ſol eſt planeta,om-
nis Luna eſt planeta, non enim niſi vnus re-
peritur Sol,& vna Luna, vnde conſtrue textū
hoc modo,ſ.dico igitur de omni non id quod
in aliquo eſt, & in aliquo non, nec quod ali-
quando eſt,aliquando non,q.d. Ar. cum pro-
poſitum ſit ſupra declarare dictum de omni
(igitur) hoc eſt exequendo quod propoſui
(dico) .i. explico dictum de omni ꝙ eſt illud,
quod non eſt .i. quod non prædicatur de ali-
quo particulari ſubiecto, & de aliquo parti-
culari ſubiecto non prædicatur, ſed dico ꝙ
prædicatur de omni vniuerſali ſubiecto, nec
aliquando hoc eſt, in aliquo tempore prædi-
catur,& aliquando .i. ſi aliquo tempore non
prædicatur, ſed ſemper in omni tempore de
ſubiecto prædicatur. ¶ Dices quare Ar. dixit
prædicatum de omni, non eſt illud quod in Petitio.
aliquo eſt,& in aliquo non,& non dixit præ-
dicatum de omni, eſt illud quod non prædi-
catur de aliquo, ſic, & de aliquo non, vnde
voluit potius definire dictū de omni, per (in)
quàm per (de), ¶ Nota, ꝙ prædicata ſunt Reſponſ.
duobus modis,quædam enim ſunt prædicata
(in) .i. accidentalia, vt homo eſt albus, quæ
ideo dicuntur (in) quia ſunt in ſubiecto, quæ-
dam verò ſunt prædicata (de) .i. ſubſtantia-
lia, vt homo eſt animal, vt teſtatur Au 1.poſt.
149. tunc dicitur, ꝙ Ar. definiuit dictum de
omni, per (in) & non per (de) denotando, ꝙ
non ſolùm prædicata ſubſtantialia ſunt de
omni, ſed etiam prædicata accidentalia.
¶ Dices,quare potius per (in) quàm per (de). Petitio.
¶ Dicas, qm̄ prædicata (in) ſunt notiora præ- Reſponſ.
dicatis (de) qm̄ prædicata (in) ſunt acciden-
tia, prædicata verò (de) ſunt ſubſtantialia.
¶ Vel dicas ꝙ ideo definiuit dictum de omni
per (in) & non per (de) qm̄ ly (in) includit tam Alia reſp.
prædicata accidentalia, quàm ſubſtantialia.
¶ Vel dicas, ꝙ per ly (in) intellexit (de) vt in
textu apparet per exemplum, qm̄ dicit Ar. (vt Alia reſp.
ſi de omni homine animal, ſimiliter exponit
Au. 1.poſt.149. vnde ſequitur, ꝙ idem eſt præ-
dicatum (in) cum prædicato (de) licet non
ſemper. ¶ Dicas, quare Ar. definiuit dictum
de omni, per particulas negatiuas? ¶ Dicas, Petitio.
qm̄ ſi volebat p affirmationes definire fuiſ- Reſponſ.
ſet profecto clara petitio principij, nam ſi
dixiſſet id prædicatur de omni, quod prædi-
catur de quolibet, idem diceret, qm̄ idem eſt
quod libet, & omne, vnde optimè quidem in
defi-

Digitized by Google

definiendo, dictum de omni ſe habuit, ipſum definiendo, per negationem oppoſitorum, qm̃ omni opponitur aliquod, ſicut habitus priuationi. Reſponſ. ¶ Dices, ò Ar. da mihi exemplũ de prædicato de omni, quod prædicatur de omni ſubiecto, & omni tempore? Petitio. ¶ Reſpondet, & dicit.

Vt ſi de omni homine animal, ſi verum, hunc dicere, verum, & animal, & ſi nunc alterum eſt alterũ, & ſi in omni linea punctus conſimilitet.

POSTQVAM Ar. aſſignauit methodum cognoſcendi dictum, ſeu prædicatum de omni, nunc exemplo declarat, quod nam eſt dictum de omni, & q. d. ſi neſcis, quod eſt prædicatum de omni (vt) .i. v. g. do exemplum ſi (animal) ſupple tu prædicatur de omni homine, & eſt in omni homine, tamen non ſicut accidens in ſubiecto, ſed animal eſt in homine, tamquam genus in ſpecie, vt aſſerit Ar. 4. phy. 23. (verum etiam erit dicere, hunc) ſ. hominem particularem .i. Sortem, vel Franciſcum, qui continetur ſub homine vniuerſali, eſſe animal: ex quo valet dicere omnis homo eſt animal, ergo Sortes eſt animal, ab vniuerſali de ſubiecto, ad particularem de ſubiecto, & hæc eſt vniuerſalitas ſubiectorum (& ſi nunc alterum) .i. & ſi (nunc) .i. in hoc particulari tempore, in hoc inſtanti, vt dicit Ar. 8. phy. 11. verum eſt dicere (alterum) .i. particularem hominem, vt Sortem eſſe hominem (nunc alterum, & alterum) .i. verum erit dicere (alterum) .i. animal .i. de quocumque, de quo verum eſt dicere, ꝙ ſit homo, de illo met verum eſt dicere, ꝙ ſit animal, & de quocumque verum eſt dicere, ꝙ nunc eſt homo, verùm etiam eſt dicere, ꝙ nunc eſt animal, & ſic patet vniuerſalitas temporis (& ſi in omni linea punctus conſimiliter) .i. ſimili modo, quo animal prædicatur de omni homine, & de omnibus particularibus contentis ſub homine, & in omni tempore, ſic etiam in omni linea eſt punctus, & ſemper hoc eſt, omnis linea eſt puntata, & ſemper eſt puntata. Additio. Sed miror quidem quomodo dicit Ar. ꝙ punctus prædicatur de linea cùm hoc ſit falſum, non enim valet dicere linea eſt punctus, qm̃ punctus eſt principiũ & finis lineæ, 1. poſt. 30. Au. ¶ Dicas ꝙ duplex eſt prædicatum, aliud in recto, vt homo eſt animal, Aliud in obliquo, vt linea eſt punctata Ar. hic ſumit ly punctus non in recto, ſed in obliquo & denominatiuè, vt linea eſt punctata. Petitio. ¶ Dices, quare Ar. non meminit de dicto de nullo, ſicut meminit de dicto de omni? Reſponſ. ¶ Dicas, qm̃ dictum de omni ingreditur definitionem ipſius vniuerſalis, dictum de nullo nõ ingreditur definitionem vniuerſalis 1. poſt. 36. Ideo meminit dictum de omni, & reliquit dictum de nullo. Petitio. ¶ Dices quomodo valet dictum de omni, ingreditur definitionem ipſius vniuerſalis, dictum verò de nullo non, ideo Ar. non fecit mentionem de dicto de nullo? Reſponſ. ¶ Dicitur, qm̃ partes definitionis alicuius definiti, debent eſſe notiores, & prius conſideratæ, quàm ponantur in definitione illius, vt teſtatur Ar. 1. poſt. 1, 6. ethic. cap. 4. immo ſi non definiret per partes notiores, non definiret, vt dicit Ar. 6 top. in primo loco definitionis, & hæc eſt cauſa qua mouetur Ar. tractare de dicto de omni, qm̃ definitio vniuerſalis, non eſſet per partes notiores ipſo definito, de quo vniuerſali in textu 36. & 37. verba faciet, relinquens dictum de nullo, Replica. ¶ Dices contra immo Ar. debebat prius conſiderare de vniuerſali, quàm de dicto de omni, quoniam definitum 1. phy. 5. eſt notius definitione, & qualibet parte definitionis, cum vniuerſale ſit definitum, & dictum de omni ſit pars ingrediens definitionem vniuerſalis, ad hoc vt Ar. per notiora procederet, debebat prius conſiderare de vniuerſali, deinde de dicto de omni. Sol. ¶ Dicitur, ꝙ definitum eſt notius definitione notitia confuſa, ſed definitio eſt notior ipſo definito notitia diſtincta, Ar. ſequutus eſt notitiam diſtinctam, non autem notitiam confuſam, prius tractando de dicto de omni, & poſterius de vniuerſali. Petitio. ¶ Iterũ quæres, quare Ar. loquutus eſt ſub conditione, dicens (vt ſi de omni homine) animal ſi certè omnis homo eſt animal? Reſponſ. ¶ Dicitur, ꝙ Ar. hic non accipit ly (ſi) conditionaliter, & dubitatiuè, ſed aſſertiuè (ſi) pro quia, & verè veluti ſumpſit, 1. poſt. 8 & 9. Petitio ¶ Verùm dices, quare dedit duo exempla de dicto de omni? Reſponſ. ¶ Dicas, qm̃ dictum de omni eſt duplex, aliud non conuertibile, vt homo eſt animal, aliud vero eſt conuertibile, vt in omni linea punctus. Alia reſp. ¶ Vel dicas, qm̃ dictum de omni eſt duplex. Aliud ſubſtantiæ, aliud accidentis. Primum eſt ſubſtantiæ, ſecundum verò eſt accidentis. Alia reſp. ¶ Vel dicas, qm̃ in rebus difficilibus, debet apportari plura exempla, qm̃ vt dicit Galenus in 2. libro methodi medendi cap. 4. ſæpe multitudine exemplorum ſtupidorum, animi veluti à ſonno excitantur. Dub. ¶ Sed iterum dices, probare aliquod per exempla, ſpectat ad rethorem 2. poſt. 84. non ad demonſtratorem qm̃ exempla non vſitantur in doctrina demonſtratiua, cùm ergo Ar. ſit artifex demonſtratiuus, non debebat hic vti tot exemplis. Sol. ¶ Dicitur, ꝙ quãdo res ſunt difficilis cognitionis, tunc poſſumus vti exemplis, ac etiam ſimilitudinibus, veluti fecit Ar. 1. phy. 81. & 3. de anima 6. 14. 4. phy. 42. & 2. de anima 149 vbi aſſerit, ꝙ res, quæ non intelliguntur, niſi per ſimilitudinem ad alterum notificari poſſunt, par genera rethorica. Ideo cùm hęc dicta poſterioriſtica, ſint difficilis intelligentię

Digitized by Google

gentiæ Ariſt. voluit ea exemplis declarare. Petitio. ¶ Dices, hæc propoſitio omnis coruus eſt Reſponſ. niger, eſt ne de omni? ¶ Dicas, quòd non, qm̄ propoſitio de omni, eſt illa quæ habet prædicatum, quod competit omni ſubiecto, & omnibus particularibus contentis ſub illo ſubiecto, vt omnis cignus eſt albus, modo non omnis coruus eſt niger, qm̄ inuenitur aliquis coruus, qui non eſt niger, vt inquit Ar. 5. de gen. an. cap. 6. vbi ait ſic (iam enim perdix viſa eſt alba, & coruus, & paſſer, & vrſa. ¶ Verum nota, ſi aliquis eſſet educatus in aliqua regione, vbi non eſſet coruus albus, nec numquam audierit coruum album, nonne enuntiaret quòd omnis coruus eſt niger? ¶ Dicas quòd hæc enunciatio, non eſt de omni vera, & vniuerſalis: ſed de omni falſa, quod prouenit ex ignorantia enũtiantis, non autem rei enunciatæ, vt bene inquit Petitio. Auer. 1. poſt. 95. ¶ Iterum dices, quare Au. dictum de omni aliter definit, in 2. poſt. 94. & aliter hic. dicit enim ibi prædicatum enim de omni, eſt quod amplectitur tres ſpecies, ſ. quod ſit prædicatum de toto ſubiecto, & quod ipſius prædicatio ſit neceſſaria, & quod Reſponſ. ipſius prædicatio ſit prima. ¶ Dicas, quod ibi Au. per prædicatum de omni intelligit prædicatum vniuerſale, definitum in textu 36. non autem prædicatum de omni, definitum hic, quod eſt valde differens ab illo. Additio. ¶ Dices, homo eſt albus eſt propoſitio de Sol. omni? ¶ Dicas, quod ly omnis ſi ſumitur diſtributiuè eſt falſa: ſed ſi ſumitur contractim hoc modo ſ. omnis homo qui eſt Scyta eſt albus, & nullus homo etiam poſſumus dicere quod qui eſt æthyops eſt albus: vnde vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua in materia contingente ambæ ſunt veræ.

Signum autem etenim inſtantias ita ferimus tamquàm de omni interrogati, aut ſi in aliquo non, aut ſi aliquando non.

POSTQVAM Ariſt. aſſignauit duo exempla, de dicto de omni: nunc probat dictum de omni, eſſe eo modo, quo poſitum eſt, & & facit hanc rationem probando ꝙ duæ conditiones requiruntur ad dictum de omni, quæ ratio eſt talis, illæ, & tot conditiones requiruntur ad dictum de omni, quarum aliqua deficiente, deficit dictum de omni: ſed deficiente vniuerſalitate temporis, & exiſtente vniuerſalitate ſubiecti, vel deficiente vniuerſalitate ſebiecti, & remanente vniuerſalitate temporis, vel ambabus deſtructis, deſtruitur dictum de omni: ergo ambæ conditiones, ſcilicet, vniuerſalitas temporis, & ſubiecti, requiruntur ad dictum de omni, minor huius rationis patet in textu, quando dicit (etenim ſignum autem eſt) quòd duæ dictæ conditiones requiruntur ad dictum de omni; quoniam, tamquam interrogati de omni: inſtantias ita ferimus, volentes deſtruere ipſum, & dicimus (aut ſi in aliquo non) ſ. dum deſtruimus vniuerſalitatem ſubiectorum, & dicimus quòd alicui non, in eſt aut deſtruimus vniuerſalitatem temporum, & dicimus quòd ſi ineſt aliquando non: ſemper ergo ſi non deſtruitur dictum de omni: niſi deſtruendo aliquam vniuerſalitatem. ergo non conſtruitur, niſi per duas vniuerſalitates: ergo ambæ vniuerſalitates ſunt neceſſariæ, ad dictum de omni. Vnde dicas, ꝙ dictum de omni eſt illud quod habet duas vniuerſalitates: ſcilicet ſubiectorum, & temporum, quarum ſi vna defecerit, nullo modo dicitur dictum de omni: ¶ Dices contra, Dub. nam propoſitio quæ eſt demonſtrabilis, eſt de omni, ſed hæc propoſitio eſt demonſtrabilis. luna eclypſatur, vt patet in 8. quæſito. poſt. ergo eſt de omni, & tamen hæc propoſitio non habet vniuerſalitatem temporis, quoniam non ſemper luna eclypſatur. ¶ Di- Sol. cas, ꝙ hæc propoſitio habet vniuerſalitatem temporis, tamen ex ſuppoſitione, dicendo ſic in omni tempore, quo terra actu interponitur, inter ſolem, & lunam. in illo tempore luna, actu eclypſatur, & ſic ſemper, ꝙ terra interponitur, luna eclypſatur, & licet terra actu non interponatur inter ſolem, & lunam tamen luna ſemper eſt eclypſabilis, & ſic habet vniuerſalitatem temporis. ¶ Iterum Nota, ꝙ valet dicere dictum de omni poſterioriſticum, habet duas vniuerſalitates, ſ. temporis, & ſubiecti, & non è contra id, quod habet duas vniuerſalitates temporis. & ſubiecti; eſt dictum de omni poſterioriſticum, quoniam hæc propoſitio habet iſtas duas vniuerſalitates temporis, & ſubiecti: tamen non eſt poſterioriſtica, vt omne animal eſt coloratum, nihil enim eſt animal, quod non ſit coloratum: nec vmquam eſt animal, quin pro tunc erit coloratum.

Per ſe autem quæcumque, & inſunt in eo, quod quid eſt. Tex. 30.

POSTQVAM Ariſt. propoſuit velle indagare conditiones, & proprietates, quibus cognoſcuntur præmiſſæ neceſſariæ, à non neceſſariis: quæ ſunt tres, ſ. dictum de omni, per ſe, & vniuerſale, & aſſignauit regulam cognoſcendi dictum de omni: nunc videns ꝙ ly per ſe eſt nomen multiplex: ſimul numerando ſua ſignificata: ipſa declarat & primo numerat primum ſignificatum, aſſignando regulam cognoſcendi ipſum, cùm poſtea numerauit ſignificata, ſi non omnia, ſed quædam eius, quod eſt per ſe, vltimò determinat

quæ

Digitized by Google

quæ nam ſignificata deſeruiunt ſuo propoſito, quod in textu 35. patebit cauſa intentionis eſt, qm̃ vniuerſale præſupponit id, quod eſt per ſe: non enim poteſt eſſe prædicatum vniuerſale, ſi non eſt per ſe, & de omni.

Diuiſio textus. Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. docet regulam cognoſcendi prædicata per ſe, 1. modi in 2. ibi (vt triangulo linea, & lineæ punctus) exemplo vtens: manifeſtat regulam aſſignatam ad inueniendum prædicata 1. modi; ſed Nota, ly per ſe: dicitur multis modis, 5. met. 23. & inter alia ſunt hæc, quæ numerat Ar. hic in textu 30. 31. 33. & 34. qui vt peritus artifex, prius diſtinguit, antequam determinet, vt ſeruet ſuam regulam, in 1. cæli 110. vbi inquit, ꝙ qñ nomē eſt æquiuocum, debet prius diſtingui in ſua ſignificata, deinde determinari, hinc dicit Au. in com. 33. aſſignans cauſam, quare Ar. facit mentionem, de 3. ſpecie per ſe, & dicit non, quia ſit aliquid iuuans demonſtrationum præmiſſas, ſed quatenus expedit docenti per nomen æquiuocum, ꝙ diuidat nomen æquiuocum in ſua ſignificata & dirigat ad ſignificatum de quo intendit, ſermonem habere, & vt faciat electionem quænam ſunt illa prædicata per ſe, quæ ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, ſed videtur ꝙ Au. ſibi contradicat, qm̃ numerans ſignificata per ſe, in 5. dicit, ꝙ per ſe dicitur 4. modis, & in hoc com. dicit, ꝙ per ſe dicitur tribus modis, & in comm. 31. dicit, ꝙ per ſe dicitur ſm̃ duas ſpecies. ¶ Nos dicimus, ꝙ nulla eſt contradictio, qm̃ quando dicit, ꝙ per ſe dicitur 4. modis, verum eſt: qm̃ 4. ſignificata numerat Ar. vt in ſequentibus patet, qñ verò dicit, ꝙ per ſe dicitur tribus modis, intelligas. ſic .i. prædicata per ſe 1. modi, dicuntur 3. modis, videlicet genus, differentia, & definitio, vt 7. met. 11. & in epit. log. cap. de demon. qñ verò dicit, ꝙ per ſe, ſm̃ duas ſpecies, ſe exponit in com. 33. dicens ꝙ duæ ſunt ſpecies per ſe, quæ ſunt propriæ præmiſſis demonſtrationis, ſ. prædicati primi, & ſecundi modi, aliæ verò duæ ſequentes, non ſunt propriæ, qm̃ non ingrediuntur demonſtrationem, vt patet ex Ar. 1. poſt. 35. & 153. 4. ergo declarat Ar. hic ſignificata, per ſe aggrediens primum, ſic dicit. Verùm Nota ꝙ prædicata ſunt duobus modis; quædam ſunt de omni, vt omnis cignus eſt albus, & quædam non ſunt de omni; vt omnis homo eſt albus, quo ſic ſtante, dicit Ar. illa prædicata ſunt per ſe, in primo modo, quæcumque ſunt de omni. Et Nota, ꝙ prædicata, quæ ſunt de omni, ſunt duobus modis. Quædam quæ non ſumuntur in definitione ſubiecti, vt album prædicatur de niue, ſed non ſumitur in definitione niuis. Quædam verò ſunt prædicata de omni, quæ accipiuntur in definitione ſubiecti, vt animal ſumitur in definitione hominis, & ſcias, ꝙ non omnia prædicata de omni, ſunt prædicata per ſe, in primo modo, ſed dicit Ar. illa prædicata de omni, ſunt per ſe in primo modo, quæcumque (inſunt). .i. accipiuntur (in eo quod quid eſt) .i. in definitione ſubiectorum .i. quæ dicunt naturas, quiditates, & ſubiectorum ſubſtantias, ad differentiam illorum prædicatorum de omni, quæ non ſumuntur in definitione ſubiectorum. & Nota ꝙ non ſine cauſa dixit Ariſt. (quæ inſunt) qm̃ loquitur de prædicatis, quæ prædicata habent hanc legem, ꝙ non poſſunt prædicari, ſi non inſunt alteri. Vnde Nota, ꝙ idem per ſe, de ſe ipſo prædicari non poteſt, qm̃ nihil poteſt ineſſe ſibi ipſi; hinc Au. docuit regulam in 1. poſt. 148. ad cognoſcendum, qñ aliquod prædicatur de aliquo, quam ſumit ab inhærere, & non inhærere, ſic dicens, qñ aliquod extra animam alicui ineſt: tunc in anima illud prædicatur de illo, qñ verò extra animam nulli ineſt tunc in anima de nullo prædicatur, vnde in cap de ſubſtantia, dixit Ar. ſubſtantia prima de nullo prædicatur, qm̃ extra animam nulli ineſt, hinc dixit Ar. (quæcumque inſunt) denotando, ꝙ illa ſunt prædicata per ſe, in primo modo, quæcumque inſunt, ad differentiam ſingularium ſubſtantiæ, quæ non inſunt alteri, ſed per ſe exiſtunt, vt patebit in textu 33. dixit. (In eo quod quid) qm̃ multa ſunt prædicata, quæ inſunt. tamen non inſunt in eo, ꝙ quid ſed in quare ideo non ſunt prædicata per ſe, veluti album cigno, & nigrum coruo.

Dub. ¶ Dices quando dicit Ar. ꝙ illa ſunt prædicata in primo modo dicendi per ſe, quæcumque ſumuntur in definitione ſubiecti, cum ſubiectum ſit duplex, aliud ſingulare indiuiduum, vt Sortes. Aliud verò ſpecificum, & vniuerſale, 1. periher. cap. 5. vt homo, quod nam ſubiectum debemus intelligere, ſingulare, vel vniuerſale?

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ intelligitur ſubiectum vniuerſale, vt ſpecies ipſa cuius ſpeciei eſt definitio, & demonſtratio, quæ ingreditur demonſtrationem, modo ſubiectorum ſingularium: non ſunt definitiones, nec demonſtrationes, qm̃ ſunt corruptibilia: vt 1. poſt. 62. 64. 7. metaph. 53. 35. & ſi eorum ſunt definitiones, non niſi per accidens, ſub ratione vniuerſali, & ratione formæ, non per ſe, non autem ratione particulari, & ratione materię, vt 7. met. 35. & 11. met. 1. 1. poſt. 162.

Dub. ¶ Dices, quare Ar. prius tractauit de prędicato per ſe, quàm de vniuerſali.

Sol. ¶ Dicitur, qm̃ per ſe eſt communius, ipſo vniuerſali. valet enim dicere eſt vniuerſale, ergo per ſe, ſed non ē contra, & cùm ſit communius, eſt notius, 1. phy. 4. verùm quia à notioribus eſt inchoandum. Ideo prius à prędicato per ſe, quàm ab ipſo vniuerſali, initium fecit. ¶ Dices contra nam dicit Ar. 1.

poſt.

Digitized by Google

ꝙ idem eſt per ſe, & vniuerſale. ergo tractando de per ſe eodem loco, tractauit de vniuerſali.

Sol.

¶ Dicitut, ꝙ ly per ſe, eſt dnplex. Aliud commune, vt eſt genus. Aliud proprium, vt rationale tunc dicitur, ꝙ per ſe proptium idem eſt, quod vniuerſale, & primum, non autem per ſe commune.

Vt triangulo linea, & linea punctus, ſubſtantia namque ipſorum, ex his eſt: & in oratione dicente; quid eſt inſunt.

POSTQVAM Ar. dedit regulam cognoſcendi prædicata, quæ ſunt in primo modo dicendi per ſe: nunc vult exemplo manifeſtare regulam aſſignatam, & q. d. Ar. ſi tu neſcis quæ ſunt hæc prædicata, in primo modo dicendi per ſe, do exemplum. (vt) id eſt, v. g. (triangulo linea) .i. linea ineſt triangulo, hoc eſt ſumitur in definitione trianguli, dicens ſubſtantiam trianguli, (&) q. d. eſt aliud exemplum (lineæ punctus) .i. punctus ineſt lineæ. hoc eſt accipitur in definitione lineæ. ideo lineà prædicatur de triangulo, & punctus de linea in primo modo per ſe (ſubſtantia namque ipſorum ex his eſt) nunc Ar. aſſignat cauſam, quare linea ſumitur in definitione trianguli, & punctus in definitione lineæ, & dicit (namque) .i. qm̃ ſignum redditiuum cauſæ (ſubſtantia) .i. eſſe (ipſorum) trianguli, & lineæ. (eſt ex his) .i. ſubſtantia trianguli, conſtat ex linea, & ſubſtãtia lineæ conſtat ex puncto: q. d. linea dicit ſubſtãtiam trianguli, & punctus dicit ſubſtantiam lineæ (& in oratione dicente, quid eſt inſunt) nunc Ar. exponit quæ dixit ſupra, dixit enim ꝙ ſubſtantia ipſorum ex his eſt. ¶ Dices, quid ſibi vult ò Ar. hæc particula, ſubſtantia namque ipſorum ex his eſt. ¶ Reſpondet, dicens (&) pro .i. exponendo ſe, (inſunt in oratione) .i. accipiuntur in definitione, qm̃ definitio eſt oratio 1. top. cap. de termino 8. met. 2. (dicente quid). vbi Nota ꝙ definitio dicens quid 2. poſt. 32. eſt duplex. Alia quid rei. Alia quid nominis. hic enim non ſumit Ar. quid nominis, ſed quid rei. ex quo conſtrue textum, ſic linea ineſt triãgulo, & punctus ineſt lineæ: quoniam ſubſtantia trianguli eſt linea, & ſubſtantia lineæ eſt punctus: .i. accipiuntur in definitione ipſorum.

Dub.

¶ Dices, quomodo linea per ſe prædicatur de triangulo, & punctus de linea, non enim poſſumus dicere, triangulus eſt linea, nec linea eſt punctus, ſed triangulus conſtat ex lineis, & linea ex punctis. ergo nec linea de triangulo, nec punctus de linea erunt prædicata per ſe in primo modo.

Sol.

¶ Dicitur, ꝙ prædicata per ſe in primo modo: ſunt duobus modis. Quædam in recto. veluti ſunt genera generum, definitiones differentiæ eſſentiales, & definitiones. Quædam verò ſunt in obliquo, tunc dicitur, ꝙ hæc non ſunt prædicata per ſe in primo modo, in recto. ſed ſunt in obliquo.

Petitio.

¶ Dices, quare Ar. potius exemplificauit de prædicatis in obliquo, quàm de prędicatis in recto?

Reſponſ.

Dicitur, qm̃ clariſſimum eſt, ꝙ prædicata in recto ſunt in primo modo: ſed qm̃ apud aliquos erat dubium, an hæc prædicata in obliquo erant per ſe in primo modo. Ideo illis ſatisfaciendo, voluit potius dare exempla de obliquis, quàm de rectis. vnde ſumas tu, ꝙ tam prædicata in recto, quàm in obliquo, quæ dicunt ſubſtantiam ſubiecti, ſunt in primo modo dicendi per ſe.

Petitio.

¶ Iterum dices, quare prius exemplificauit de triangulo: quàm de linea?

Reſponſ.

¶ Dicitur, qm̃ triangulus eſt notior linea, qm̃ triangulus eſt totum, linea verò eſt pars, totum enim 1. phy. 4. eſt notius parte. Ideo prius dedit exemplum de triangulo, poſterius autem de linea.

Replica.

¶ Sed contra Au. enim 1. poſt. 23. dicit, ꝙ pars eſt notior. ergo cum linea ſit pars, & triangulus ſit totum, potius debebat prius exemplificare de linea, poſterius de triangulo.

Reſponſ.

¶ Dicitur, ꝙ pars eſt duplex. Quædam ſimplex. Quædam compoſita: tunc dicitur, ꝙ pars compoſita eſt notior, non autem pars ſimplex: quæ pars compoſita idem eſt quòd totum, modò linea reſpectu trianguli eſt pars ſimplex.

Replica.

¶ Dices ſimplicia præcedunt compoſita 2. cæli 22. ſi linea eſt ſimplex, & triangulus eſt compoſitus ex linea, ergo exemplum de linea debebat præcedere exemplum de triaugulo,

Sol.

¶ Dicitur, ꝙ hic ordo eſt ſm̃ naturam, ſ. quando ſimplicia præcedunt compoſita, 2. cæli 22. modo Ar. non ſequutus ordinem naturæ, ſed ordinem ſm̃ notius.

Petitio.

¶ Dices, quot, & quæ ſunt prædicata per ſe in primo modo?

Reſponſ.

¶ Dicitur, cum Au. in hoc com. & 7. met. 11. in epit. log. cap. de demon. ꝙ ſunt tria, ſ. genus, differentia, & tota definitio aggregata ex his. Sed nota, ꝙ duo ſunt ſimplicia, vt genus, & differentia, reſpectu definitionis. & vnum eſt compoſitum quod eſt ipſa definitio, quæ fit ex genere, & differentia.

Alia ſol.

¶ Vel poteſt dici, ꝙ ſunt duo tantùm ſ. pars definitionis, & tota definitio. & Nota quòd ly (pars) intelligitur vel genus, vel differentia. vel id quod eſt pars generis, vel pars differentiæ, quæ omnia ſunt prædicata ſubſtantialia: qm̃ ſunt formæ, vt 2. phy. 28. in epit. log. cap. de defin. 7. met. 35. & 42. & 3. met. 3. 7. top. cap. 2. & 2. poſt. 20. ſed nota, ꝙ prædicata per ſe primi modi, non ſolùm poſſunt eſſe tria, ſed plura tribus, vt genus, differentia, definitio, pars differentiæ, pars generis, accidens proprium, vt tenet locum differentiæ, cauſa efficiens, neceſſaria, & cauſa finalis. vt tenet locum formæ, cauſa materialis, vt tenet locũ differentiæ. Vnde tria

ſunt

Digitized by Google

ſunt in numero, quæ dicuntur in recto: ſed ſunt plura in obliquo. ¶ Dices contra. nam illa ſunt prædicata per ſe in primo modo, quæ ſumuntur in definitione, vt genus, & differentia, ſed definitio. non ſumitur in definitione. vt patet. ergo definitio, non eſt prædicatum in primo modo. ¶ Dicitur, ꝙ definitio non eſt prædicatum in primo, inquantum accipitur in definitione; ſed in quantum fit ex genere, & differentia; quæ ſunt prædicata primi modi. ¶ Sed Nota, ꝙ definitio eſt duplex, vt teſtatur Au. 8. met. 13. & in epit. log. cap. de def. Alia perfecta. Alia imperfecta, quæ imperfecta eſt duplex. Alia quæ abſoluit quid, & datur per formam. Alia quæ abſoluit propter quid, & datur per efficientem, ſcias nunc, ꝙ illa definitio, quæ eſt perfecta, quæ fit ex his duabus imperfectis, eſt prædicatum per ſe, non inquantum ſumitur in definitione, ſed inquantum fit ex his duabus imperfectis, quarum vna tenet locum generis, & eſt illa, quæ datur per formam; & alia quæ tenet locum differentiæ, & eſt illa quæ datur per efficientem. illa enim, quæ datur per formam hæc eſt, vt Eclypſis eſt priuatio, priuatio enim eſt forma Eclypſis 8. met. 13. quæ verò datur per efficientem, vt Eclypſis eſt interpoſitio terræ: prima tenet locum generis, ſecunda tenet locum differentiæ, modo ex his duabus imperfectis reſultat vna perfecta, quæ eſt talis. Eclypſis eſt priuatio luminis ob interpoſitionem; quę omnia patent ex Au. 2. poſt. 4142. ſcias ēt ꝙ nō omne genus, nec omnis differentia, eſt prædicatum in 1. modo, ſed ſolum genus propinquum, vt animal, & differentia propinqua eſſentialis, vt rationale, ſi verò genus remotum, vt corpus animatum, vel magis remotum, vt corpus, vel remotiſſimum, vt ſubſtantia, ſunt prædicata primi modi, non niſi inquantum tenent locum generis propinqui, v. g. ſi diceres, homo eſt animal: nunc ſumis genus propinquum, & hoc verè eſt prædicatum in 1. modo: ſed ſi caſu quo lateret hoc genus propinquum, poteſt ſumi genus remotum, dicendo homo eſt corpus animatum, loco animalis, & ſi forte lateret corpus animatum, poteſt dici, homo eſt corpus, & ſi lateret corpus poteſt ſumi genus remotiſſimum, dicendo homo eſt ſubſtantia, & ſic omnia poſſunt eſſe prædicata in 1. modo, inquantum tenent locum animalis, quod eſt genus propinquum.

Dub. — Sol. (margin)

Petitio. ¶ Dices ſi pars generis eſt prædicatum in 1. modo, quid debemus intelligere per partem generis? Respon. ¶ Dicunt, ꝙ debemus intelligere definitionem generis, v. g. ſi genus, vt animal lateret, vti poſſumus definitione animalis, dicendo homo eſt ſubſtantia animata ſenſitiua. Replica. ¶ Sed dices contra, nam definitio, & definitum ſunt idem, 1. phy. 5. & 7. met. 40. vnde ſi definitum eſt totum, & definitio etiā erit totum 1. phy. 5. ergo definitio non eſt pars, ex quo ſi latet genus, non poſſumus vti definitione generis, tamquam parte ipſius generis. Dub. ¶ Amplius 2. poſt. 32. non entis, non eſt definitio, & licet ens ſit in rerum natura, & fuerit ignotum eſſe, de illo, non poteſt aſſignari definitio, modo ſi genus latet, & eſt ignotom ipſum eſſe, ergo nec definitio de ipſo dari poterit, cùm ipſa etiam fuerit ignota, ergo ſi latet genus, latebit etiam definitio generis, & per cõſequens, loco generis non poſſumus vti definitione, tãquam parte generis. Sol. 1. ¶ Ad primum qm̄ definitio, & definitum, ſunt idem ſubiecto, 1. phy. 5. vel ſunt idem ſm̄ prædicationem, 7. met. 40. ſed non ſunt idem ſubiecto, & ratione. Sol. 2. ¶ Ad 2. dicas cum Au. in epit. log. cap. de def. ꝙ aliquod eſſe ignotum, intelligitur bifariam: vno modo ſm̄ nomen, alio modo ſm̄ rem, quo ſtante, dicit Au. ꝙ quando aliquod eſt ignotum ſm̄ rem, tunc de ipſo definitio haberi non poteſt ſed qñ eſt notum ſm̄ rem, licet fuerit ignotum ſm̄ nomen, de ipſo poteſt haberi definitio. Replica. ¶ Sed dices, contra nam chimera ſm̄ rem, non eſt, & tamen dicit Au. 1. poſt. 2. & 2. poſt. 32. ꝙ de ipſa habetur definitio. Sol. ¶ Dicitur, ꝙ alia definitio quid nominis. Alia eſt definitio quid rei, quo ſtante, dicimus ꝙ ſi chimera eſt ignota ſm̄ rem, tamen de chimera non habetur definitio quid rei, ſed quid nominis: & ſimiliter de quocumque, quod eſt ignotum ſm̄ rem, his ſtantibus, dicimus ꝙ genus, quando eſt ignotum ſm̄ nomen, & eſt notum ſm̄ rem, de ipſo definitio haberi poteſt, & per conſequens poſſumus vti definitione generis, tamquā parte ipſius generis. Alia ſol. ¶ Vel vt inquit Au. in epit. log. cap. de def. ꝙ per partem generis .i. ipſius animalis debemus intelligere ſenſitiuum; quod eſt pars generis. Alia ſol. ¶ Vel dicas, ꝙ reperitur aliquod genus, quod diuiditur in partes, veluti eſt corpus animatū, quod eſt genus ipſius animalis, poſſumus dicere, ꝙ animal eſt corpus animatum, prædicando totum genus. de animali, & poſſumus dicere animal eſt corpus: quod corpus eſt pars animalis, & poſſumus dicere animal eſt animatum. quod eſt alia pars generis, ſ. animalis. Et ideo dixit Au. ꝙ genus, & pars generis eſt prædicatum per ſe, in primo modo. Petitio. ¶ Dices, quid debemus intelligere per partem differentiæ? Reſponſ. ¶ Dicas, ꝙ intelligimus, vel definitionem differentiæ, vel accidens proprium, quod tenet locum differentiæ, veluti dicit Au. 1. poſt. 36. 2. poſt. 20. in epit. log. cap. de def. & 7. met. 5. Replica. ¶ Sed dices, ſi accidens proprium tenet locum differentiæ: ergo eſt prædicatum in primo modo. Sol. ¶ Dicas, ꝙ vt eſt accidens, ſic eſt in ſecundo modo, ſed vt tenet locum differentiæ,

Alia ſol. ſic eſt in primo modo. ¶ Vel dicas, q̀ differentia eſt duplex. Alia compoſita. Alia ſimplex, tunc dicitur q̀ pars differentiæ compoſitæ eſt prædicatum in 1. modo, non autem pars differentiæ ſimplicis, quæ cùm ſit ſimplex, partes non habet: quæ quidem differentia compoſita hæc eſt, vt ſenſibilitas, quæ eſt differentia animalis; quæ diuiditur in quinque partes: ſcilicet viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum, & quælibet iſtarum partium poteſt prædicari de animali, in 1. modo per ſe. *Replica.* ¶ Dices contra nam dicit Au. 7. met. 43. quòd vltimæ differentiæ ſunt indiuiſibiles, ergo mala eſt ſolutio. *Sol.* ¶ Dicitur, cum eodem Au. quòd differentiæ ſunt duobus modis, quædam enim ſunt potentiales, quæ ſapiunt naturam generis, quædam verò ſunt differentiæ vltimæ ſpecificæ: tunc dicitur, quòd differentiæ vltimæ ſunt indiuiſibiles: non autem differentiæ potentiales, vt eſt ſenſibilitas ipſa. *Alia ſol.* ¶ Vel dicitur, quòd omnes differentiæ habent partes: ſm̃ nomina earum quibus vtimur in prædicationibus definitiuis: v. g. punctum eſt in definitione lineę, vt pars differentię illius: non enim punctum eſt tota differentia lineę; q̃m tota differentia eſt terminari punctis, q̃m dicimus, quòd linea eſt cuius extrema ſunt duo puncta, & hęc eſt vera Au. ſolutio in hoc com. *Alia ſol.* ¶ Vel dicas, q̀ tota differentia hominis, eſt rationale mortale, quę tota differentia prędicatur in 1. modo, de homine ſimiliter. vna pars huius differentiæ, quæ eſt vel rationale, vel mortale, etiam prædicatur de homine in 1. modo, vt homo eſt rationalis, vel homo eſt mortalis. *Petitio.* ¶ Dices quare Ar. prius notificauit, prædicata 1. modi per ſe, quàm prædicata 2. modi? *Sol.* ¶ Dicitur, q̃m prædicata primi modi, omnia ſunt ſubſtantialia, vt genus eſt ſubſtantia, vt patet in cap. de ſubſtantia differentia eſt, ſubſtantia 7. metaph. 42. tota definitio eſt ſubſtantia, 2. phyſic. 28. prædicata verò 2. modi, ſunt accidentia eſſentialia, 1. poſt. 31. & q̃m ſubſtantia eſt prior accidente, 7. met. 4. 1. phyſic. 52. & 7. met. 47. ideo Ar. prius de prædicatis: quæ ſunt in 1. modo, quàm de prædicatis, quæ ſunt in ſecundo modo per ſe, voluit tractare. *Alia ſol.* ¶ Vel dicendum, q̃m prædicata primi modi, excepto genere, ſunt medij termini in demonſtratione, vt eſt differentia, & definitio. vt dicit Au. in Epiſtola de primitate, prædicatorum prædicata vero ſecundi modi. ſunt quæſita in demonſtratione, & q̃m medij termini ſunt priores ipſis quæſitis. Ideo Ariſt. prius tractauit de prædicatis primi modi poſterius de prædicatis 2. modi. *Confirmatio.* ¶ Quod confirmat Au. 6. metaph. 1. vbi inquit, quòd de ſubſtantiis in demonſtratione, itur ad accidentia. *Replica.* ¶ Et ſi dices, q̀ accidentia ſunt notiora ſubſtantiis: vnde Ariſt. debebat prius conſiderare de prædicatis ſecundi modi, deinde de prædicatis primi modi. *Sol.* ¶ Dicitur, quòd Ariſt. non ſequutus eſt ordinem notioritatis, ſed ordinem dignitatis. *Quæſitū.* ¶ Amplius, quæres hæc propoſitio animal eſt homo, eſt per ſe in primo modo? *Reſponſ.* ¶ Dicas, quòd eſt per ſe in primo modo: tamen reductiuè conuertendo ipſam ſimpliciter: dicendo homo eſt animal. *Petitio.* ¶ Iterum dices, quando genus prædicatur de differentia, eſt per ſe in primo modo, vt dicendo rationale eſt animal? *Reſponſ.* ¶ Dicas, quòd genus non prædicatur per ſe de rationali, in quantum eſt differentia: ſed inquantum dicit ſpeciem; vt dicendo rationale. i. homo eſt animal. veluti Ariſt. in prædicamentis, cap. de ſimul affirmat. *Dub.* ¶ Amplius probatur, quòd nec genus, nec differentia, nec tota definitio, ſunt prædicata per ſe in primo modo: illa prædicata quorum ſubiecta ſunt propriæ ſubſtantiæ, dicuntur accidentia, 1. poſt. 149. aſſerit Au. ſed ſubiecta generis, differentiæ, & definitionis: ſunt ſubſtantiæ. Ergo genus differentia, & definitio, ſunt accidentia. ſed nullum accidens, 1. poſt. 31. eſt prædicatum in primo modo: ergo nec genus, nec differentia, nec definitio, eſt prædicatum per ſe in 1. modo. *Sol.* ¶ Dicas, quòd illa prædicata ſunt accidentia, quorum ſubiecta ſunt ſubſtantiæ, & illa prædicata non non accipiuntur in definitione illorum ſubiectorum, modo genus, & differentia ſumuntur in definitione ſubiectorum, de quibus prædicantur, ideo ſequitur quòd non ſunt accidentia, ſed ſubſtantialia per ſe in primo modo. *Alia du.* ¶ Amplius nullum accidens eſt prædicatum per ſe in primo modo. 1. poſt. 31. ſed genus differentia, & definitio ſunt accidentia. ergo non ſunt prædicata in primo modo per ſe, minor probatur: q̃m omnia conſiderata à logico, ſunt accidentia 6. met. vltimo: ſed genus, differentia, & definitio. conſiderantur à logico, vt patet 1. top. cap. 1. ergo ſunt accidentia. *Sol.* ¶ Dicas, quòd hæc prædicata bifariam à logico conſiderantur: vno modo, vt primo intellecta. Alio modo, vt ſecundo intellecta: tunc dicitur, quòd hæc talia ſunt accidentia, vt ſecundo intellecta, ſed ſunt ſubſtantiæ, vt primo intellecta, & ſic ſunt prædicata per ſe in primo modo. *Replica.* ¶ Dices contra, nam 1. poſt. 33. ait Ariſt. quæcumque de ſubiecto dicuntur accidentia ſunt, ſed genus, differentia, & definitio, vt primo intellecta dicuntur de ſubiecto, dicendo homo eſt animal, & homo eſt rationalis, & homo eſt animal rationale. ergo vt primo intellecta ſunt accidentia, & ſic neque erunt prædicata per ſe in primo modo. *Sol.* ¶ Soluitur, quòd accidens bifariam conſi-

conſideratur: vno modo vt diſtinguitur contra ſubſtantiam. Alio modo, vt non exiſtit per ſe, tunc dicitur, ꝙ genus, differentia, & definitio, ſunt accidentia. inquantum non exiſtunt per ſe, qm̄ exiſtunt per aliud, & per accidens, per primas ſubſtantias, dicit enim Ariſt. in cap. de ſubſtantia, ꝙ remotis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquod aliud remanere; ſed non ſunt accidentia, vt diſtinguuntur contra ſubſtantiam: quoniam de facto ipſa ſunt ſubſtantiæ, & ſic ſunt prædicata primi modi. Vnde candide lector defendas concluſionem, ꝙ accidentia ſunt in 1. modo dicendi per ſe, accidentia dico non quæ non ſunt ſubſtantiæ, ſed quæ exiſtunt per accidens, verum nota non omnia, quæ exiſtunt per accidens: qm̄ accidentia communia, exiſtunt per accidens, & non ſunt prædicata per ſe in 1. modo, ſed illa, quæ ſunt ſubſtantiæ, & exiſtunt per accidens.

Alia dub. ¶ Amplius illud quod prædicatur de aliquo, & inuenitur in aliquo eſſentialiter, oportet, ꝙ reperiatur in alio accidentaliter .i. id quod per ſe prædicatur de vno, per accidens, prædicatur de alio, 2. de anima 133. & 4. phy. 42. 1. cæli 14. ſed animal per ſe prædicatur de equo, qm̄ accipitur in eius definitione, ergo per accidens prædicatur de homine, & non per ſe.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ quando aliquod per ſe prædicatur de aliquo, vel prædicatur per ſe propriè, vel per ſe communiter, tunc dicitur, ꝙ quando prædicatur per ſe propriè, de vno. tunc per accidens prædicatur de altero modo, animal non prædicatur per ſe propriè, de equo. ſed prædicatur per ſe communiter. & ſic ſequitur, ꝙ animal, tam de equo, quàm de homine, & de ſingulis ſpeciebus contentis ſub animali per ſe, & non per accidens prædicatur.

Replica. ¶ Dices contra, ſi animal per ſe prædicatur de equo, ergo propriè prædicatur de equo, & per accidens de homine, probatur qm̄ dicit Au. 5. phy. 3. ꝙ per ſe, & primnm & proprium ſunt ſynonima: Ariſt. 1. poſt. 36. dum aſſerit, idem eſt primum, & per ſe.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ per ſe eſt duplex. Aliud conuertibile. Aliud commune, & non conuertibile, tunc dicas, ꝙ per ſe couuertibile, & primum ſunt ſynomina, non autem per ſe, non conuertibile modo, animal prædicatur de equo, per ſe non conuertibiliter, valet enim dicere, equus eſt animal, & non è contra.

Replica. ¶ Dices contra. nam prædicatum primum eſt conuertibile, vt patet, 1. poſt. 36. ſed animal eſt prædicatum primum de equo, qm̄ ponitur in definitione equi, 7. met. 43. ergo per accidens prædicatur de homine.

Sol. ¶ Soluas, ꝙ primum intelligitur bifariam. vno modo dicitur primum; qm̄ inter alia obtinet primum locum vt in definitione, primo loco ponitur genus, ſecundo ponitur differentia 7. met. 43. Alio modo dicitur primum .i. proprium: tunc dicitur ꝙ animal primò prædicatur de equo, non primo propriè: ſed primò, qm̄ primò ponitur in definitione equi: & ſimiliter in quacumque alia ſpecie.

Replica ¶ Sed dices contra id, quod propriè prædicatur de ſpetie conuertitur, cum ſpetie teſte. Porph. cap. de proprio: ſed genus propriè prædicatur de equo 4. top. in loco 29. ergo per accidens prædtcatur de homine, & conuertibiliter de equo.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ quando dicit Ar. ꝙ genus propriè prædicatur de ſpettie, vt de equo, non intelligit propriè .i. conuertibiliter, ſed propriè .i. propinquè, differt enim prædicatum propriū, & propinquum.

Replica. ¶ Dices contra, nam dicit Au. 1. poſt. 41. ꝙ gvnus prædicatur de ſpetie, & conuertitur cum ſpetie: ergo prædicatur propriè, & conuertibiliter, non ſolùm propinquè.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ Au. intelligit genus contractum per differentiam, vt eſt animal rationale, non autem abſolutum, vt animal.

Replica. ¶ Sed contra, genus enim abſolutè ſumptum, vt animal prædicatur de ſpetie, vt de equo: & conuertitur cum ſpetie, quod quidem pulcherrima ſententia comprobatur: ait enim Ar. 2. top. cap. 1. ſic à definitione enim, & proprio, & genere neceſſarium eſt conuerti.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ genus conuertitur ſm̄ denominationem, vt cum dicimus animal ineſt homini .i. homo eſt animal, ſed non conuertitur ſm̄ prædicationem, dicendo homo eſt animal, & animal eſt homo.

Replica. ¶ Dices contra: nam dicit Au. in libro prædicabilium, cap. 1. ꝙ quinque prædicabilia ſunt partes propoſitionum demonſtrationis, inter quæ prædicabilia, numeratur genus abſolutè ſumptum, vt eſt animal, modo id quod eſt pars propoſitionis ingredientis demonſtrationem, eſt prædicatum primum, proprium, conuertibile genus eſt huiuſmodi, ergo genus abſolutè ſumptum, eſt prædicatum primum, & conuertibile, cum ſpetie.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ genus eſt pars demonſtrationis, non poſitiua, ſed negatiua, & priuatiua, quæ negatur à demonſtratione.

Replica. ¶ Dices contra genus abſolutè ſumptum, vt animal abſoluitur per demonſtrationem 2. poſt. 94. modo illud quod abſoluitur per demonſtrationem, ponitur in demonſtratione, & non negatur à demonſtratione, & eſt prędicatum proprium, & conuertibile.

Sol. ¶ Dicitur cum Au. 2. poſt. 94. ꝙ ſi genus abſolutè ſumptum abſoluitur per demonſtrationem: ſed non per demonſtrationem analogicè, ſed per demonſtrationem æquiuocè dictam.

Replica. ¶ Dices coutra, nam dicit Au. in epit. log. cap. de def. ꝙ genus eſt concluſio demonſtrationis ſimpliciter, quæ eſt analoga: non antem æquiuoca demonſtratio, ergo falſa ſolutio.

Sol. ¶ Dr,

Digitized by Google

ꝙ Au. intelligitur ſic. qñ dicit, ꝙ genus eſt concluſio demonſtrationis, non eſt verè genus: vt animal, quia ſic eſt prædicatum commune, non proprium, nec conuertibile. ſed intelligit id, quod tenet locum generis, in definitione perfecta. ex quibus latè patet, ꝙ genus per ſe prædicatur de ſpecie, vt de equo & homine, & de reliquis ſpeciebus, communiter de omnibus, ſed de nulla propriè, & conuertibiliter. (Alia du.) ¶ Sed iterum dices. homo non eſt animal, ergo animal per ſe, non prædicatur de homine; antecedens probatur, Ariſt. 2. de anim. 16. aſſerit illa, quæ non mouentur, nec mutant locum, ſunt animalia, ſed homo mouetur, & mutat locum, ergo homo non eſt animal, ergo animal per ſe, non prædicatur de homine. (Sol.) ¶ Dicitur, ꝙ Ariſtoteles ibi loquitur contra Antiquos, qui opinabantur ꝙ quæcumque non mouentur, nec mutant locum, non ſunt animalia: Ariſtoteles verò contra ipſos dicit, ꝙ non ſolùm, quæ mouentur, & mutant locum ſunt animalia, ſed etiam illa, quæ non mouentur, nec mutant locum. (Replica.) ¶ Dices contra, nam ſequeretur, ꝙ lapis qui non mouetur, eſſet animal. (Sol.) ¶ Dicitur, ꝙ Ariſt. intelligitur ſic, videlicet id, quod non mouetur, nec mutat locum, & habet ſenſum, eſt animal, veluti ſunt zohophita græcè, plantanimalia latinè dicta, quæ quidem non mouentur, nec mutant locum, adeo ſunt lapidibus affixa, habent tamen ſenſum, ideo dicuntur, & ſunt animalia, cùm igitur homo moueatur, & mutet locum, dicitur animal, & per ſe animal, de homine prædicatur. (Replica.) ¶ Dices contra, ſi animal per ſe prædicatur de homine, ergo omne animal prædicatur de homine, & ſic homo erit animal rationale, & irrationale, & probatur conſequentia, qm̃ 1. poſt. 29. & 30. id quod eſt per ſe eſt, de omni, ſi animal per ſe, prędicatur de homine, ergo omne animal prædicabitur de homine; quod eſt omnino falſum; ergo animal per ſe, non prædicatur de homine. (Sol.) ¶ Dicitur, ꝙ ly per ſe, non cadit ſupra ipſum animal: tunc enim ſequeretur dubium, ſed cadit ſuper hominem, dicendo homo per ſe eſt animal. (alia du.) ¶ Amplius qñ ſunt duo: quæ habent duas diuerſas definitiones. vnum illorum non prædicatur per ſe de altero, vt homo, & equus, nõ enim dicimus homo eſt equus, nec equus eſt homo, qm̃ homo eſt animal rationale, & equus eſt animal innibile: ſed homo, & animal habent diuerſas definitiones: qm̃ homo eſt animal rationale, & animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, ergo animal non prædicatur per ſe de homine. (Sol.) ¶ Dicitur; ꝙ quando ſunt duo, quorum vnum ſub ſe, non includit reliquum: tunc vnum non per ſe, prædicatur de reliquo: modo animal ſub ſe; includit hominem: ideo non obſtante, ꝙ habeant diuerſas definitiones, animal per ſe prædicatur de homine. (Dub.) ¶ Amplius dictum fuit, ꝙ accidentia, non ſunt prædicata per ſe, in 1. modo. contra illa ſunt prædicata per ſe, in primo modo. quæ ſunt ſubſtantialia, 1. poſt. 31. ſed accidentia propria ſunt ſubſtantialia, 2. poſt. in 5. ſuper tex. 9. ergo accidentia ſunt prædicata per ſe; in primo modo. (Sol.) ¶ Dicitur, ꝙ Au. ibi per ſubſtantialia intelligit eſſentialia. (Petitio.) ¶ Dices, quare potius dicit ſubſtantialia, quàm eſſentialia. (Sol.) ¶ Dicitur, qm̃ inſequuntur formam, quæ 2. phyſic. 12. & 2. de animã 2. & 25. & 12. metaph. 14. eſt ſubſtantia. (Petitio.) ¶ Dices hæc propoſitio, ſcilicet albedo eſt color, eſt per ſe in primo modo? (Reſponſ.) Dicas; quòd ſic. (Replica.) ¶ Dices contra ſi dictum eſt, ꝙ accidens non prædicatur per ſe, in primo modo, color eſt accidens, ergo non poteſt prædicari per ſe in primo modo. (Sol.) ¶ Dicitur, ꝙ verum eſt, ꝙ color, vt accidens eſt, non prædicatur per ſe primo modo: ſed vt eſt natura generica prædicabilis: in quid dicens, quiditatem ſuarum ſpecierum, ſic prædicatur per ſe, non ſolùm de albedine, ſed de nigredine: & de ſingulis ſuis ſpetiebus: (alia du.) ¶ Amplius dictum eſt, ꝙ tota definitio per ſe, prædicatur de definito, vt animal rationale, de homine, hoc videtur falſum, quoniam regula eſt: Ar. 2. periher. cap. 2. quam confirmat Au. 2. poſt. in 5. ſuper tex. 28. & 1. de gener. & cor. 91 vbi dicitur, ꝙ id, quod dicitur de aliquo diuiſim, non ſequitur vt ſemper dicatur coniunctim, i. à ſeparatis ad coniuncta, non valet argumentum: vt ſi diceres, Sortes eſt bonus diuiſim, & Sortes eſt muſicus diuiſim, benè diceres: tamen non ſequitur poſtea coniunctim dicere: Sortes eſt bonus muſicus, à pari arguo, valet dicere homo eſt animal, & homo eſt rationalis, ergo non valet dicere coniunctim, homo eſt animal rationale. Ex quo ſequitur, ꝙ animal rationale, cùm ſit definitio hominis, non per ſe prædicatur de homine. (Sol.) ¶ Dicitur, ꝙ regula Ariſt. eſt vera in prædicatis accidentalibus: nõ autem in prædicatis eſſentialibus, veluti eſt definitio, prædicata enim eſſentialia coniunctim de ſuo ſubiecto poſſunt prædicari. ¶ Sed Nota, ꝙ quando prædicata accidentalia ſunt in fieri, tunc non valet arguere à diuiſis, & coniuncta, v. g. Sortes ſi nunc fit logicus, non poſſumus dicere, Sortes eſt bonus logicus: ſed quando prędicata accidentalia, ſunt in facto eſſe, valet arguere à diuiſis, ad coniuncta vt Sortes eſt bonus logicus. (alia du.) ¶ Amplius, genus de ſpecie non prædicatur: ergo non poteſt dici, ꝙ per ſe prædicatur, antecedens probatur 5. met. cap. de parte, pars non prædicatur de toto: ſed genus eſt pars, 1. phy. 5.

ergo

ergo genus per ſe de ſpecie non prædicatur.
Sol. ¶ Dicitur, ꝙ pars integralis, non prædicatur de toto: vt non dicimus corpus eſt manus; ſed pars eſſentialis, veluti eſt genus, prædicatur de ſpecie.
Replica. ¶ Dices conta 1. phy. 4. genus eſt totum, & in cap. de ſpecie, Porph. ergo non eſt pars, nec integralis, nec eſſentialis: ergo nullo modo prædicatur de ſpetie.
Sol. ¶ Dicitur, ꝙ genus bifariam conſideratur, vno modo, vt potentia ſub ſe continet ſpecies, & ſic dicitur totum, alio modo, & vt ponitur in definitione ſpeciei, & ſic eſt pars eſſentialis, & per ſe prædicatur de ſpetie.
Dub. ¶ Amplius prædicatum per ſe in 1. modo, eſt ſubſtantia 1. poſt. 30. 31. 7. met. 11. ſed genus non eſt ſubſtantia, ergo genus non eſt prædicatum per ſe 7. met. 57. & 1. met 45. 10. met. 6. 12. met. 21. nullum commune eſt ſubſtantia: ſed genus eſt commune, 1. de part. an. & 1. top. cap. de genere: ergo genus non eſt ſubſtantia, nec prædicatum per ſe in 1. modo.
Sol. ¶ Dicitur, ꝙ commune, ſeu vniuerſale bifariam conſideratur: vno modo, vt prima intentio, alio modo, vt 2. intentio, tunc dicitur, ꝙ commune nulllum, vt eſt ſecunda intentio, eſt ſubſtantia genus, vt eſt 2. intentio, non eſt ſubſtantia, & ſic non eſt prædicatum per ſe, in 1. modo, non enim dicimus homo eſt genus, ſed genus, vt eſt prima intentio, ſic eſt ſubſtantia & prædicatur per ſe in 1. modo, vt homo eſt mal, aliter Au. ſibi contradiceret in 7. met. 47. quando dicit vniuerſale eſt ſubſtantiale.
Replica. ¶ Dices contra, nam id quod prædicatur per accidens, non prædicatur per ſe, 1 poſt. 32. ſed genus, vt prima intentio, vt animal prædicatur per accidens, ergo non prædicatur per ſe; minor eſt, Au. 2. poſt. 94. vbi inquit genera, & generum differentiæ, ſunt prædicata per accidens.
Sol. ¶ Dicitur, ꝙ genera ſunt prædicata per accidens, non vt diſtinguuntur, contra per ſe, ſed in quantum non ſunt prædicata prima.
Notandũ. ¶ Sed nota pulchrum, ſi aliquis quæreret dicens valet ne argumentari ab inferiori, cum perſeitate, ad ſuperius, cum perſeitate? v. g. ſi diceremus homo, per ſe eſt riſibilis, ergo animal per ſe eſt riſibile?
Sol. ¶ Dicas, ꝙ non valet, ſed bene verum eſt, ꝙ valet ab inferiori, ad ſuperius, ſine perſeitate, vt homo eſt, ergo animal eſt, & non è contra, à ſuperiori ad inferius non enim dicimus animal eſt, ergo homo eſt.
Replica. ¶ Sed dices contra, nam Au. in quæſito 4. poſt. ait ꝙ ad eſſe animalis, ſequitur eſſe rationis, dicendo animal eſt, ergo rationale eſt, ſed rationale, eſt homo: ergo valet dicere animal eſt, ergo homo eſt, & per conſequens, valet argumentum à ſuperiori ad inferius.
Sol. ¶ Dicitur, ꝙ hoc valet poſſibiliter, non autem neceſſario, vt bene inquit Au. ¶ Sed nota, ꝙ à ſuperiori, cum perſeitate etiam valet conſequentia, ad inferius de omni, nota hæc ſtudioſiſſime iuuenis: ſi dicerem animal eſt ſenſibile, ergo omnis homo eſt ſenſibilis, modo ly ſenſibile eſt prædicatum, quod per ſe competit ſuperiori. i. generi animali, 1. poſt. 38. quod non competit per ſe ſpeciei inferiori. i. ipſi homini: ſed tñ de omni, qm̃ regula eſt talis, ꝙ quæcumque prædicata per ſe competunt generi, per accidens competunt ſpeciei, licet ſint de omni 1. poſt. 38. & 4 phy. 45.
Dub. ¶ Amplius dices, qñ vna ſpecies prædicatur de alia ſpecie, vt homo eſt leo, eſt ne propoſitio per ſe?
Sol. ¶ Dicitur ꝙ ſic, ſed Nota, ꝙ illa ſpecies, quæ prædicatur non accipitur pro ſpecie, ſed vt reducitur ad ſuũ genus: ſ. ad animal genus v. g. ſi diceretur homo eſt aſinus, intelligitur ſic, .i. homo eſt animal.
Pulchra. dub. ¶ Amplius qñ oppoſitũ prædicatur de oppoſito, vt nigredo eſt albedo prædicat ne per ſe?
Sol. ¶ Dr̃ ꝙ illud oppoſitũ quod prædicatur, nõ prædicatur, vt oppoſitũ, non enim albedo, vt albedo eſt: prædicatur de nigredine, eſt enim propoſitio impoſſibilis, albedo eſt nigredo, & è cõtra: ſed prædicatur, vt reducitur ad ſuum genus, quod eſt color, dicendo nigredo, eſt albedo, idem eſt dicere, ꝙ nigredo eſt color, & ſic poſſumus dicere, homo eſt aſinus, homo eſt muſca, homo eſt formica.
Alia dub. ¶ Iterum dubitatur forma, eſt ne prædicatum, per ſe, in primo modo? videtur enim ꝙ ſit in 2. modo, qm̃ illud eſt prædicatum in 2. modo, quod eſt in ſubiecto, & definitur per ſubiectum 1. poſt. 31. ſed forma eſt in ſubiecto 2. phy. 4. & 2. de anima 4. & definitur per ſubiectum 2. de anima 6. ergo forma eſt prædicatum in 2 modo, vt cùm dicitur homo eſt rationalis.
Sol. ¶ Dicitur, quòd prædicatum, in ſecundo modo, dicitur id, quod eſt in ſubiecto, & ſubiectum ſumitur in definitione ipſius, tamen non è contra, nam forma eſt in ſubiecto, & ſubiectũ ſumitur in definitione formæ: tñ non eſt in 2. modo: qm̃ prædicata in ſecundo modo, ſunt tantùm accidentia eſſentialia, in quo ſubſtantialia prædicata, non ſedent, qualiter eſt forma.
Alia ſol. ¶ Vel dicitur gloſando maiorem, ſ. id quod eſt in ſubiecto, & definitur per ſubiectum, & non eſt pars ſubiecti: tunc eſt in 2 modo, licet forma ſit in ſubiecto, & definiatur per ſubiectum, tamen eſt pars ſubiecti, & ſic non eſt in ſecundo modo.
Alia ſol. ¶ Vel dicitur, ꝙ illud eſt prędicatum in 2. modo, quod eſt in ſubiecto, & definitur per ſubiectum, & recipit perfectionem à ſubiecto, modo licet forma ſit in ſubiecto, & diffiniatur per ſubiectum: tamen dat perfectionem ipſi ſubiecto, & ſic non eſt prædicatum in 2. modo.
Dub. ¶ Dices ſi differentia prædicatur per ſe in primo modo, de ſpetie, ergo verum erit dicere homo eſt rationalis.
Sol. ¶ Dicitur, ꝙ differentia prædicatur per ſe, in primo modo de ſpetie, non in ab-

in abſtracto, ſed in concreto, dicendo ſic homo eſt rationalis, denominatiuæ, non autē homo eſt rationalitas. ¶ Sed contra nullum accidens prædicatur in 1. modo dicendi per ſe, vt patet in hoc tex. & com. Sed differentia vt rationalitas eſt accidens, ergo non prædicatur in 1. modo per ſe, minor probatur qm̄ accidens, vt nigrum de coruo prædicatur in eo, ꝙ quale quid, & differentia ſpecifica prædicatur in eo ꝙ quale quid, vt eſt rationale, teſte Porphyrio in cap. de genere, ergo differentia eſt accidens. ¶ Dicitur negando modum argumentandi, qm̄ eſt in 2. figura ex ambabus affirmatiuis, in qua nullus reperitur ſyllogiſmus, niſi ex vna affirmatiua, & ex altera negatiua, non enim valet dicere, accidens prædicatur in eo, ꝙ quale quid differentia prædicatur in eo ꝙ quale quid, ergo differentia eſt accidens, & ſi valeret iſte modus argumentandi, non valeret niſi in terminis conuertibilibus, veluti non videtur in ratione facta, vel dicendum ꝙ Porph. dicit falſum, vel dicendum ꝙ negatur modus argumentandi, qm̄ eſt in 2. figura ex ambabus affirmatiuis aliter ratio eſt demonſtratiua, & eſt inſolubilis.

Tex. 31. *Et quibuſcumque inexiſtentium ipſis, ipſa ſunt in oratione, quid eſt declarante.*

Et qm̄ Ariſt. propoſuerat conſiderare de dicto de omni, & iam exequutus fuit dictum de omni, & videns quòd dictum per ſe erat multiplex, in textu ſuperiori numerauit vnum ſignificatum, ſimul aſſignando regulam, ipſum cognoſcendi: nunc numerat ſecundum ſignificatum eius, quod eſt per ſe, etiam aſſignando regulam, cognoſcendi ipſum, ex quibus oritur continuatio talis. poſtquam Ariſt. aſſignauit regulam cognoſcendi prædicata, quæ ſunt per ſe in primo modo, ſeu primam ſpetiem prædicatorum per ſe, nunc aſſignat aliam regulam cognoſcendi, prædicata, quæ ſunt per ſe in ſecundo modo, ſeu nunc incipit meminiſſe de 2. ſpetie prædicatorum, vt aſſerit Au. ¶ Vnde diuiditur iſte textus in tres partes, in prima ſimul numerando ſecundum ſignificatum, eius quod eſt per ſe aſſignat methodum inueniendi prædicata, quæ ſunt in ſecundo modo per ſe in ſecunda ibi (quemadmodum rectum) verificat regulam aſſignatam, in quibuſdam prædicatis ſecundi modi, in 3. ibi (conſimiliter autem) vtitur quadam cautela ampliando, quæ declarauit, ſed pro intelligentia eſt ſciendum quòd prædicata, quæ ſunt in ſecundo modo, ſunt accidentalia, quæ ſunt duobus modis: quædam enim ſunt nominata .i. quæ habent ſubiectum nominatum, vt riſibile habet ſuum ſubiectum nominatum, quod nominatur homo, ſimiliter innibile equum, & mugibile bouem, & quando definiuntur, definiuntur per ſua nominata ſubiecta: quædam verò ſunt innominata: qm̄ non habent ſubiectum nominatum, ſed habent genus ſubiecti, per quod definiuntur, & quando latuerit genus ſubiecti, definiuntur per genus illius generis ſubiecti, & ſi latuerit genus generis, generis ſubiecti definiuntur per genus generis generis, generis illius ſubiecti: tamen cum hac conditione, vt inquit Au. ne traſcendatur genus artis, verbi gratia par, & impar ſunt accidentia eſſentialia, & non habent ſubiectum nominatum, ſed vtuntur genere ſubiecti, quod eſt numerus, & per numerum definiuntur, & nota quòd iſta conditio ſcilicet, vt non traſcendatur genus artis, eſt neceſſaria; qm̄ quando accidentia definiuntur, oportet quòd definiantur per genus proprium, de quo conſiderat illa ars, qm̄ ſi in definitione ſalubris, & inſalubris, poteſt ſumi corpus humanum, & corpus naturale, & corpus in communi, poſſet etiam ſumi corpus cæleſte, & ſic medicus conſideraret ſalubritatem, & inſalubritatem corporis cæleſtis, quod eſt falſum, & ideo neceſſario fuit appoſita illa conditio, his ſic præhabitis, lege literam ſic (& quibuſcumque inexiſtentium ipſis) .i. & etiam (per ſe) .i. prædicata per ſe, adde tu in ſecundo modo, dicitur de quibuſcumque) .i. de omnibus illis, quæ inexiſtunt .i. quæ inſunt (ipſis) .i. ſubiectis propriis eorum, vel inſunt generibus ſubiectorum: ſi non habuerint ſubiecta propria: vel generibus generum (& ipſa) ſ. ſubiecta, vel genera ſubiectorum (ponuntur in oratione) .i. accipiuntur, in definitione (declarante) .i. dicente (quid eſt) .i. eſſentiam, & naturam (ipſorum) .i. prædicatorum, quæ inſunt ipſis ſubiectis, vel generibus ſubiectorum, quaſi dicat Ar. illa ſunt prædicata in ſecundo modo: quæ ſunt in ſubiectis propriis, ſi fuerint accidentia eſſentialia nominata: & ipſa ſubiecta nominata accipiuntur in definitionibus ipſorum: vel quæ ſunt in generibus ſubiectorū, ſi fuerint accidentia eſſentialia innominata: quæ genera ſubiectorum accipiuntur in definitionibus ipſorum, nota ꝙ hic ſecundus modus eſt valde diuerſus à primo: qm̄ primus eſt, quando prædicata ſumuntur in definitione ſubiectorum: ſecundus eſt è contra, qm̄ ſubiecta ſumuntur in definitione prædicatorum, verùm ſcias, ꝙ prædicata primi modi, differunt à prædicatis ſecundi modi: qm̄ illa ponuntur in prædicamento ſubſtantiæ, & in ſingulis aliis prædicamentis, prædicata verò 2. modi, ponuntur in prædicamento accidentis, & omnia ſunt accidentia,

verùm

Digitized by Google

verum non ſunt accidentia communia, ſed propria eſſentialia ſpeciei, veluti riſibile hominis; ſed ſi ſunt communia, non niſi indiuiduis contentis ſub vna ſpetie, vt riſibile competit ſoli ſpeciei: tamen eſt commune omnibus indiuiduis contentis ſub illa ſpetie. ¶ Dices non ſolùm accidentia eſſentialia: ſed cõmunia etiam ſunt prædicata in 2. modo, & probatur ſic per regulam Ar. illa prædicata ſunt in 2. modo, quæ ſunt in ſubiectis, & ſubiecta accipiuntur in definitione ipſorum: ſed accidentia communia: ſunt in ſubiectis, & ſubiecta ſumuntur in definitionibus eorũ: teſte Ar. 1. top. & Porphyrio in cap. de accidente: ergo accidentia communia ſunt prædicata in 2. modo. ¶ Dicitur, ꝙ ſubiectum eſt duplex, aliud terminatum, & proprium, aliud verò interminatum, & commune, tunc dicimus, ꝙ illa accidentia ſunt in 2. modo: quæ definiuntur per ſubiecta terminata, & propria modo, accidentia communia definiuntur per ſubiecta interminata, & communia: & ſic non ſunt in 2. modo, & nota ꝙ quando ſubiectum ponitur in definitione proprij accidentis, non vt ſubiectum, ſed vt tenet locum differentiæ, vt Au. aſſerit 3. phyſic. 3. quia per illud ſubiectum, vnum accidens differt à reliquo accidente: vt ſi diceremriſibilitas eſt aptitudo hominis ad ridendum, & latrabilitas eſt aptitudo canis, ad latrandum, ly aptitudo eſt genus, ly hominis eſt differentia: quia per hominem & per canem differt riſibilitas à latrabilitate, & latrabilitas à riſibilitate. ¶ Sed dices contra, nam 7. met. 34. 35. materia non ingreditur definitionem: quia definitio eſt ſola forma 3. met. 3. 7. met. 35. ¶ Dicitur, ꝙ in definitione ſubſtantiæ non ingreditur materia, & ſubiectum: ſed in definitione accidentis ingreditur materia, & ſubiectum, & non vt ſubiectum, ſed vt tenet locum differentiæ. ¶ Dices contra, nam ſi ſubiectum in definitione accidẽtis, tenet locum differentiæ: ergo ſubiectum prædicatur de accidente in 1. modo, quod eſt contra Ar. ¶ Dicitur ꝙ ſubiectum ſumitur bifariam: vno modo obliquè, alio modo directè: tunc dicitur, ꝙ ſubiectum prædicatur in 1. modo de accidente, vt de definito obliquè, & vt tenet locum differentiæ, non autem rectè, & vt ſubiectum, quia eſſet prædicatio innaturalis. ¶ Amplius dices, accidentia non habent definitionem 7. met. 14. 17. quia ſi haberent definitionem, tunc haberent magis, quàm habent, vt dicit Au. 7. met. 15. ergo non poſſunt definiri, per materiam, nec per ſubiectum. ¶ Dicitur, vt dicit Au. 7. met. 14. & 17. ꝙ non habent definitionem vniuocam, ſeu ſubſtantiæ, ſed habent definitionem analogam, quod quidem comprobatur ſic: quia eorum, quorum eſt demonſtratio non eſt definitio 2. poſt. à textu 9. vſque ad 29. ſed accidentiũ eſt demonſtratio 11. met. 2. & 1. poſt. 52. ergo accidentium non eſt definitio, vniuoca, & ſubſtantiæ, ſed analoga: & ſm̃ quid, ad differentiam accidentium communium, quæ omnino non habent definitionem 7. met. 18. ¶ Sed dices, ꝙ accidentia eſſentialia habent vniuocam definitionem, non analogam, dicendo ſic illa eſt vniuoca, & perfecta definitio, quæ conſtat ex genere, & differentia 7. met. 42. ſed definitio accidentis, conſtat ex genere, & differentia, ergo definitio accidentis eſt vniuoca, & perfecta, minor probatur exemplo, vt ſi diceremriſibilitas eſt aptitudo hominis ad ridendum, ly aptitudo eſt genus, & ly hominis eſt differentia. ¶ Dicitur ꝙ accidens poteſt comparari ad duo, vel ad proprium genus, & ſic habet veram, & perfectam definitionem, vel poteſt comparari ad ens verum .i. ad ſubſtantiam, & ſic non habet, nec veram, nec vniuocam definitionem. ¶ Contra, nam 7. met. 50. ſolius ſubſtantiæ eſt definitio, ſed accidentia non ſunt ſubſtantiæ 1. phy. 27. & 30. ergo accidentia omnino non definiuntur. ¶ Dicitur, ꝙ ſolius ſubſtantiæ eſt definitio vniuoca, ſed accidentis eſt definitio analoga. ¶ Vel dicas, ꝙ ſolius ſubſtantiæ maximè .i. primo, & per ſe eſt, definitio analogicè, verò, & per poſterius, eſt ipſius accidentis. ¶ Dices quando vnum accidens prædicatur de alio accidente, eſt prædicatio per ſe, vel per accidens. ¶ Dicas, ꝙ non eſt prædicatio per ſe, ſed per accidens, 1. poſt. 44. Au. ſed quando vnum tenet locum ſubiecti, cui ineſt, tunc eſt prædicatio per ſe, vt riſibile eſt diſciplinabile, ly riſibile, quando ſumitur pro homine, tunc diſciplinabile per ſe prædicatur, non autem quando ſumitur, vt accidens eſt, quod declarat Au. 1. poſt. 44. dicens ſic, mutua proprietatum prædicatio eſt prædicatio per accidens, non enim vnum accidens eſt ſubiectum alterius, ſed vtrumque ineſt tertio 5. met. 13. & is Ariſt. ¶ Sed contra, nam quando dicitur albedo eſt color, color eſt accidens, & albedo etiam eſt accidẽs, & tamen color per ſe in 1. modo prædicatur, de albedine. ¶ Dicitur ꝙ albedo conſideratur bifariam; vno modo vt eſt accidens, alio modo, vt eſt ſpecies, ſimiliter color conſideratur vno modo, vt eſt accidens, alio modo vt genus, tunc dicimus, ꝙ quando color per ſe prædicatur de albedine, non prædicatur vt eſt accidens de accidente, ſed vt eſt genus de ſpecie, dicẽs ſubſtantiam albedinis. ¶ Dices hæc prædicata eſſentialia, quæ ſunt in hoc 2. modo ingrediuntur demonſtrationem? ¶ Dicas cum Au. 1. poſt. 31. ꝙ ſic. ¶ Contra ſi prædicata eſſentialia ingrederẽtur demonſtrationem, tunc accidentia communia

Dub. | Sol. | Replica. | Sol. | Replica. | Sol. | Alia du. | Sol. | Dub. | sol. | Replica. | sol. | Alia ſol. | Petitio. | sol. | Replica. | sol. | Petitio. | Reſponſ. | Replica.

munia ingrederentur demonſtrationem, quod eſt contra Ariſt. & Au. 1. poſt. 9. & 66. probatur conſequentia, qm̃ hæc propoſitio eſt eſſentialis, homo eſt albus 1. poſt. 148. modo ly albus eſt accidens commune pluribus ſpetiebus, vt cigno, niui, camphoræ, & aliis.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ eſſentiale ſumitur bifariam vno modo, pro vt eſt idem, quod naturale, alio modo, vt eſt primum, & per ſe, tunc dicimus, ꝙ hæc propoſitio homo eſt albus, eſt eſſentialis .i. naturalis, & ſimiliter omnia accidentia communia, ſunt prædicata naturalia: non autem eſſentialia .i. prima, & per ſe. Nota etiam, ꝙ primus modus dicendi per ſe, differt à ſecundo modo dicendi per ſe: qm̃ quando ſubiectum ponitur in definitione prædicati, illud ſubiectum non eſt definitio prædicati: tamen in primo modo: qñ prædicatum ponitur in definitione ſubiecti, illud prædicatum eſt definitio ſubiecti, vt genus, & differentia, differt etiam primus modus à ſecundo, qm̃ primus modus ſignificat cauſam formalem, ſecundus verò ſignificat cauſam materialem, vt teſtatur Au. 2. de anima 67. nec non in epit. log. cap. de demon.

Quemadmodum rectum ineſt lineæ, & circulare, & impar, & par numero, & primum, & compoſitum, & æquilaterum, & altera parte longius & omnibus his inſunt in oratione, quid eſt dicente, ibi quidem linea, hic autem numerus.

Postqvam Ar. aſſignauit regulam cognoſcendi prædicata 2. modi dicendi per ſe, nunc ipſam verificat in quibuſdam prædicatis per ſe, ſed eſt ſciendum, ꝙ prædicata quæ ſunt in 2. modo, teſte Au. in hoc commento, & in cap. de demon. ſunt accidentia eſſentialia, quæ ſunt bipartita: quædam habent ſubiectum nominatum, & ideo ipſa dicuntur accidentia nominata, vt riſibilitas habet hominem, innibile equum, mugibile bouem, quæ prædicantur de ſuis ſubiectis ſimpliciter ſine diſiunctione, & oppoſitione, vt homo eſt riſibilis, quædam verò ſunt quæ dicuntur innominata, quia non habent ſubiectum nominatum: ſed habent genus ſubiecti, & de illo prædicantur, cum diſiunctione, & oppoſitione: vt numerus eſt par vel impar, vel numerus eſt ſimplex, vel compoſitus, quibus ſic ſtantibus Nota ꝙ Ar. nunc non verificat regulam in accidentibus, quæ habent ſubiecta nominata, qm̃ clarum eſt, ꝙ hæc ſunt prædicata in 2. modo, ſed manifeſtat ipſam in accidentibus: quæ habent ſubiecta innominata, & prædicantur de generibus ſubiectorum: qm̃ de iſtis non erat ſic manifeſtum, vtrum ſint prædicata in 2. modo: & q. d. Ar. ꝙ hæc regula aſſignata ſit vera, patet per hæc exempla ſ. (quemadmodum rectum ineſt lineæ, & circulare) .i. rectum, & circulare ſunt accidentia, quæ inſunt lineæ, non vt proprio ſubiecto, ſed vt generi ſubiecti, & linea, vt eſt genus ſubiecti, accipitur in definitione eorum, & par, & impar ſunt accidenria eſſentialia numero, qm̃ par non poteſt definiri ſine numero 7. met. 19. & primum, & compoſitum etiam ſunt accidentia eſſentialia: ipſi numero, & numerus ſumitur in definitione eorum; vt numerus eſt ſimplex vel compoſitus, & æquilaterum, & diuerſilaterum: quæ ſunt proprietates habentes latera, inſunt habenti latera, & habens latera accipitur in definitione ipſius: quæ omnes dictæ proprietates non ſolùm inſunt, & prædicantur de dictis generibus ſubiectorum, ſed etiam illa genera, de quibus illæ proprietates prædicantur (ſunt in oratione dicente quid eſt) .i. accipiuntur in definitione (dicente quid) .i. eſſentiam ipſorum (nam ibi quidem linea) .i. in definitione recti, & circularis, ponitur linea, vt ſi dices quid eſt rectum, vel circulare? reſpondebis ꝙ eſt accidens proprium lineæ, vel ꝙ eſt aptitudo lineæ (hic autem numerus) .i. in definitione paris, vel imparis ponitur numerus, & in definitione æquilateris, & diuerſilateris, ponitur habens latera, nam ſi dicitur, quid eſt æquilaterum, & diuerſilaterum, ſtatim reſpondebis eſt accidens proprium habentis latera: verùm Nota ꝙ cum linea, & numerus non ſint propria ſubiecta, ſed ſunt genera ſubiectorum, quæ qñ ponuntur in definitione iſtorum accidentium, non ponuntur in definitione vnius tantùm: ſed vtriuſque oppoſiti, & ad ipſa prima diuiſione debet diuidi, genus, qm̃ illa accidentia, quæ prædicantur de genere ſubiecti, & ad ipſa non diuiditur ſubiectum prima diuiſione, ſunt prædicata, quæ traſcendunt genus artis, & ſunt impropria illi generi, & ad ipſa prima diuiſione diuiditur genus generis, vt ſe habet æquale, & inæquale, ad quæ non diuiditur 1. diuiſione numerus: ſed genus numeri ſcilicet, quantitas, vt in cap. de demon. inquit Au. & demonſtrationes compoſitæ ex iſtis prædicatis, ſunt communes, & dialecticæ, & ſunt inferioris gradus: quàm aliæ demonſtrationes.

Conſimiliter, & in aliis talia ſingulis, per ſe dico.

Cvm Ar. verificaſſet regulam datam in quibuſdam prædicatis, 2. modi, nunc ampliando regulam ſuam, ait ſic conſimiliter, & in aliis .i. prædicatis, quæ inſunt ſubiectis vel generibus ſubiectorum, & illa ſubiecta, vel genera ſubiectorum, ſumuntur in defini-

tionibus

Digitized by Google

Dub. tionibus ipſorum, q. d. (dico eſſe per ſe in 2. modo. ¶ Dices dictum fuit ꝙ quando ſubiectum latet, in definitione accidentis, ponitur genus ſubiecti: quæritur hæc accidentia, quæ definiuntur per genus ſubiecti, demonſtrantur de illo genere, vel non ſi dices ꝙ ſic, ergo ſequitur, ꝙ genus ingreditur demonſtrationem, quod eſt contra Ar. ¶ Dicitur, ꝙ illud genus ingreditur demonſtrationem, tamen non vt genus: ſed vti ſubiectum, de quo demonſtratur illa accidentia. ¶ Dices contra ſed ſubiectum eſt genus 1.poſt.57.76. 179. ergo accidentia, ſi demonſtrantur de ſubiecto, demonſtrantur de genere. ¶ Dicitur ꝙ genus conſideratur bifariam, vno modo, vt ſubiectum, alio modo, vt prædicatum, tunc dicitur ꝙ genus ingreditur demonſtrationem, vti ſubiectum, non autem vt prædicatum. ¶ Dices deſcriptio quæ fit ex genere, & proprio accidente: vt homo eſt animal riſibile, in quo modo dicendi per ſe eſt? ¶ Dicas indubitanter, ꝙ eſt in 2. modo. ¶ Sed dices, ſi animal quod eſt genus, eſt in 1. modo, & riſibile quod eſt proprium accidens, eſt in 2. modo, & deſcriptio fit ex genere, & proprio, quare potius deſcriptio eſt prædicatum in 2. modo, quàm in primo modo? ¶ Dicas, qm̃ illud accidens proprium coartat genus ad ſuum ſignificatum. ¶ Vel poteſt dici, ꝙ deſcriptio eſt prædicatum in 1. modo: inquantum illud accidens proprium tenet locum differentiæ. ¶ Quæres ſi dicimus homo eſt riſibilis, hæc propoſitio eſt in 2. modo per ſe: tamen ly riſibile dicit potentiam, & aptitudinem ad riſum, vellem ſcire, quando homo in actu ridet, ille riſus quomodo fit. ¶ Dicas, ꝙ cùm homo ſit animal rationale, & intellectiuum eſt de viſis, & auditis, admiratiuus cuius admiratione in aliqñ ſequitur riſus, & aliqñ fletus: ſi enim ea quæ repræſentantur ſenſui, accipiuntur cum delectatione, calor, & ſpiritus recurrunt ad faciem, in qua ſunt ſenſus exteriorum ſenſibilium præcepti, & ex concurſu caloris, & ſpirituũ ad faciem prouenit faciei dilatatio, & conſequenter riſus: niſi aliud impediat, ſi autem ſenſibilia repræſentata ſenſui, accipiuntur cum triſtitia, calor, & ſpiritus retrahuntur ad cor, ad quorum retractionẽ ſequitur faciei, & cerebri conſtrictio, conſtricto autem, & oppreſſo cerebro, ſequitur humidi lacrimalis expreſſio per os, per naſum, & per oculos, quia à cerebro ad oculos meatus viæ habiliores ſunt, & hac de cauſa dicitur flere homo, quia autẽ admiratio de apprehenſis, per ſenſum nulli conuenit: niſi homini, ideo ſolus homo ridet, plorat ex principiis, igitur naturæ humanæ prouenit aptitudo ad admirandum: ad quod ſequitur aptitudo ad ridendum, & ad flendũ: ex admiratione in. ſequitur riſus, & fletus, & ſicut enim non ſemper admiratur homo, ita nõ ſemper ridet, & plorat, & quia ſemper admiratiu' eſt, ideo ſemp eſt riſibilis, & flebilis.

Sol.

Replica.

Sol.

Reſponſ. Petitio.

Reſponſ.

Alia reſp.

Petitio.

Reſponſ.

Quæcunque autem neutro modo, inſunt accidentia. Tex 12.

Postquam Ar. nominauit duo ſignificata eius, quod eſt per ſe aſsignando regulas cognoſcendi: tam primum, quàm 2. modum dicendi per ſe. i. prædicata, quæ ſunt per ſe in 1. & in 2. modo, nunc infert quoddam correlarium, dicens ꝙ omnia illa prædicata, quæ aggrediuntur ab his. i. quæ non ſunt, nec in 1. nec in 2. modo, non dicuntur prædicata per ſe: ſed dicuntur prædicata accidentalia, & per accidens. ¶ Dices quomodo probatur, ꝙ prædicata per ſe ſunt his duobus modis, & non plura, nec pauciora? ¶ Reſpondet Au. & dicit, ꝙ hoc non indiget probatione: qm̃ eſt per ſe notum. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. infert correlarium, quod eſt tale, ſ ꝙ quæcumque prædicata non ſunt in 1. nec in 2. modo per ſe, omnia ſunt prædicata per accidens, in 2. ibi (vt maſicum) exemplo declarat hoc correlarium, ait, ergo Ar. (quæcumque). i. prædicata omnia, quæ inſunt ſubiecto, & inſunt (neutro modo). i. neque in 1, nec in 2. modo. i. quæ non accipiuntur in definitione ſubiecti, nec ſubiectum accipitur in definitione eorum (accidentia ſunt). i. pro maiori parte, immo omnia ſunt prædicata accidentalia, & per accidens.

Dub.

Sol.

Diuiſio text.

Vt muſicum, aut album animali.

Nunc in hac 2. parte affert exempla declarando, quæ ſunt illa prædicata, quæ ſunt accidentalia, & dicit, ꝙ illa prædicata, quæ inſunt ſubiecto, & prædicantur de ipſo, & non accipiũtur in definitione ipſius, & ipſum ſubiectum non accipitur in definitione prædicatorum: omnia illa ſunt prædicata accidentalia (vt). i. v.g. muſicum, & album inſunt animali: tamen, nec muſicum, nec album ſumitur in definitione animalis, & ſic non prædicatur per ſe, in 1. modo de animali, nec animal accipitur in definitione muſici, nec albi, & ſic non ſunt in 2. modo, ergo quando prædicantur de animali, prædicantur per accidens, dicendo animal eſt muſicum, & animal eſt album, vnde oritur talis ratio, illa dicuntur prædicata per ſe in 1. modo, quæcumque accipiuntur in definitionibus ſubiectorum, & illa ſunt prædicata in 2. modo, quæ definiuntur per ſua ſubiecta, vel per genera ſubiectorum, ſed album & muſicum, nullo iſtorum modorum inſunt, ergo nullo modo dicuntur prædicata per ſe, ſed per accidens.

Digitized by Google

ſed per accidens. *Dub.* ¶ Dices ſubſtantia prima 1.prior.23. prædicatur de ſubiecto,& tamen nullo ipſorum modorum prædicatur, & tamen non eſt accidens. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ aliud eſt dicere accidens, vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, aliud eſt dicere prædicatum per accidens, tunc dicimus ꝙ ſubſtantia prima non eſt accidens, vt diſtinguitur contra ſubſtantiam:ſed eſt prædicatum per accidens,vt ibidem clariſſimè Ar. fatetur. *Alia text. expoſitio.* ¶ Vel poteſt exponi textus alio modo (quæcumq; neutro modo inſunt,accidentia ſunt).i. quæcumque prædicata,quæ non ſunt in 1. nec in 2.modo, ſunt accidentia:vt diſtinguuntur contra ſubſtantiam, vt ſunt accidentia communia, & ſunt prædicata per accidens, vt ſunt eadem accidentia communia,& quædam ſubſtantiæ quæ ſunt prædicata per accidens. *Dub.* ¶Amplius dices ſubſtantia prima, neutro modo ineſt,& tamen eſt per ſe 1. poſt.33. *Sol.* ¶Dicas,ꝙ Ar.loquitur de his,quæ inſunt ſubiecto,vel ſubſtantialiter, vel accidentaliter modo ſubſtantia prima,non ineſt ſubiecto,nec ſubſtantialiter, nec accidentaliter, ſed ſi eſt per ſe, non eſt per ſe: quia prædicatur per ſe, ſed exiſtit per ſe, differt enim dicere prædicatur per ſe, & exiſtit per ſe. *Dub.* ¶ Amplius dubitat Au. contra Ar. & dicit ꝙ non videtur omnino eſſe verũ id,quod dicit Ar. qñ dicit, ꝙ quæcũque prædicata,quæ non ſunt,nec in 1.nec in 2.modo, ſunt accidentalia: qm̃ definitiones relatiuorum 6. top.cap.4. ſunt prædicata per ſe, & tñ non ſunt in 1. nec in 2. modo. *Sol.* ¶ Idem Au. qui dubitat ſoluit, & dicit, ꝙ hæc regula Ar. & omnes aliæ,quæ traduntur in logica ſunt veræ,vt plurimũ,& in maiori parte, vnde cùm hæc regula tradita ab Ar. ſit logica meritò, vt plurimum eſt vera,fallit tamen aliquando vt in relatiuis. *Dub.* ¶ Dices hæc prædicata per ſe,quæ ſunt relatiua ingrediũtur demonſtrationem? *Sol.* ¶Dicas ꝙ non,qm̃ demõſtratio procedit per cauſam 2.poſt. 48. ſed relatiuorum, vnum non eſt cauſa alterius,vt in cap. de relatiuis dixit Ar. *Replica.* ¶ Sed contra, nam materia, & forma 2.phy.26.ſunt relatiua,& tamen vnũ eſt cauſa alterius 2. phy. 30. 1. phy. 70. & 7. meth. 9. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ materia, & forma ſunt relatiua,ſm̃ dici non ſm̃ eſſe. *Alia ſol.* ¶ Vel dicas, ꝙ ſi materia, & forma ſunt adinuicem cauſæ, non vt relatiua ſunt, ſed vt ſunt ſubſtantiæ, .i. forma,quæ eſt ſubſtantia, quæ eſt actus, 2. phy. 12. & 2. de anima 2. actuat materiam, ipſamque parficit materia: verò quæ eſt ſubſtantia,vt potentia 2. de anima 2. & 12. methap. 14. 7. methaph. 34. 2. de anima 25.ſubſtentat ipſam formam 1. phy. 70. & tanto magis relatiua, non ingrediuntur demonſtrationem: qm̃ demonſtratio fit ex notioribus, 1. poſt. 9. modo relatiuorum, vnum non eſt notius altero: qm̃ ſunt ſimul natura, vt in cap. de relatiuis inquit Ar. & quod magis vrget; omnis demonſtratio fit, ex his, quæ ſunt perfecto eſſe, ſed relatiua non ſunt perfecto eſſe: quoniam ipſorum eſſe, eſt in mente: vt inquit Au. in commento, vnde licet relatiua ſint prædicata per ſe, tamen nullum habent ingreſſum, ad ipſam demonſtrationem. *Alia du.* ¶ Amplius dubitat Au. contra Ar. dicens, ꝙ inueniuntur multæ res, quæ ſunt per ſe neceſſariæ alicui, & tamen non ſumuntur in eius definitione,& ſunt in 4. modo dicendi per ſe, & tamen non ſunt in 1. nec in 2. modo per ſe: quomodo ergo eſt verum, ꝙ quæ neutro modo inſunt,ſunt accidentialia, & ſi interrogares, quænam ſunt iſtæ res, reſpondet Au & dicit, prout eſt maior pars cauſarum efficientium. *Sol.* ¶ Soluitur hoc modo, ꝙ aliud eſt prædicatum per ſe, aliud eſt eſſe per ſe: tunc dicitur,ꝙ quando dicit Ar. ꝙ primus, & 2. modus ſunt per ſe, intelligit ꝙ ſunt prædicata per ſe, & quando dicit, ꝙ cauſæ efficientes ſunt per ſe; intelligit, ꝙ non ſunt prædicata per ſe, ſed ꝙ ſunt per ſe ipſis ſubiectis. *Dub.* ¶ Dices, ſi relatiuorum non ſunt demonſtrationes, ſunt ne ipſorum definitiones. *Sol.* ¶ Dicas, ꝙ relatiuorum ſunt definitiones,tamen imperfectæ, quouiam perfectæ definitiones ſunt compoſitorum exiſtentium, extra animam 1. de anima 8. & vt dicit hic Au. cauſa eſt, qm̃ relatiua ſunt entia, quæ propter eorum diminutionem exiſtimantur,quaſi non eſſe. *Dub.* ¶Sed quæres quomodo compoſitorum ſunt definitiones, ſi compoſita ſunt corruptibilia? 1. phy. 69. quorum nec ſunt demonſtrationes, nec definitiones, 1. poſte. 62. & 64. *Sol.* ¶ Dicas, quòd nunquam fuit mens Ar. dicere, quòd compoſitorum ſunt definitiones, ſed dixit hoc ad denotandum,quòd illorum ſunt definitiones, quæ ſunt, & quæ exiſtunt, vt 2. poſt. 32. docuit, & qm̃ relatiua ſunt entia minimæ entitatis, quæ exiſtimantur quaſi non eſſe, quia ſunt in mente tantùm, & non extra mentem, ideo eorum non ſunt definitiones,dico quid rei:ſed eſt definitio quid nominis, quæ entis, & non entis eſſe poteſt 2. poſt. 32.& 1. poſt. 2. & hac de cauſa dixit, ꝙ compoſitorum definitiones: quia compoſita ſunt entia: ſed vtrum de compoſitis habeatur ſcientia demonſtratiua,vel definitiua, in textu 62. dicemus. *Petitio.* ¶ Dices, quare dixit Au. in com. ꝙ relatiua ſunt, quaſi in mente? *Sol.* ¶ Dicas, quoniam parum ſenſu percipiuntur,& exiſtimantur,non eſſe, vt 12. met. 29. nam ſi ego video Sorte filium Platonis, non ſtatim cognoſco,ꝙ Sortes eſt filius Platonis, niſi prius ſit mihi dictum,& poſtea cognoſco relationem, quæ eſt inter Sortem filium, & Platonem patrem veluti etiam dicit Ar. 4. phy. cap.de tempore,quoniam eſſe temporis

parum

Digitized by Google

parum percipitur: qm̄ eſſe eius eſt in mente, & ſi anima non eſſet relatio, & tempus non eſſet, anima enim eſt, quæ facit relationes, & annum, & menſem, & horas.

Text. 33. *Amplius, quod nõ de ſubiecto dicitur alio aliquo*

POSTQVAM Ar. docuit duas ſpecies eorum, quæ prædicantur per ſe, quæ propriè ſunt præmiſſis demonſtratiuis, & hac primaria intentione, illas explicauit, nunc declarat tertiam ſpetiem. i. poſtquam aſſignauit regulas inueniendi illa duo ſignificata per ſe, quæ deſeruiunt præmiſſis demonſtratiuis, nunc declarat regulam inueniendi 3. ſignificatum eius, quod eſt per ſe. Petitio. ¶ Quæres ſi duæ ſpecies eorum, quæ ſunt per ſe, ſunt propriè præmiſſis demonſtratiuis, ad quid oportet declarare tertiam ſpetiem eorum, quæ ſunt per ſe? Reſponſ. ¶ Reſpondet Au. ſimul aſſignando cauſam intentionis, & dicit, non quia ſit aliquid iuuans demõſtrationum præmiſſas numerat hanc 3. ſpetiem, ſed quatenus expedit docenti, per nomen æquiuocũ, ꝙ diuidat nomen æquiuocum in ſuã ſignificata, & dirigat ad ſignificatum, de quo intendit ſermonem habere. Dub. ¶ Dices 1. phy. 5. ait Au. ꝙ indiuiduũ non eſt principium in doctrina demonſtratiua, ſed eſt principium acquiſitionis ipſius vniuerſalis, quod eſt principium ſcientiæ demõſtratiuæ. vnde arguatur ſic 3. modus continet indiuidua, quæ iuuãt ipſum vniuerſale, quod vniuerſale iuuat præmiſſas demonſtrationis: ergo 3. modus iuuat præmiſſas demonſtrationis. Sol. ¶ Dicas, ꝙ 3. modus iuuat præmiſſas demõſtrationis mediatè, & diſpoſitiuè, non immediatè, & ſic intelligitur Au. qñ dicit, ꝙ ſingularia intendũtur per demonſtrationem, non quia ſingularia ingrediũtur demonſtrationem, ſed intenduntur per demonſtrationem diſpoſitiuè: tamẽ illa, quæ ſunt principium ipſius vniuerſalis, quod eſt principium ſcientiæ demonſtratiuæ. Diuiſio text. ¶ Diuiditur iſte textus in 3. partes, in 1. declarat regulam inueniendi ea, quæ ſunt in 3. modo, in 2. ibi (vt ambulans) exẽplo declarat, quænam ſunt illa, quæ ſunt in 3. modo, in 3. ibi (quæ quidem igitur) concludit regulã datam, eſſe veram, de his, quæ non dicuntur de aliquo, ꝙ illa ſunt in 3. modo, & non illa quæ prædicantur de altero, quo igitur ad primum dicit Ar. (amplius) dictio quæ ſemper aliquid noui denotat. i. præter duas ſpeties eorum, quæ prædicantur per ſe, datur alia, & 3. ſpecies eorum, quæ non prædicantur per ſe, ſed eorũ quæ exiſtunt per ſe, quod 3. ſignificatũ competit illis, quę non prædicãtur de aliquo alio ſubiecto: vnde q. d. Ar. ſi tu neſcis regulam cognoſcendi, id quod eſt in 3. modo, per ſe, hæc eſt ſ. id eſt in 3. modo, per ſe (quod non dicitur). i. quod non prædicatur de aliquo alio. i. ꝙ non ſolùm, non prædicatur de ſe ipſo ſed ꝙ non prædicatur (de aliquo). i. ſubiecto alio. i. diuerſo à ſe ipſo. & ꝙ neque eſt in ſubiecto: ¶ Et ſi quæres, quæ ſunt hæc, quæ non Dub. prædicantur de ſubiecto. ¶ Reſpondet Ar. Sol. in cap. de ſubſtãtia, & in antepredicamentis, cap. v. & 1. poſt. 4. vbi dicit ꝙ ſunt ſingularia ſubſtantiæ, quæ de nullo prædicantur, ¶ Et ſi quæres ab Au. quomodo ineſt perſei- Dub. tas ſingularibus ſubſtantiæ. ¶ Reſpondet, & Sol. dicit, ſm̄ modum, quo non inſunt aliis, hoc eſt, id eſt per ſe, in 3. modo, quod per ſe exiſtit, & non eſt in alio, vt exiſtat, & huic ſignificatõ dicit Au. repugnat quod alteri inhæret, quod eſt ipſum accidens, cui non competit iſte tertius modus, qm̄ per ſe non exiſtit: vnde iſte tertius modus potius dicitur exiſtendi, quàm prædicandi, qm̄ continet illa, quæ exiſtunt per ſe, & non quæ prædicantur per ſe. ¶ Dicas contra, illa quæ ſunt ſm̄ ꝙ Dub. ipſum 1. poſt. 36. prædicantur per ſe, ſed ſingularia in epit. methaph. tractatu 1. cap. de eſſentia, ſunt ſm̄ quòd ipſum, ergo per ſe prædicantur. ¶ Dicitur, quòd id, quod Sol. eſt ſm̄ quòd ipſum: bifariam conſideratur; vno modo, vt exiſtit ſm̄ quòd ipſum: Alio modo, vt prædicatur ſm̄ quòd ipſum: tunc dicitur, quòd ſingularia, non ſunt ſm̄ quòd ipſum, in quantum prędicantur per ſe, ſed inquantum exiſtunt per ſe.

Vt ambulans alterum quid exiſtens ambulans eſt, & album.

CVM aſſignauit regulam cognoſcendi ea, quæ ſunt in 3. modo per ſe, nunc exemplo declarat, quæ ſunt illa, quibus competit iſte 3. modus per ſe, & q. d. Ar. ſi vis cognoſcere, quæ ſunt illa, quæ exiſtunt per ſe, dico ꝙ ſunt ſingularia ſubſtantiæ, quæ ſubiiciuntur accidentibus, & ſunt alia, & diuerſa ab accidentibus (vt ambulans). i. Sortes qui deambulat, quid alterum exiſtens eſt. i. diuerſum ab ipſa deambulatione, quæ eſt accidẽs, quæ deambulatio inhæret deambulanti, ſ. Sorti, per ly enim deambulans intelligimus ſubiectum deambulationis. i. Sortem, qui deambulat (vt album). i. ſubiectum albedinis, cui inhæret albedo, vt eſt Sortes, qui eſt ſingularis, ex quo clarè patet, ꝙ hic 3. modus perſeitatis, competit omnibus, quæ de altero non dicuntur, neque ſunt in altero: ſed per ſe exiſtunt, vt ſunt primæ ſubſtantiæ, de quibus omnia prædicantur, & in ipſis ſunt, vt in cap. de ſubſtantia Ar. inquit, & ipſæ primæ ſubſtãtiæ de nullo prædicantur, & in nullo ſunt, vt ibidem Ar. fatetur. ¶ Dices, poſſumus ne dicere, ꝙ Dub. ambulãs, vt ambulãs, non vt dicit ſubiectum,

Digitized by Google

ſed vt dicit accidens, eſt in 3. modo per ſe?
Sol. ¶ Dicas cum Au. 4. phy. 45. ꝙ attribuere accidenti rei, id quod attribuitur rei, eſt attribuere per accidens, ſic ſingulare eſt res, ambulare eſt accidens eſſe in 3. modo, competit ſingulari, ſi tribueretur ipſi ambulare per accidens, attribueretur, vnde poſſumus dicere, ꝙ accidentia ſunt in 3. modo per accidens, & non per ſe.

Subſtantia verò, & quæcumque hoc aliquid ſignificant, non alterum quid exiſtentia ſunt, quòd ſunt.

Philosophvs in hac parte reſpondet tacitæ obiectioni, diceret enim aliquis, quæ nam ſunt illa, quæ non prædicantur de altero, quibus competit hic 3. modus per ſe: quomodo vocantur proprio nomine? accidentia, vel ſubſtantiæ: reſpondet Ar. q. d. ſi tu neſcis quomodo vocantur, dico ꝙ vocantur ſubſtantia. Dub. ¶ Iterum dices, cum ſubſtantia ſit triplex 2. de anima 2. & 25. materia 12. met. 14. forma, & compoſitum, quæ ſubſtantia eſt in 3. modo? Sol. ¶ Soluit Ar. & dicit, ꝙ eſt ſubſtantia compoſita. Dub. ¶ Dices ſubſtantia compoſita eſt duplex, alia eſt ſubſtantia prima, vt Sortes, alia ſecunda, vt ſpecies, & genus; quæ nam ſubſtantia compoſita eſt in 3. modo? Sol. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (&) .i. illæ ſubſtantiæ compoſitæ ſunt in 3. modo, quæcumque ſignificant hoc aliquid. i. quæ ſignificant hoc ſingulare hoc vnum, vt eſt Sortes, Plato, & Franciſcus (& non alterum quid exiſtentia ſunt ꝙ ſunt). i. quæ ſubſtantiæ primæ, vt facilius intelligantur, non exiſtunt per alterum, non indigent altero ſubiecto, vt exiſtant, ſed exiſtunt per ſe: & ipſæ ſunt fundamenta omnium aliorum: vnde dicit Ar. in cap. de ſubſtantia, ꝙ remotis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere, ad differentiam accidentium, quæ non per ſe, ſed per alterum, hoc eſt per ſubiectum exiſtunt. Dub. ¶ Dices, ꝙ Ar. non ſolùm vult, ꝙ ſubſtantia prima eſt in 3. modo, ſed etiam ſecunda per illa verba, quando dicit, ſubſtantia verò, & quæcumque hoc aliquid ſignificant, vbi per ly ſubſtantia intelligit ſubſtantias ſecundas, & per ly quæcumque ſignificant hoc aliquid, intelligit ſubſtantias primas, & ſignum eſt illa particula (&) qm̃ copulat diuerſa. ¶ Dicas ꝙ ly (&) non ſumitur copulatiuè, pro vt habet copulare diuerſa, ſed ſumitur expoſitiuè, & ſpecificatiuè, q. d. Ar. ſubſtantia eſt in 3. modo, interrogatus ipſe ab aliquo, quæ ſubſtantiæ? ò Ar.? dicit ipſe (&) .i. quæ ſignificant hoc aliquid, & quæ ſubſtantiæ ſignificant hoc aliquid? reſpondet in cap. de ſubſtantia, & dicit vt ſunt ſubſtantiæ primæ, & ſingulares.

¶ Sed dices contra nam Ar. clarè intelligit duo diuerſa, & quòd ſit verum, vide textum, dicit enim (ſubſtantia verò) vbi Ar. loquitur in ſingulari, & poſtea dicit (& quæcumque ſignificant hoc aliquid in plurali: ergo per ly (ſubſtantia) intelligit ſubſtantiam ſecundam (& per ly quæcumque ſignificant hoc aliquid) intelligit ſubſtantias primas, & ſic non idem ſed diuerſa. Replica. ¶ Dicas, ꝙ Ar. quando nominauit ſubſtantiam, in ſingulari nominauit ſubſtantiam primam, in communi, & in genere, & denotando, quòd plures ſunt ſubſtantiæ, primæ facilius declarando, ideo dixit, in plurali, & quæcumque hoc aliquid ſignificant. Sol.

Quæ quidem igitur non de ſubiecto, per ſe dico, quæ autem de ſubiecto accidentia.

Cvm Ariſt. exemplo notificauit ea, quæ ſunt in 3. modo per ſe, nunc concludit regulam aſſignatam cognoſcendi, ea, quæ ſunt in in 3. modo eſſe veram de his quæ non prædicantur de ſubiecto, inferendo vnum correlarium, ꝙ illa quæ dicuntur de ſubiecto, ſunt accidentia, vnde concludens dicit (igitur) q. d. patet ex dictis, ꝙ illa dico eſſe per ſe in 3. modo, quæ non dicuntur de ſubiecto, ſed per ſe exiſtunt, & ſupple tu dico, ꝙ illa, quæ de ſubiecto dicuntur (accidentia ſunt) .i. non ſunt in 3. modo. quia non exiſtunt per ſe, ſed exiſtunt per accidens ſ. per primas ſubſtantias: modo quod per aliud tale per accidens, eſt tale 5. phy. 1. vnde oritur talis ratio, illa ſunt per ſe in 3. modo, quæcumque de ſubiecto, non prædicantur, ſed per ſe exiſtunt, ſed ſingularia ſubſtantiæ de ſubiecto non prædicantur, & per ſe exiſtunt: ergò ſingularia ſubſtantiæ ſunt in 3. modo, per ſe. Dub. ¶ Dices ſi hoc eſſet verum, ſequeretur ꝙ ſubſtantia eſſet accidens, quod eſt contra Ar. 1. phy. 27. & 30. vbi ait id, quod verè eſt nulli accidit, conſequentia probatur, qm̃ genera, differentiæ, & definitiones, prædicantur de ſubiecto, vt patet: ergo ſunt accidentia. Alia du. ¶ Amplius ſequeretur, ꝙ non darentur prædicata 1. modi dicendi per ſe: qm̃ prædicata 1. modi, omnia ſunt ſubſtantiæ, 1. poſt. 30. 31. & omnia de ſubiecto prædicantur: ergo eſſent accidentia: accidentia non ſunt prædicata 1. modi 1. poſt. 30. 31. ergo nec genus, nec differentia, nec definitio erunt prædicata in primo modo per ſe. Sol. ¶ Dicitur, ꝙ genus, differentia, & definitio, ſunt accidentia, non inquantum diſtinguuntur: contra ſubſtantiam, nec ſm̃ rem, ſed inquantum non exiſtunt per ſe, & ſm̃ modum; ad differentiam ipſorum ſingularium, quæ per ſe exiſtunt. Vnde textus exponatur ſic, quæcumque de ſubiecto dicuntur, ſunt accidentia. i. exiſtunt

per

Digitized by Google

per accidens,& hoc valet in ſubſtantiis, quæ prædicantur de ſubiecto: ſed ſunt quædam, quæ prædicantur de ſubiecto. quæ ſunt accidentia,& exiſtunt per accidens. Dub. ¶ Dices, ſi ſingulare per ſe exiſtit, ergo eſt æternũ, probatur ſic,qm̃ id,quod eſt per ſe, eſt de omni, quod eſt de omni, eſt ſemper, ſed ſingulare exiſtit per ſe, ergo ſemper, ergo numquam deficit,quod eſt contra Ar.1. poſt. 61. vbi inquit ꝙ ſingularia ſunt corruptibilia. & 1. phy. 69. 79. 7. met. 53. Sol. ¶ Dicas,ꝙ id eſt ſempiternum, & non deficit, quod prædicatur per ſe,& non id quod exiſtit per ſe,modo ſingulare non prædicatur per ſe, ſed exiſtit per ſe, & ſic non ſequitur dubitatio. Dub. ¶ Amplius illa;quæ ſunt per ſe,de ſubiecto,per ſe prædicantur 1. poſt. 30. ſed ſingularia 1. poſt. 33. ſunt per ſe, ergo per ſe de ſubiecto prædicantur, & non per ſe exiſtunt. Sol. ¶ Dicitur, ꝙ illa quæ ſunt per ſe in 1. & in 2. modo,illa per ſe prædicantur modo ſingularia, non ſunt per ſe,nec in 1. nec in 2. modo: ſed ſunt in 3. modo, ergo non per ſe prædicantur, ſed per ſe exiſtunt. Dub. ¶ Amplius illa, quæ ſunt ſm̃, ꝙ ipſum per ſe prædicantur 1. poſt. 36. ſed ſingularia in epit.met. tractatu 1 cap.de eſſentia,ſunt ſm̃ quod ipſum, ergo per ſe prædicantur; ſi per ſe prædicantur, ergo non per ſe exiſtunt. ¶ Dicitur, ꝙ aliud eſt exiſtere per ſe,& ſm̃ ꝙ ipſum, & aliud eſt prædicari, per ſe & ſm̃ ꝙ ipſum, dicitur, ꝙ ſingularia exiſtunt ſm̃ ꝙ ipſum, & non prædicantur ſm̃ ꝙ ipſum. Amplius genus, non exiſtit per ſe, ſed per accidens, per aliud, per primas ſubſtantias, vt in cap. de ſubſtantia inquit Ar. ſed ſingulare eſt genus, ergo ſingulare non per ſe, ſed exiſtit per accidens, minor probatur. nam id quod ſuſcipit definitionem alicuius: eſt illud,vt in cap. de qualitate, inquit Ar. ſed ſingulare ſuſcipit definitionem generis, vt in cap. de ſubſtantia fatetur Ar. ergo ſingulare eſt genus, & ſicut genus non exiſtit per ſe,ſed per accidens,& prædicatur per ſe, ſic ſingulare prædicatur per ſe,& exiſtit per accidens. Sol. ¶ Dicitur gloſando maiorem, ꝙ id quod ſuſcipit primò definitionem alicuius, tunc eſt illud, modò ſi ſingulare ſuſcipit definitionem generis, non ſuſcipit definitionem generis, primo, & ſic non eſt genus. ¶ Sed nota, id quod dicit Au. ꝙ ſingularia non prædicantur de ſubiecto, nec prædicatione notificante eſſentiam ſubiecti,nec prædicatione non notificante eſſentiam ſubiecti. i. nec per ſe, nec per accidens prædicantur, quod de facto contradicit Ariſt. 1. prior. cap. 23. vbi inquit, ꝙ ſingularia per accidens de ſubiecto prædicantur: ſed Au. hoc modo intelligitur, ſ. ꝙ ſingularia non prædicantur de ſubiecto, per accidens reducibile ad per ſe, ſed prædicantur per accidens non reducibile ad per ſe. Dub. ¶ Dices id quod eſt in alio: non exiſtit per ſe, ſed ſubſtantia prima ſingularis,exiſtit in alio. ergo non per ſe probatur:qm̃ aſſerit Ar. in cap. de ſubſtantia ſic (ſecundæ autem ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, in quibus eæ, quæ principaliter ſubſtantiæ dicuntur, inſunt, ex quo patet, ꝙ primæ ſubſtantiæ ſunt in ſecundis: Vnde oritur ratio .i. in 3. modo: quod per ſe exiſtit, & non in alio. Sed ſingulare non per ſe,ſed in alio exiſtit, ergo ſubſtantia prima non eſt in 3. modo. Sol. ¶ Dicitur ꝙ qñ dicit Ar. ꝙ primæ ſubſtantiæ ſunt in ſecundis, non intelligit vt in ſubiecto ſint,ſed intelligitur (in .i. pro ſub) q. d. Ar. ꝙ primæ ſubſtantiæ ſunt ſub ſecundis,intelligendo in coordinatione: vt primo eſt animal genus, ſecundo eſt homo ſpecies: ſub quibus ſunt ſubſtantiæ primæ, vt Plato,Sortes. Dub. ¶ Amplius forma prædicatur de eo cuius eſt forma,ſed ſingulare eſt forma 7. met. 23 34. 35. vbi aſſerit (formam autem dico ipſum, quid erat eſſe,& primam ſubſtantiam. (Sed prima ſubſtantia eſt ſingularis: ergo ſingulare prædicatur. Sol. ¶ Dicitur, ꝙ ſubſtãtia prima eſt duplex. Alia ſimplex. Alia compoſita, tunc dicitur, ꝙ forma eſt ſubſtantia, prima ſimplex: non compoſita vt Franciſcus, & hæc eſt in tertio modo.

Amplius autem alio modo,quod quidem propter ipſum, ineſt vnicuique per ſe. Tex. 34.

Cvm Ar. numerauerit tria ſignificata eius, quod eſt per ſe,& aſsignauit regulas cognoſcendi ea, nunc numerat 4. ſignificatum, & aſsignat methodum,ea cognoſcendi, quæ in ipſo ſunt per ſe. Diuiſio text. ¶ Diuiditur iſte textus in 3. partes, in prima numerando 4. ſignificatum eius, quod eſt per ſe, ſimul dat regulam inueniendi ea.quæ ſunt per ſe in 4. ſignificato, ſeu modo eius quod eſt per ſe. In 2. ibi (quod vero non propter ipſum) aſſignat vnum correlarium per oppoſitum, declarat quæ ſunt per ſe in 4. modo, in 3. ibi (quemadmodum ſi ambulante) exemplo manifeſtat correlarium illatum: & quæ ſunt illa, quæ ſunt in 4. modo. quo igitur ad primum dicit Ar.(Amplius autem alio modo)autem, pro ſed(Amplius). i. & de nouo præter ſignificata, ſeu modos numeratos, eius quod eſt per ſe (alio modo) adde tu dicitur per ſe .i. datur aliud, & quartum ſignificatum,ſeu modus per ſe,& ſi dices, quæ eſt regula cognoſcendi. id cui competit iſte 4. modus per ſe: Reſpondet, & dicit (quod quidem propter ipſum, ineſt vnicuique per ſe.) q. d. iſte 4. modus. (ineſt) .i.competit (vnicuique) .i. omni cauſæ propter quam neceſſario ſequitur effectus, & hæc cauſa eſt per ſe: in hoc quarto modo: quoniam

Digitized by Google

qm̃ propter ipſam ſequitur effectus.

Quod verò non propter ipſum accidens.

POSTQVAM dedit regulam cognoſcendi, quæ ſunt in 4. modo per ſe, i uſert correlarium declarando per oppoſitum, quæ nam ſunt per ſe in 4. modo: & dicit (quod verò non propter ipſum accidens (.i. id quod).i. illa cauſa non eſt per ſe, in 4. modo, ſed per accidens, & remota, propter quam non eſt effectus .i. quæ quando eſt effectus, ille effectus non eſt propter ipſam cauſam. ¶ Dices, ſi illa cauſa, propter quam non eſt effectus, non eſt per ſe illius effectus, quæ cauſa erit illius effectus. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (accidens) q.d. eſt cauſa accidentalis, per accidẽs, & remota non faciens, nec producens illum effectum per ſe, vt ſi diceres, quare bos reſpirat, ſi diceres, quia eſt animal, malè diceres, qm̃ eſſe animal non eſt cauſa per ſe reſpirationis. ſed eſt cauſa per accidens, qm̃ ſunt multa animalia, quæ nõ reſpirãt, vt piſces, & ſi diceres qr̃ in ſcytis nõ ſunt tibigines, ſi diceres quia ibi nõ ſunt vites malediceres, qm̃ vites, non ſunt cauſa per ſe, ſed per accidẽs, vt 1. poſt. 99. Ar. ¶ Dices, ò Ar. da mihi exemplum de hac cauſa, quæ eſt per accidens: Reſpondet, & dicit.

Quemadmodum, ſi ambulante corruſcauit, accidens, non enim propter ambulare corruſcauit: ſed contingit dicimus hoc.

NVNC exemplo manifeſtat correlarium illatum, ſ. quòd cauſa, quæ non per ſe infert effectum, eſt cauſa per accidens: & dicit, (quemadmodum ſi ambulante corruſcauit per accidens eſt hoc, non per ſe: q.d. ſi aliquis ambulans per plateã, inter deambulandum corruſcaret, vel plueret, dicimus quòd illa deambulatio, non eſt cauſa per ſe, ſed eſt accidens).i. eſt cauſa accidẽtalis illius effectus, ſ. corruſcationis, vel pluuiæ, aſſignãs cauſam Ar. quare deambulatio eſt cauſa per accidens, ipſius corruſcationis, dicit (non enim propter deambulare corruſcauit.) (enim) pro quia ſignum redditiuũ cauſæ (non corruſcauit).i. non fuit iſte effectus propter deambulare, tamquam propter propriam cauſam (ſed contingit dicimus hoc).i. ſed dicimus quòd (hoc) ſ. deambulare (contingit).i. eſt cauſa contingens, non neceſſaria, nec per ſe, ſed per accidens huius effectus: ſ. corruſcationis. Alio exemplo vtitur Ar. 2. phy. 76. dicens, ſi frumentum in area perit propter pluuiam, dicimus quòd hoc accidit .i. eſt per accidens, qm̃ non pluit huius gratia, ſed hoc accidit, vel aduentus ſolis, & venti eſt cauſa ſanitatis, per accidens, euacuatio verò eſt cauſa ſanitatis per ſe, teſte Ar. 2. phy. 55. ex quo oritur talis ratio, illa cauſa eſt per accidens, & non per ſe alicuius effectus, propter quam non eſt ille effectus. ſed propter deambulationem, non eſt corruſcatio. ergo deambulatio eſt cauſa per accidens, & non per ſe ipſius corruſcationis. Dices ò Ar. quæ eſt cauſa per ſe, inferens effectum, & propter quam eſt effectus? Reſpondet, & dicit.

Si autem propter ipſum per ſe. vt ſi quid iugulatum interiit, & ſecundum iugulationem: quoniam propter iugulari, ſed non iugulatum interire.

CVM declarauit exemplo cauſam per accidens, nunc alio exemplo declarat, quæ eſt cauſa per ſe, & dicit (ſi autem propter ipſum per ſe).i. (autem) pro ſed (ſi propter ipſum).i. ſi propter ipſam cauſam, ſequitur effectus, & ponitur effectus (per ſe).i. illa cauſa eſt per ſe, & propria faciens illum effectum, qua poſita ponitur effectus, & qua remota, effectus remouetur. (vt ſi quid iugulatum interiit).i. ſi aliquis interiit propter iugulationem, iugulatio eſt cauſa per ſe huius effectus, ſ. interitus, qm̃ propter ipſam iugulationem ſequitur neceſſariò hic effectus, ſ. interitus: & quòd ſit verum probat Ar. & dicit (qm̃ propter iugulari).i. illa eſt cauſa per ſe, alicuius effectus per quam ſequitur, & eſt ille effectus. ſed (interiit).i. ſequutus fuit interitus, propter iugulari .i. propter iugulationem: ergo iugulatio eſt cauſa per ſe interitus; & non per accidens, & probat hoc modo accidens eſt, quod poteſt adeſſe, & abeſſe, 1. top. cap. de accidente, & 1. phy. 28. ſed non accidit iugulatum interire).i. ſed iugulatio non eſt cauſa per accidens interitus: ergo eſt cauſa per ſe. nam omne quod attribuitur alicui, vel per ſe, vel per accidens, attribuitur illi: vt in hoc commento, & 4. phy 45. fatetur Au. Sed iugulatum non interiit per accidens, ergo per ſe, 1. poſt. 32. vel ſi aliquis, ex vulnere cordis moritor. manifeſtum eſt, quòd vulnus cordis dicitur cauſa per ſe, mortis, veluti etiam habere pulmonem eſt cauſa per ſe huius effectus, ſ. reſpirationis ſignum eſt, quoniam ſunt multa animalia, quæ carent pulmone, vti ſunt piſces, & non reſpirant, teſte Ar. in libro de reſpiratione, cap. 4. vbi inquit, quæcumque animalia habent pulmonem reſpirant, cauſa verò per accidens eſt, vt ſi quis fodiendo agrum, theſaurum inueniat, illa foſſio non eſt cauſa per ſe inuentionis theſauri, ſed per accidens. teſtis eſt Ar. 3. ethic. cap. 6. clarius tamen 5. met. cap. vltimo dicuntur cauſa ſecundum exceſſum, vt 1. poſt. 99. ¶ Dices cum cauſa dica- Petitio.

Digitized by Google

ſa dicatur 4. modis,2.phy. 27. & 31. Alia eſt
materialis, 1. phy. 82. & 5. met. cap. de cau-
ſa,2.phy.29. Alia eſt cauſa formalis 3. met.3.
& 1. phy.81. 2. de anima 2. & 25. & 12. met.
14. Alia verò eſt cauſa finalis 1. de par. an.
cap.1. & 1. de gen an.cap. 1. nec non 1. phy.
30. & 2. de anima 34. & 37. Alia eſt cauſa ef-
ficiens,2.poſt.48.& 5. met.cap.de principio,
nec non 2. phy. 29. vellem ſc re, ſtante hoc,
quatruplici cauſarum genere, quæ cauſa eſt
Reſponſ. per ſe,in 4. modo? ¶ Reſpondet Au. in com.
in paraphraſi,ꝙ hic 4. modus, competit cau-
ſis efficientibus,vnde dicimus,ꝙ eſt in 4.mo-
Alia pet. do. ¶ Iterum dices,quæ cauſa efficiens,cùm
ſit multiplex. Alia enim eſt perficiens, & eſt
illa,quæ inducit formam. Alia eſt diſponens
& eſt illa, quæ præparat materiam. Alia eſt
adiuuans, & eſt illa, quæ non operatur ad fi-
nem proprium,ſed ad finem alterius. Alia eſt
conſilians, quæ dat agenti formam. Alia eſt
neceſſaria, vt interpoſitio terræ. Alia verò
Reſponſ. contingens, vt fabricator. ¶ Dicas reſolutè
ꝙ illa cauſa efficiens eſt per ſe, in 4. modo,
quæ eſt neceſſaria,qua poſita, ſubitò ſequitur
effectus,& remota remouetur,vt eſt interpo-
ſitio terræ,inter Solem,& Lunam,qua poſita
ſtatim ſequitur eclypſis 2. poſt. 40. 41. 42. &
in quæſito poſt. 8. Au. vnde excluditur cau-
ſa efficiens contingens, quæ cùm ponitur,
non ſequitur effectus:vt etiam Au. in com.&
Alia reſp. 2.poſt. 77. clarè fatetur. Poteſt etiam dici,
ꝙ omnes cauſæ, ſ. materialis, formalis, effi-
ciens, & finalis, ſunt in 4. modo. dicit enim
Ar. 5. met. cap. de per ſe, ꝙ quot ſunt cauſæ,
tot ſunt per ſe,modo ſi ſunt per ſe, non poſ-
Dub. ſunt eſſe niſi in 4. modo. ¶ Dices, ſi cauſa
formalis eſt in 1. modo, vt patet in textu 30.
Sol. quomodo eſt in 4. modo? ¶ Dicitur, ꝙ for-
ma biſariam conſideratur,vno modo, vt po-
nitur in definitione effectus,& ſic eſt in 1. mo-
do. Alio modo attributiuè, vt per ſe attri-
buitur ſuo cauſato,& ſic eſt in 4 modo, & ſic
omnes cauſæ poſſunt eſſe in 4. modo, quod
ratione comprobatur. nam id, quod ineſt a-
licui, propter ipſum eſt in 4. modo, ſed pro-
pter finem, materiam, formam, & efficien-
tem: ergo finis, materia, forma, & efficiens:
ſunt in 4. modo. quod etiam exemplo mani-
feſtatur,& primo in cauſa finali, exercitium
enim ineſt per ſe ambulanti, propter ſanita-
tem,quæ eſt cauſa finalis,2.phy.30. Secundo
materia,eſt cauſa per ſe generationis,& cor-
ruptionis, 1. cæli 20. 1. phy. 82. 79. & 69. &
propter ipſam eſt generatio, & corruptio.
Tertio homo eſt compoſitus ex materia, &
forma,& tam forma, quàm materia ſunt per
ſe, in 4. modo: qm̃ propter ipſas eſt homo,
quarto de cauſa efficiente, dicimus enim
quòd homo generat hominem, vt 2. phy. 13.
26. 7. met. 23. & 12. met. 18. Ar. & iugula-
tio per ſe interficit. vnde latè patet, quòd
omnes cauſæ ſunt in 4. modo per ſe. ¶ Dices Dub.
cauſa efficiens, poteſt eſſe in 1. modo dicendi
per ſe. ¶ Dicas quòd poteſt eſſe in 1. modo: Sol.
tamen per accidens, hoc modo videlicet,
non inquantum efficiens eſt; ſed inquantum
annexa cum re; & vt tenet locum formæ,
vt notat Au. in comento. ¶ Dices hæc cauſa
efficiens, quæ eſt in 4. modo deſeruit ne de- Dub.
monſtrationi? Reſpondet Au. & dicit,quòd Sol.
hoc eſt perſcrutandum, nunquid hæc quarta
ſpecies, ingrediatur demonſtrationem ſim-
pliciter, & aſſignat cauſam, dicens qm̃ dif-
ficile eſt commoſtrare rem, per eius efficien-
tem, & cauſa difficultatis eſt: qm̃ demon-
ſtratio ſimpliciter, fit ex conuertibilibus,
modo cauſa efficiens, non conuertitur cum
effectu 12. met.16. ideo difficile eſt monſtra-
re effectum,per cauſam efficientem: & Nota
quòd dicit Au. quòd eſt difficile, ſed non eſt
impoſſibile: qm̃ aliquando poteſt demon-
ſtrari, quæſitum per cauſam efficientem, vt
puta quando cauſa efficiens eſt connexa
cum re:& tenet locum formæ,vt clarè teſta-
tur Au. in commento 35. ¶ Dices contra, Replica.
nam dicit Au. 2. poſt. 67. quòd maior pars
neceſſariarum illationum eſt cum cauſis ef-
ficientibus, & ideo demonſtrationes ſimpli-
citer fiunt in hoc genere. ¶ Dicas, quòd res Sol.
ſunt duobus modis, quædam enim ſunt res
permanentes, quædã verò ſunt res tranſeun-
tes: tunc dicitur, quòd in rebus permanenti-
bus demõſtratio ſimpliciter fit, per formam,
in tranſeuntibus verò fit: vt plurimum per
cauſam efficientem. ¶ Dices, ſi quartus mo- Petitio.
dus non deſeruit demõſtrationi ſimpliciter,
cui deſeruiet? Reſpondet Au. in com. & di- Reſponſ.
cit, quòd deſeruit demonſtrationi, quia, &
propter quid. ¶ Dices: iſta cauſa efficiens, Petitio.
quæ eſt in 4.modo,eſt propria rei:eſt cum re,
vel eſt extra rem? ¶ Reſpondet Au.in com. & Reſponſ.
2.poſt. 57. 59. 1. phy. 1. & in 8. quæſito poſt.
vbi dicit,quòd efficiẽs,& finis ſunt cauſæ,ex-
tra rem,& dicuntur cauſæ:extra rem,qm̃ qñ
res eſt facta,illæ cauſæ non remanent, cũ illa
re,nec ſunt partes illius rei, materia verò,&
forma ſunt cauſæ in re. qm̃ cum res eſt facta
remanent partes illius rei,& ideo materia,&
forma vocantur, principia intrinſeca, finis
vero,& efficiens vocantur principia extrin-
ſeca. Verùm Nota quòd materia,etiam po-
teſt dici cauſa extra rem,intelligendo ipſam
ram definitionem; qm̃ materia non ponitur
in definitione ſubſtantiæ,ſed ſi ponitur in de
finitione, non niſi in definitione accidentis,
nec ponitur in definitione accidentis,vt ma-
teria. Sed vt tenet locum differentiæ 3. phy.
3.Au. & 1.poſt.11. ¶ Iterum Dices, iſti qua- Petitio.
tuor modi per ſe conueniunt, an differunt?
¶ Dicas,ꝙ valde differunt. Primus.n.modus Reſponſ.
dicitur

Digitized by Google

dicitur modus prædicandi; tamen ſubſtantialiter, ſecuudus dicitur modus prædicandi accidentaliter, ſeu inhærendi tertius dicitur modus, non prædicandi, ſed exiſtendi, & ſubiiciendi: Quartus verò dicitur modus cauſandi.

Text. 35. *Quæ igitur dicuntur in ſimpliciter ſcribilibus per ſe ſic, vt inſint prædicatis, aut illa inſunt ſubiectis.*

POSTQVAM Ariſt. variam huius vocis, per ſe ſignificationem dixit: cuius quatuor ſunt ſignificata; in hoc textu determinat quot, & quæ ſignificata eius, quod eſt per ſe ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, & hoc quidem nõ ſine cauſa, qm̃ quilibet artifex demonſtratiuus, debet primò quod æquiuocum eſt diſtinguere: deinde ne intellectus dubius remaneat, debet determinare iuxta Ar. præceptum 1. cæli 110. ¶ Verum dices ſignificata, quæ ſunt per ſe, ſunt multo plura, quàm quatuor, veluti teſtatur Ar. 5. met. cap. de ſecundum ſe. Vnde ergo eſt, ꝙ Ariſt. à textu 30 vſque ad 35. Quatuor tantùm ſignificata numerauit? ¶ Dicas, qm̃ non ſemper auctoris eſt, omnia ſignificata vocis æquiuocæ numerare, ſed potius hoc eſt munus interpretis, ſatis enim fuit Ar. numerare quædam: quibus hæc diſciplina vtitur frequenter, deinde eligit, quæ faciunt ad propoſitum. Vnde ¶ Diuiditur iſte textus in 3. partes, in 1. declarat quæ, & quot ſunt ſignificata per ſe, quæ ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, in 2. ibi (& per ipſa ſunt, & ex neceſſitate.) probat, ꝙ duo tantùm modi ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, in 3. ibi (quod igitur de omni) epilogat iam determinatum eſſe, de dicto de omni, & per ſe. Quo igitur ad primum dicit Ar. (Quæ igitur dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus, per ſe ſic) (igitur) nota quæ oſtendit concluſionem dictorum. i. ex dictis concludimus, quod ex quatuor modis, per ſe, q. d. duo tantùm (dicuntur). i. accipiuntur, ponuntur (in ſimpliciter ſcibilibus). i. in rebus, quæ ſciuntur per demonſtrationem ſimpliciter. ¶ Vel dicas, ꝙ duo modi prædicatorum per ſe faciunt ad propoſitiones demõſtrationis ſimpliciter. Dices qui ſunt iſti duo modi? ¶ Reſpondet, & dicit (vt inſint prædicatis). i. qñ ſubiecta (inſunt). i. ſumuntur in definitione prædicatorum: & hic eſt ſecũdus modus (aut illa inſunt ſubiectis). i. illa ſ. prædicata: inſunt ſubiectis, hoc eſt, ſumuntur in definitionibus ſubiectorum, & hic eſt primus modus, & ſic duo tantùm modi dicendi per ſe, ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, quam expoſitioné non ſolùm hic, ſed etiam 1. poſt. 153. affert Ariſt. vbi inquit (demonſtratio namque eorum eſt, quæcumque per ſe inſunt rebus.) Nota ꝙ hic, & ibi dixit (inſunt) ad differentiam eorum, quæ ſunt in tertio modo: quæ non inſunt, ſed exiſtunt; & ſic excluditur tertius modus à demonſtratione ſimpliciter, qui continet ſingularia, quæ non inſunt, ſed exiſtunt: dicit deinde Ar. per ſe verò dupliciter, quæcumque etenim in illis inſunt: in eo quod eſt, quod inexiſtentibus ipſis) ex quibus verbis excluditur quartus modus, qm̃ quartus modus continet cauſam efficientem, quæ non accipitur in definitione ſubiecti: nec ſubiectum in definitione ipſius, vt dicit 1. poſt. 34. Au. ¶ Dices 1. & 2. modi quomodo deſeruiunt demonſtrationi? ¶ Dicas, ꝙ 1. modus. i. prædicata 1. modi: excepto tñ genere, deſeruiunt demõſtrationi pro medio termino, 2. verò modus. i. prædicata 2. modi, deſeruiunt pro quæſito. qm̃ prædicata 2. modi, ſunt accidentia 1. poſt. 31. quæ oſtenduntur de ſubiecto 1. poſt. 57. per prædicata 1. modi, quæ ſunt ſubſtantiæ, tamquam per medium, quod clarè aſſerit Au. 6. met. 1. vbi inquit demonſtratio enim eſt de ſubſtantiis, ad accidentia. eo magis qm̃ ſubſtantiæ non eſt demonſtratio 6. met. 1. & 11. met. 1. Ariſt. cuius cauſam aſſignans Au. 6. met. 1. inquit, ſubſtantia autem non habet ſubſtantiam, & ideo ſubſtantiæ non habent demonſtrationes, ex quo patet, ꝙ prædicata 2. modi, ſunt quæſita demonſtrationis, & prædicata 1. modi ſunt medij termini; per quos demonſtrantur prædicata 2. modi. ¶ Dices contra medium in demonſtratione eſt notiſſimum, cuius nullo pacto eſt demonſtratio 1. poſt. 11. Au. ſed eorum, quæ ſunt in 1. modo eſt demonſtratio 1. poſt. 153. ergo ea, quæ ſunt in 1. modo non deſeruiunt demonſtrationi, pro medio termino. ¶ Dicitur ꝙ quando dicit Ar. ꝙ demonſtratio eorum eſt, quæ per ſe inſunt rebus, hoc eſt eorum, quæ ſunt in 1. modo: Intelligitur hoc modo, videlicet demonſtratio eſt (eorum). i. ex his, ille enim genitiuus legitur pro ablatiuo, ſicuti multotiens facit Ar. vt in 1. poſt. 10. qñ aſſerit) non ſciet non habens demonſtrationem ipſorum) q. d. ꝙ ille, qui habet demonſtrationem, & non habet demonſtrationem (ipſorum). i. ex ipſis, ¶ Dubitabis, dicens, ſi 2. modus ingreditur demonſtrationem, tunc prædicatio innaturalis ingrederetur demonſtrationem, quod valde abhorret Au. in epit. log. cap. de demon. vbi inquit: ꝙ inter conditiones neceſſariò requiſitas: ad demonſtrationem ſimpliciter, eſt ꝙ habeat prædicationem naturalem, & conſequentia probatur, qm̃ quando ſubiectum prædicatur de accidente, tunc eſt prædicatio innaturalis vt ibidem & 7. met. 59. clarius tamen 1. poſt. 148. teſtatur Au. modo quando dicitur riſibilitas

Diuiſio text.

alia expoſitio.

Petitio.

Reſponſ.

Replica.

Sol.

Dub.

Digitized by Google

bilitas eſt aptitudo hominis, hæc propoſitio eſt per ſe in 2. modo: & eſt innaturalis, qm̃ homo, qui eſt ſubiectum, prædicatur de riſibilitate, quæ eſt accidens. **Sol.** ¶ Dicitur, ꝙ non ſolùm requiritur, ꝙ prædicatio ingrediens demonſtrationem debet eſſe per ſe, in 2. modo, ſed etiam requiritur vt ſit naturalis. vnde quando dicitur riſibilitas eſt aptitudo hominis, licet ſit per ſe, & innaturalis actu: potentia tamen eſt naturalis. & poteſt eſſe actu naturalis, ipſam ſimpliciter conuertendo, vt ſi diceremus homo eſt riſibilis, & ſic erit actu naturalis, qm̃ nunc accidens prædicatur de ſubiecto. **Alia ſol.** ¶ Vel dicendum, ꝙ prædicatio innaturalis: ſm̃ rem, non ingreditur demonſtrationem, ſed ſm̃ modum ingreditur demonſtrationem. **Dub.** ¶ Iterum Dices, iſti duo modi dicendi per ſe, quam demonſtrationem ingrediuntur? **Sol.** ¶ Reſpondet Au. & dicit, ꝙ Ariſt. intendit demonſtrationes ſimpliciter tantùm. **Petitio.** ¶ Et ſi dices, quam ob cauſam in demonſtrationibus ſimpliciter, non vtimur niſi duabus ſpeciebus illius, quod eſt per ſe, & non aliis? **Responſ.** ¶ Rn̄t Au. & dicit, qm̃ attributio cauſæ efficientis, ſubintrat ſigna, & interdum ſubintrat demõſtrationes, cauſæ tm̃. **Petitio.** ¶ Dices quid intelligit Au. per ly interdum? **Responſ.** ¶ Dicas, qm̃ qñ cauſa, & effectus reciprocantur, procedimus à quia ad propter quid, & è contra, ſed qñ non reciprocantur, ingrediuntur demonſtrationẽ quia tm̃, & interdũ demonſtrationem cauſæ tm̃: vt teſtis eſt Au. in epit. lóg. cap. de demon. qñ cauſa, & effectus non reciprocãtur, tunc de eis poteſt fieri vna demonſtratio, vel quia, vel propter quid. vt puta hic eſt ignis, ergo hic eſt lux. non tñ ſequitur hic eſt lux, ergo hic eſt ignis. qm̃ ſtellæ lucẽt, & tñ non ſunt igneæ, & hic eſt fumus: qm̃ ignis elementalis eſt ignis, & tñ ibi non eſt fumus: qñ verò conuertũtur poteſt fieri vtraq; demonſtratio; vt primus motor eſt, ergo hæc eſt cauſa propter quã primus motus eſt; & ideo dixit (interdũ) qm̃ non ingrediuntur veras demõſtrationes quia, & propter quid. niſi cauſę agentes cõuertibiles cum ſuis effectibus, qm̃ demõſtrationes, quæ non fiunt ex cõuertibilibus æquiuocę dicuntur 2. poſt. 94. **Petitio.** ¶ Dices ſi Ar. hic determinat, ꝙ quæ ſunt per ſe: tm̃ ingrediuntur demonſtrationẽ. ergo videtur, ꝙ omnino recedat à demon. id quod eſt per accidens, ſed Au. in com. dicit oppoſitũ, dicit. n. ꝙ cauſa efficiens ingreditur demon. qñ tenet locũ differentiæ. vnde ſequitur, ꝙ id, quod eſt ꝑ accidens, ingreditur demon. id. n. quod ꝑ aliud tale, per accidẽs eſt tale 5. phy. 1. ſed cauſa efficiẽs ingreditur demon. vt tenet locum differentiæ, ergo per aliud, & ſic per accidẽs. **Responſ.** ¶ Dicitur, ꝙ id, quod eſt per accidens, eſt duplex. Aliud. n. dicitur per accidens. i. prædicatum per accidens. Aliud verò dicitur per accidens, qñ aliquid tenet locum alicuius, tunc dicitur, ꝙ id quod eſt per accidens, primo modo dictum, non ingreditur demõſtrationem, ſed id quod eſt 2. modo dictum non inconuenit. **Alia ſol.** ¶ Vel dicas, ꝙ id, quod eſt per accidens eſt duplex. Aliud raro 4. phy. 20. & hoc non ingreditur demõſtrationem: Aliud eſt per accidens ſemper, & hoc ingreditur demonſtrationem. **Replica.** ¶ Dices cõtra id quod eſt per accidens, 1. poſt. 41. neque propinquum, neque remotum. i. nec quod eſt ſemper, nec quod eſt per accidens, raro ingreditur demonſtrationem. **Sol.** ¶ Reſpondet Au. 4. phy. 20. dicens ꝙ id quod eſt per accidens, ſemper ingreditur demonſtrationes veras tantùm, ſed non veras eſſentiales, quæ dicuntur demonſtrationes dialecticæ, hoc eſt ſyllogiſmi dialectici.

Et per ipſa ſunt, & ex neceſſitate.

CVM determinauit, ꝙ duo tm̃ modi dicendi per ſe ingrediuntur demonſtrationẽ ſimpliciter, nunc probat, ꝙ hoc à veritate non eſt alienum, per hanc rationem ſupponens maiorem, tanq̃ notam, quæ eſt talis, quæ ingrediuntur demonſtrationẽ ſimpliciter, ſunt per ſe, & neceſſaria 1. poſt. 38. 45. 46. 47. 48. & 49. ponit minorem in textu dicens (&) pro ſed, adde tu prædicata 1. & 2. modi (ſunt per ipſa) i. per ſe (&) i. ex neceſſitate. i. neceſſaria, ergo prædicata 1. & 2. modi ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter. **Dub.** ¶ Dices cauſa efficiens eſt neceſſaria, ergo ingreditur demonſtrationem ſimpliciter, & per conſequens, non ſolùm 1. & 2. modus ingreditur demonſtrationem: ſed etiam 4. in quo ſedet cauſa efficiens. **Sol.** ¶ Dicitur, ꝙ licet cauſa efficiens ſit neceſſaria: tamen Ar. loquitur de illis neceſſariis, quæ ſunt in 1. & in 2. modo: in quibus non reperitur cauſa efficiens, & ſic cauſa efficiens non ingreditur demonſtrationem ſimpliciter, & ſi ingreditur, non ingreditur per ſe, vt cauſa efficiens eſt, ſed vt tenet locum formæ, & per accidens. **Dub.** ¶ Dices id eſt prædicatum neceſſarium 1. poſt. 36. quod habet tres conditiones, ſ. de omni per ſe, & inquantum ipſum: ſed prædicata 1. modi, non ſunt in quantum ipſum, veluti ſint genera. ergo prædicata 1. modi non ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, minor eſt Au. 1. poſt. 36. clarius tamen 2. poſt. 94. **Sol.** ¶ Dicitur, ꝙ prædicata primi modi, ſunt duobus modis, quædam ſunt propriæ dicta: Quædam verò communiter: tunc dicitur, ꝙ illa prædicata primi modi, ſunt neceſſaria quæ ſunt propriè dicta, & non illa, quæ communiter: veluti eſt genus, verum ſi genus eſt prædicatum neceſſarium, non eſt neceſſarium ſimpliciter: ſed ſm̃ quid, vt in 3. quæſito

Au. teſtatur. vnde Nota, ꝙ valet dicere omne per ſe eſt neceſſarium, intelligendo per ſe propriè dictum, & omne neceſſarium propriè dictum eſt per ſe, qm̃ hæc propoſitio eſt neceſſaria, tamen non eſt per ſe, coruus eſt niger.

Replica. ¶ Dices contra, nam 5. met. 23. dicit Au. ꝙ eſt per ſe.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ ly per ſe, ſumitur bifariam, vno modo per ſe. i. eſſentialiter vel in primo, vel in 2. modo, dicendi per ſe: Alio modo per ſe. i. natura ſua: tunc dicitur, ꝙ hæc propoſitio non eſt per ſe eſſentialiter; ſed per ſe. i. natura ſua, vnde dicitur, ꝙ coruus natura ſua eſt niger.

Non enim contingit non ineſſe, aut ſimpliciter aut oppoſita, vt linea rectum, aut curuum, & numero par, aut impar, eſt enim contrarium aut priuatio, aut contradictio in eodem genere, vt par quod non impar, in numeris quantum ſequitur.

Cvm probauit Ar. ꝙ prædicata per ſe 1. & 2. modi, ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter nunc probat, per regulam æquipollentiarum, per negationem propoſitam, ꝙ prædicata ſecundi modi, ſunt neceſſaria: verùm non probat, ꝙ omnia prædicata 2. modi ſunt neceſſaria: ſed tm̃ illa quæ prædicantur de genere ſubiecti, quæ prædicantur cum oppoſitioné, & diſiunctione: qm̃ de iſtis erat dubium, an ſint neceſſaria, probat ergo Ar. per regulam æquipollentiarum, ſic dicens, illa ſunt prædicata neceſſaria, quæ non contingunt non ineſſe, ſed prædicata, quæ prædicantur ſimpliciter. i. ſine diſiunctione, & oppoſitione (aut oppoſita). i. & prædicata, quæ prædicãtur cum oppoſitione, vel diſiunctione, non contingunt non ineſſe: ergo prædicata ſimpliciter, aut oppoſita ſunt neceſſaria.

Dub. ¶ Dices; quæ ſunt prædicata ſimpliciter? non declarat, qm̃ ſunt manifeſta, circa quæ manifeſta ars non verſatur, 2. ethyc. cap. 3. dicamus tamen nos, v. g. homo eſt riſibilis ly riſibile eſt prædicatum ſimpliciter, qm̃ non ponitur, nec oppoſitio, nec diſiunctio, ſed prædicata oppoſita dicuntur illa, quæ prædicantur cum oppoſitione, & diſiunctione, vt ſi diceremus homo eſt riſibilis, aut non riſibilis.

Petitio. ¶ Dices, quæ ſunt prædicata 2. modi oppoſita. i. quæ prædicantur cum diſiunctione, & oppoſitione, exemplo manifeſtat: &

Sol. dicit adde tu prædicata 2. modi: quæ prædicantur cum oppoſitione, ſunt hæc videlicet rectum, aut curuum, quæ competunt lineæ, & par, & impar numero, dicendo ſic, linea eſt recta, vel curua, & numerus eſt par, vel impar non. n. dicimus ſolùm numerus eſt par, vel ſolùm numerus eſt impar. ſed dicimus coniunctim, numerus eſt par, vel impar. (eſt. n. contrariũ) poſita maiori quæ exẽplis fuit declarata ſ. ꝙ oppoſita ſunt neceſſaria, nunc ponit minorem, & dicit, eſt enim contrarium, aut priuatio, aut contradictio in eodẽ genere. ſ. in ſubiecto æpto, nato ſ. oppoſita, ſunt ergo ſequitur, ꝙ priuatio contrarium, & contradictio ſunt neceſſaria, quo ſtante, pro maiori ſ. ꝙ oppoſita, ſiue contrariè, ſiue contradictoriè, ſiue priuatiuè fuerint, neceſſaria ſunt generi, cuius ſunt oppoſita, addas minorem, ſed prædicata 2. modi, quæ prædicantur de generè ſubiecti, ſunt oppoſita, (vt par, & impar in numeris) vt patet de pari, & impari, quæ ſunt in numeris. & oppoſita prædicantur de numeris, qm̃ inquantum ipſum ſequitur, ꝙ omnis numerus eſt par, vel impar; ergo ſunt neceſſaria, & prr ſe, & ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter.

Quare ſi neceſſe aſſerere, aut negare neceſſe eſt, per ſe ineſſe.

Determinando Ar. ſuum intentum, in hac parte. iterum probat, cur iſta prædicata, cum contradictione per ſe inſint ipſis ſubiectis, & inducit exemplum à ſimili, & ait (quare). i. & ſic ex dictis poſſumus concludere. ꝙ oppoſita prædicata ſiue fuerint contraria ſiue contradictoriè, vel priuatiuè oppoſita, quæ ſunt neceſſaria, in ſubiecto apto, nato tamen alio modo: q. d. poſſumus probare, & dicit, (quod ſi neceſſe eſt aſſerere, vel negare). i. ſi illud primum principium, de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe, eſt neceſſarium. & qm̃ oppoſitio obtinet vim primi principij, ex eo ꝙ fundatur in illo, ergo oppoſitio neceſſariò, & per ſe ineſt ſubiecto, apto, nato. ſed tam prædicata contrariè quàm priuatiuè, ſeu contradictoriè, ſunt oppoſita, & obtinent vim primi principij, de ſubiecto, apto, nato, qm̃ vtrumque illorum neceſſe eſt affirmare, vel negare de ſubiecto, cuius ſunt oppoſita (ergo neceſſe, & per ſe in eſſe). i. ergo neceſſaria per ſe inſunt.

Quod igitur de omni, & per ſe determinatum ſit hunc in modum.

In hac parte Ar. poſtquam probauit, ꝙ duo tantum modi dicendi per ſe, 1. & 2. ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter. nunc in ſumma, & ad memoriæ renouationem, ſub verborum breuitate epilogat, quæ dixit: ſic dicens (quod igitur de omni). i. prædicatum de omni (& per ſe) adde tu ſit diuiſum, in ſua ſignificata à tex. 30. vſque ad 34, & determinatum in textu 35. (hunc in modum) adde tu ſupra declaratum. ¶ Circa dicta dubitant Doctores, & Nos cum illis dicentes, vnde eſt, ꝙ Ar. in hoc libro, nõ numerauit alia ſignificata per ſe, quæ numerauit, Dub.

5. met.

Digitized by Google

5. met. 23. inter quæ eſt ſuperficies, eſt alba ſuperficies, eſt colorata, homo eſt homo.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ apud Ar. differt per ſe, & ſm̃ ſe: quo ſtante, in quinto met. numerauit ſignificata ſm̃ ſe, non autem per ſe, hic autem numerat ſignificat. per ſe, & ꝙ ſit verum, ſi hæc propoſitio eſſet per ſe, & non ſm̃ ſe, ſ. ſuperficies eſt alba, tunc eſſet de omni: qm̃ omne per ſe, eſt de omni, & per conſequens, omnis ſuperficies eſſet alba, & ſic non daretur ſuperficies nigra. Amplius ſi eſſet per ſe, & non ſm̃ ſe, iſta homo eſt homo, eſſet prædicatio eiuſdem de eodem, quod eſt in fine abhominationis 1. prior. cap. 7. Au.

Petitio. ¶ Dices, quomodo ſuperficies eſt alba, eſt ſecundum ſe?

Reſponſ. ¶ Dicas, ideſt ſine alio, ſed ex natura ſua.

Replica. ¶ Dices contra, ſuperficies eſt cauſa materialis, ipſius albi, quæ cauſa materialis, poteſt eſſe in 4. modo. ergo hæc propoſitio, ſuperficies eſt alba, non ſolùm eſt ſecundum ſe, ſed etiam eſt per ſe, in 4. modo. ¶ Nota, ꝙ materia eſt triplex. Alia eſt materia, ex qua, vt notat Ar. 1. phy. 82. & 2. phy. 28. Alia eſt materia in qua, vt teſtatur Ariſt. 2. phy. 29. quando dicit, vt medici ſanitatem, & choleram, & plegma, in quibus eſt ſanitas. Alia eſt, quæ eſt pars definitionis, ſ. quando ponitur loco differentiæ, vt 1. poſter. 31. materia ex qua eſt illa, ex qua fit res, & remanet pars rei, 1. phy. 82. vt veſtis fit ex panno. Materia in qua eſt illa, in qua eſt aliquid & ipſa non eſt pars illius, vt ſuperficies eſt materia, in qua eſt color, & ipſa non eſt pars coloris. Materia verò, quæ eſt pars definitionis eſt ſubiectum, quod ponitur in definitione propriæ paſſionis, dicendo innibilitas eſt aptitudo equi. ly equus, qui eſt ſubiectum, & materia ponitur loco differentiæ, in definitione innibilitatis, per quam differentiam, innibilitas differt à riſibilitate: & ſic eſt prædicatum in 1. modo, quoniam eſt pars definitiõis: ſed quando conſideratur, vt eſt materia, ex qua tunc eſt, in 4. modo, vt dicendo homo eſt compoſitus ex materia, & homo eſt carneus: tunc dicas, quòd ſuperficies eſt alba, hæc propoſitio non eſt in 4. modo. quoniam licet ſuperficies ſit materia: tamen non eſt materia, ex qua, ſed eſt materia in qua.

Dub. ¶ Amplius quæritur, an propoſitio quæ eſt per ſe, ſi conuertitur remanet perſeitas, vt dicendo homo eſt riſibilis, riſibile eſt homo?

Sol. ¶ Dicitur, quòd quando aliqua propoſitio eſt per ſe, & eius ſubiectum eſt ſubſtantia, ſi conuertitur, non remanet perſeitas, & fit propoſitio innaturalis 1. poſt. 142. vt omnis homo eſt riſibilis, eſt per ſe in 2. modo, & ſi conuertitur eſt per accidens, & innaturalis dicendo riſibile eſt homo, ſed quando ſubiectum eſt accidens: tunc remanet perſeitas, tamen non eadem, verbi gratia, omne propè eſt non ſcintillans, & omne non ſcintillans, eſt prope, ambo iſtæ propoſitiones ſunt per ſe, tamen vna eſt in primo modo. Alia verò in 2. modo.

Dub. ¶ Amplius quæritur, an differentiæ prædicantur de genere ſubiecti, in 2. modo, vt rationale, vel irrationale de animali?

Sol. ¶ Dicitur, quòd ſimpliciter, & ſine diſiunctione prædicantur de ſpeciebus, vt rationale prædicatur de homine, vt homo eſt rationalis, ſed cum diſiunctione, & oppoſitione prædicantur de genere ſubiecti, in 2. modo, vt animal eſt rationale, vel irrationale, & numerus eſt par, vel impar, & ratio eſt, qm̃ habent definitionem 2. modi: qm̃ in definitione rationalis, vel irrationalis ponitur animal, quod eſt genus, dicimus enim quid eſt rationale, vel irrationale, dicimus ꝙ eſt differentia animalis, & ſic prædicantur de animali in 2. modo.

Vniuerſale autem dico, quod vtique, & de omni eſt, & per ſe, & ſecundum quod ipſum. **Tex. 36.**

POSTQVAM Ariſt. in tex. 28. probauit præmiſſas demonſtrationis ſimpliciter eſſe neceſſarias, & qm̃ vt præmiſſæ ſint neceſſariæ tres conditiones requiruntur, prima vt ſint de omni; ſecunda, vt ſint per ſe. Tertia vt ſint vniuerſales, & iam declarauit; quid eſt prædicatum de omni, & quot modis dicitur per ſe, & determinauit, quæ per ſe ſunt vtilia demonſtrationi, nunc aggreditur declarare, quod eſt ipſum vniuerſale, vnde per quàm optimè Au. continuans dicit, poſtquam explicuit quid ſit illa prædicatio, quam in hoc libro vocat de omni, & quid illa quàm nominat per ſe, incœpit meminiſſe de prædicatione, quam vniuerſalem appellat.

Diuiſio tex. ¶ Diuiditur in 4. partes, in 1. diſtinguendo prædicatum vniuerſale poſterioriſticum ab aliis vniuerſalibus, dat nominis explicationem ſimul docendo regulam inueniendi prædicatum vniuerſale poſterioriſticum. In 2. ibi (manifeſtum igitur) infert ꝙ hæc vniuerſalia, quæ habent iſtas tres conditiones, ſunt illa neceſſaria ingredientia demonſtrationem ſimpliciter, In 3. ibi (per ſe autem) declarat, ꝙ licet ipſum per ſe ſit diſtinctũ à primo: tñ eo modo, quo ſumit in hac parte, non differt à primo, In 4. ibi (vt per ſe lineæ) exemplo declarat, ꝙ non differt per ſe, & inquantum ipſum, quo igitur, ad primum eſt Notãdum,

Triplex vniuerſale. ¶ Quod datur triplex vniuerſale. Aliud enim eſt quod prædicatur de omni ſubiecto, ſed non per ſe, vt nigrum prædicatur de omni coruo, & album de cigno, & hoc habet vnã conditionem tm̃. Aliud eſt quod habet duas cõditiones, ſ. de omni, & ꝑ ſe, vt animal prædicatur de omni homine, & per ſe prædicatur de homine, &

 color

color de albedine tamen non primo: Aliud eſt quod habet tres conditiones, ſ. quod eſt de omni, & per ſe, & primum vt riſibile prædicatur de omni homine, & innibile de equo, per ſe, & primo quod dicitur vniuerſale poſterioriſticum, valde differens, à primo, & ſecundo, & hoc explicat Ar. in hoc textu dicens:ſic (vniuerſale autem dico) q. d. Ar. ſi tu iguoras, quid ſibi vult hoc nomen ſ. vniuerſale, quod eſt vltima conditio requiſita ad præmiſſas neceſſarias (dico) .i. explico, q vniuerſale, ſubaudi prædicatum poſterioriſticum: eſt id quod vtique habet iſtas tres conditiones, ſ. (de omni), i. prædicatur de toto ſubiecto, & ſemper .i. cunctis temporum curriculis, in præſenti, præterito, & futuro, & per ſe & ſm̃ quod ipſum. Nota q dicit per ſe, excludendo vniuerſale, de omni tantùm. dixit ſm̃, q ipſum excludendo vniuerſale, quod eſt de omni, & per ſe, ſed q. d. ipſe vniuerſale prædicatum, quod eſt vltima conditio ad præmiſſas neceſſarias: non debet habere vnam, nec duas conditiones, non debet eſſe de omni tantùm, nec de omni, & per ſe, ſed debet eſſe de omni, & per ſe, & ſm̃ q ipſum, & ſic tres numero requiruntur conditiones, non plures, nec pauciores.

Dub. ¶ Dices, quid ſibi vult dicere ſm̃ q ipſum?

Sol. ¶ Dicas, vt riſibile competit Sorti non ſm̃ quòd ipſum, .i. non ſm̃ q eſt Sortes, ſed ſm̃ q eſt homo: non ratione ſui, ſed ratione alterius: & inquantum eſt homo. Vnde hoc dicitur prædicatum ſm̃ q ipſum, ſ. homo ſm̃ q eſt homo eſt riſibilis. Aliud exemplum nos honoramus auos, non inquantum ſunt aui: ſed inquantum ſunt parentes: ſed honoramus parentes, ſm̃ q ipſum .i. ſm̃ q ſunt parentes. Nota vnum inter alia, quod dicit Au. omne primum eſt per ſe, ſed non omne per ſe, eſt primum.

Dub. ¶ Hoc enim videtur valde dubium, qm̃ vt ipſemet Au. in epit. log. cap. de demon. dicit, q hæc propoſitio eſt prima, ſ. ſuperficies eſt alba, & tamen non eſt per ſe.

Sol. ¶ Dicitur q primum eſt duplex, Aliud enim eſt primum primitate inhæſionis, quod dicitur primum commune: qñ enim dicit Au. q omne primum eſt per ſe, loquitur de primo proprio, non autem de primo primitate inhæſionis, veluti eſt album: de ſuperficie.

Dub. ¶ Ait etiam Au. quòd non omne per ſe eſt primum: hoc etiam videtur falſum: qm̃ ait Ar. in textu quòd idem eſt per ſe, & primum.

Sol. ¶ Dr cum eodem Au. in 2. quæſito poſt. quòd primum intelligitur per ſe proprium, veluti ſunt omnia accidentia eſſentialia, & ſpecificæ differentiæ & conuertibiles definitiones non autem per ſe communiter dictum: vt ſunt genera, & generum differentiæ, & definitiones.

Replica. ¶ Contra nam 7. met. 43. ait Au. quòd genus eſt primum, & tamen genus eſt per ſe commune.

Sol. ¶ Dicitur, quòd ly primum ſumitur bifariam: vno modo pro vt eſt idem quod conuertibile: Alio modo primum in definitione, tunc dicitur quòd genus, licet ſit per ſe commune: tamen non eſt primum conuertibile, ſed eſt primum in definitione: qm̃ primò ponitur in ordine genus, deinde differentia 2. poſt. 79. & 7. met. 42. niſi fuerit genus contractim ſumptum, quod ſine dubio eſt per ſe, & primum dico prædicatum per ſe, & primum hoc eſt conuertibile, cum eo cuius eſt genus, dicendo homo eſt animal rationale, & animal rationale eſt homo.

Manifeſtum igitur, quòd quæcunque vniuerſalia ex neceſſitate inſunt rebus.

Cvm explicauit, quid eſt prædicatum vniuerſale poſterioriſticum, & aſſignauit regulam inueniendi hoc prædicatum vniuerſale ab aliis vniuerſalibus. quæ in prædicando, & quæ per eſſentiam ſunt in hac parte ex dictis concludit, quòd hæc vniuerſalia, quæ habent illas tres conditiones, ſunt neceſſaria quæ ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, & dicit, (manifeſtum eſt igitur) igitur eſt nota concluſionis manifeſtum eſt ſubaudi ex dictis (quòd quæcunque vniuerſalia) .i. prædicata vniuerſalia habent tres iſtas conditiones ſupradictas (ex neceſsitate inſunt rebus) .i. ſunt neceſſaria, rebus .i. ſubiectis, ex quibus oritur talis ratio; omnia prædicata quæ habent iſtas tres conditiones ſ. de omni, per ſe, & ſm̃ quòd ipſum: ſunt neceſſaria: ſed prædicata vniuerſalia habent iſtas tres conditiones: ergo prædicata vniuerſalia ſunt neceſſaria.

Dub. ¶ Dices, genus, vt animal, & differentia generis, ſunt prædicata vniuerſalia, vt ſenſibile: vt in cap. de demon. aſſerit Au. & tamen non ſunt neceſſaria.

Sol. ¶ Dicitur, quòd vniuerſale duplex: Aliud commune. Aliud proprium tunc dicitur, q quando dicit Ar. quòd quæcunque vniuerſalia ſunt neceſſaria, non intellexit, niſi vniuerſalia propriè dicta veluti ſunt differentiæ ſubſtantiales, & accidentia eſſentialia; non autem vniuerſalia communiter dicta.

Dub. ¶ Dices quare Ar. in principio textus nominauit vniuerſale in ſingulari, & nunc nominat vniuerſalia in plurali: videtur ex hac particula, quòd omnia vniuerſalia ſunt neceſſaria, tam communiter, quàm propriè dicta.

Sol. ¶ Dicitur, quòd ideo nominauit vniuerſale in ſingulari notando, quòd loquitur ſolùm de vniuerſali proprio, ſi deinde nominauit vniuerſalia in plurali, non niſi ad declarandum, quod prædicata vniuerſalia neceſſaria, & propriè dicta, ſunt plura: veluti ſunt differentiæ, definitiones, & propria eſſentialia accidentia.

Per

Digitized by Google

Per ſe autem, & ſecundum quòd ipſum idem.

In hac parte Ar. reſpondet tacitæ obiectioni, nam poſſet dicere aliquis, ò Ar. quid intelligis per illam particulam (per ſe) & per illam (ſm̃ ꝙ ipſum?) Reſpondens dicit, ꝙ licet per ſe, ꝙ ſm̃ ꝙ ipſum adinuicem differant; tamen pro nunc ad hoc propoſitum ſunt idem, vt etiam inquit Au. 5. phy. 3. cùm dicit aliquando primum, hoc eſt ſm̃ ꝙ ipſum eſt ſynonimum, cum eo quod eſt per ſe, non ſemper: qm̃ genus eſt per ſe: tamen non eſt ſm̃ quòd ipſum, vnde per quàm optimè dicit Au. ꝙ non eſt differentia inter prædicatum primum, ſeu ſm̃ ꝙ ipſum, & per ſe, qm̃ non intendit omnem ſpetiem prædicatorum per ſe, ſed illam in qua prædicatum ſumitur in definitione ſubiecti, hoc eſt non intendit, niſi prædicata 1. modi, & 2. modi, & non omnia prædicata 1. modi: ſed tantum illa quæ ſunt conuertibilia, veluti mos eſt definitionis, & differentiæ: non genus: nec generis definitionem, vt falsò opinabatur Alpharabius, qui dicebat, ꝙ genus eſt prædicatum primum, credendo ꝙ omne per ſe eſt primum Au. enim in 2. quæſito poſt. dicit, ꝙ per ſe propriè dictum, ſolum eſt idem cum primo, vnde omnia prædicata quæ ſunt per ſe propriè, illa tantùm ſunt prima, non autem per ſe communiter, vnde habeas, ꝙ per ſe non eſt idem cum primo, & per ſe eſt idem cum primo. ¶ Quæres ab Au. prædicata, quæ ſunt in 2. modo, ſunt ne prædicata prima? ¶ Reſpondet Au. & dicit, ꝙ non. ¶ Dicas, hoc eſt falſum, qm̃ idem Au. 1. poſt. 54. & 2. poſt. 94. dicit oppoſitum, immo arguit contra Themiſtium, ꝙ prædicatio accidentis proprij, quæ eſt in 2. modo eſt prima. ¶ Reſpondet ibidem Au. ꝙ prædicatio prima eſt duplex, alia enim eſt prima primitate ſubiecti, tunc dicitur ꝙ prædicata per ſe, in 2. modo, ſunt prima primitate ſubiecti: ſed non ſunt prima primitate cauſæ, vnde poteſt dici, quòd prædicata per ſe 2. modi, ſunt prima, & non ſunt prima: verum nota, quòd prædicata prima primitate ſubiecti, poſſunt eſſe prima primitate cauſæ, non per ſe, ſed per accidens, in quantum tenent locũ ipſorum, vt riſibile eſt prædicatum primum primitate ſubiecti, tñ poteſt eſſe primum primitate cauſæ, in quantum tenet locum rationalitatis: quæ eſt prædicatum primum primitate cauſæ.

Petitio. Reſponſ. Replica. Sol.

Vt per ſe lineæ ineſt punctus, & rectum, etenim ſecundum quòd linea, & triangulo ſecundum quòd triangulum, duo recti, etenim per ſe, triangulum duobus rectis æquale.

Cum declarauit Ar. quòd idem eſt per ſe, & ſm̃ quòd ipſum, in hac parte declarat exemplo: quæ ſunt illa, quæ ſunt per ſe, & ſm̃ quòd ipſum, ſic dicens (vt per ſe lineæ ineſt punctus, & rectum) q. d. Ar. ſi tu neſcis, quæ ſunt hæc prædicata vniuerſalia habētia iſtas tres conditiones; exemplo declaro (vt) .i. v. g. (punctus ineſt lineæ) & rectum .i. hæc duo prædicata punctus nempe inſunt lineæ, .i. prædicantur de linea, non per aliud, & per accidens, ſed (etenim) pro certè ſm̃ quòd linea .i. primo, & per ſe, qm̃ hæc prædicata ſunt per ſe, & prima, & in iſtis verificatur dictum Ar. qñ dicit, idem eſt per ſe, & primum (& triangulo) nunc aſſignat aliud exemplum, q. d. aliud, & eſt hoc, ſ. hoc prædicatum, ſ. duo recti, inſunt triangulo, q. d. non per aliud, & per accidens, ſed ſm̃ quòd triangulum, ex quibus patet, quòd hæc prædicata ſunt per ſe, & prima. ¶ Quæres hæc prædicata, ſ. habere duos rectos, de triangulo, in quo modo dicendi, per ſe ſunt in 1. vel in 2? ¶ Dicitur, quòd ſunt in 1. modo. ¶ Dices contra accidentia eſſentialia ſunt in 2. modo, vt patet in textu 31. & 35. ſed habere duos rectos, eſt accidens, ergo non eſt in 1. modo. ¶ Reſpondet Au. & dicit, quòd licet æquitas angulorum .i. licet habere duos rectos, ſit quædam proprietas de triangulo, & proprium accidens illius: tamen propria aliquãdo ponuntur loco differentiarum, vt etiam in cap. de def. & 8. met. 5. 2. poſt. 20. & 2. cæli 67. fatetur Au. & conſtant loco illarum, dum exiſtimantur ſm̃ formæ naturam, latente ipſa forma, vnde ſicut formæ, & differentię ſunt prædicata in 1. modo, ſic habere duos rectos, licet ſi accidens, tamen vt tenet locum differentiæ eſt in 1. modo. ¶ Dices, quomodo cognoſcuntur hæc prædicata prima? ¶ Dicas, quòd ſunt illa, quæ vt dicit Au. competunt ſuis ſubiectis, non per aliam naturam, vt rationale competit homini primo, non per aliam cauſam, ſeu naturam, & non ſolùm rationale, ſed omnes differentiæ eſſentiales, & propriæ definitiones, & hæc vocantur prædicata prima primitate cauſæ, ſunt deinde alia prædicata prima, primitate ſubiecti: qm̃ competũt ſubiecto, non per aliud ſubiectum: vt riſibile non eſt prædicatum primum de Sorte: ſed de homine; qm̃ in tantum Sortes eſt riſibilis, inquantum eſt homo, & ſic per aliud ſubiectum, & per accidens, Sortes eſt riſibilis, vt dicit Au. 2. poſt. 94. ¶ Dices, id quod per ſe competit alicui, poteſt ne eidem competere per accidens? ¶ Reſpondet Au. 1. de anima 42. & dicit, quòd id, quod competit alicui per ſe, ſimul eidem per accidens competere non poteſt, q. d. quòd prædicatum, quod per ſe competit alicui ſubiecto vno, & eodem modo non poteſt competere illi per accidens: ſed diuerſo modo competere poteſt, vt animal in quantum ſumitur in defini-

Petitio. Reſponſ. Repilca. Sol. Dub. Sol. Petitio. Reſponſ.

definitione hominis; per ſe competit homini ſed inquantum non conuertitur cum homine, ſic eſt prædicatum per accidens de homine. Petitio. ¶ Dices, hæc coditio, ſ. fieri ex prædicatis primis, competit ne omnibus ſpetiebus demonſtrationis? Reſponſ. ¶ Reſpondet Au. & dicit ꝙ ſic: tamen nota, ꝙ competit demonſtrationi ſimpliciter, primo, & per ſe, ſecundario, & analogicè demonſtrationi propter quid, & quia, ſed Nota, ꝙ ly ſm̄ quod ipſum, ſeu ſm̄ ꝙ ipſum, & primum poſſint ſignificare duo, primò ſignificant prædicata propria, vt rationale, & riſibile, ſunt prædicata ſm̄ ꝙ ipſum .i. propria prædicata ſignificant, etiam ſubiecta propria, vt homo eſt ſubiectum in quantum ipſum. i. proprium ipſius riſibilitatis; & rationalitatis, quod aſſerit Ariſt. in textu cùm dicit, duo recti inſunt triangulo, ſm̄ quod triangulum ſignificando proprium ſubiectum. Petitio. ¶ Dices, ab vna propoſitione reduplicatiua, ſequitur ne propoſitio de omni? Reſponſ. ¶ Dicas, ꝙ ſic vti ſi dices homo inquantum animal eſt ſenſibilis, ergo omne animal eſt ſenſibile.

Text. 37. *Vniuerſale autem eſt, tunc quando in quolibet, & primo monſtretur.*

P O S T Q V A M miro artificio vſus fuit Ar. ſimul diſtinguẽdo vniuerſale poſterioriſticũ, ab aliis vniuerſalibus; ac eius nomen explicando, & ad ipſum inueniendum regulam aſſignando: qm̄ dixit, ꝙ idem eſt per ſe, & in quantum ipſum: vt exemplo declarauit in hoc textu docet: ꝙ duæ conditiones ſufficiunt ad inueniendum vniuerſale poſterioriſticum: quæ ſunt iſtæ, ſ. dictum de omni, & primum: ſeu ſm̄ ꝙ ipſum, & non oportet, vt adiiciatur per ſe, cum idem ſit in talibus, per ſe, & primum, vt 5. phy. 3. aſſerit Au. cauſa intentionis eſt, qm̄ regula eſt Ar. 3. de part an. cap. 4. & 1. phy. 56. fruſtra fit per ra, quod poteſt fieri per pauciora, vnde quidem maxima laude dignus fuit Empedocles, qui ꝑ pauciora, & finita principia, meliorem entium naturalium diſpoſitionem aſſignauit: quàm Anaxagoras, qui per plura, & infinita. Diuiſio text. ¶ Diniditur iſte textus in tres partes: in 1. declarat, ꝙ duæ conditiones ſufficiunt ad inueniendum prædicatum vniuerſale poſterioriſticum in 2. ibi (vt duos rectos) exemplo declarat, ꝙ ſi vna iſtarum conditionum deficit, non eſt vniuerſale ſufficienter demonſtratum de ſubiecto, cuius eſt vniuerſale: in 3. ibi (quod igitur quodcumque) concludit, ꝙ ſicut eſt verum, de hoc prædicato habere duos rectos, quod non poteſt demonſtrari de aliquo, cui deficiet aliqua duarum conditionũ, vt puta, neque de figura, neq; de equicrure ſic eſt de omnibus aliis prædicatis vniuerſalibus, verum Nota quòd tunc eſt prædicatum vniuerſale demonſtrandum de ſubiecto, quando illud prædicatum eſt de omni, & ſi non eſt de omni, non poteſt eſſe prædicatum vniuerſale, v. g homo eſt albus, ly albus de homine, non eſt prædicatum de omni, quoniam non omnis homo eſt albus: ergo non poteſt eſſe prædicatum vniuerſale, ecce quod requiritur ad hoc, vt ſit prædicatum vniuerſale, vt ſit de omni, & Nota quòd licet prædicatum ſit de omni, & non eſt primũ, nec erit prædicatum vniuerſale; v. g. omnis coruus eſt niger, eſt propoſitio de omni, quoniam nigrum prædicatur de omni coruo; ſed quoniam non eſt prædicatum primum, ideò non eſt prædicatum vniuerſale, vnde ſequitur, ꝙ illud eſt prædicatum vniuerſale, quod eſt de omni, & primum, v. g. riſibile, vel rationale prædicatur de omni homine, & primò dicit, ergo Ar. in textu, quòd duæ conditiones ſunt neceſſariæ ad inueniendum vniuerſale poſterioriſticum, & dicit (vniuerſale autem eſt) .i. prædicatum vniuerſale, eſt tunc q̄n in quolibet, & primo monſtretur .i. illud eſt vniuerſale, quod habet duas conditiones, ſ. quod prædicatur de omni ſubiecto (& primo) .i. conuertibiliter. ¶ Dices, ſi per ſe, & ſecundùm ꝙ ipſum, ſeu primum, idem eſt quare in textu 29. & 36. ipſum nominauit, & hic tractauit? Petitio. ¶ Dicas, quòd per ſe eſt duplex, aliud eſt commune, vt animal, aliud proprium, vt rationale: tunc dicitur, quòd ibi nominauit per ſe commune, hic verò non nominauit, quoniam nominando primum, nominauit per ſe proprium. Reſponſ. ¶ Dices contra, quoniam hæc propoſitio eſt prima: tamen non eſt per ſe, ſuperficies eſt alba, & virtus primò eſt in anima, & non per ſe. Replica. ¶ Dicitur, ꝙ primum eſt duplex. Aliud proprium, aliud improprium, vt teſtatur Au. in cap. de demon. tunc dicitur, ꝙ primum proprium eſt per ſe, modo ſuperficies eſt alba, licet hæc propoſitio ſit prima; tñ non eſt per ſe, qm̄ eſt prima, non proprla, ſimiliter hæc virtus eſt in anima. Sol.

Vt duos rectos habere, neque figura eſt vniuerſale, quamuis eſt monſtrare de figura, quòd duos rectos habet: ſed non de qualibet figura, neque vtitur qualibet figura, monſtrans quadrangulum, enim figura quidem eſt, non habet autem duos rectos æquales.

C V M Ar. notificauit, quòd duæ conditiones requiruntur ad inueniendum vniuerſale poſterioriſticum: nunc exemplo declarat, ꝙ prima conditio eſt valde neceſſaria, ſ. quòd prædicatum ſit de omni: quoniam ſi non de omni ſubiecto demonſtraretur prædicatum vniuerſale; non vniuerſalem demonſtrationẽ haberem⁹, cuius cõditiones primò intẽdim⁹, vt dicit Ru. 1. poſt. 39. & 40. ſed particularis demon-

Digitized by Google

demonſtratio conſtitueretur, quæ per accidens, & non per ſe nuncupatur: dicit ergo Ar. (vt) v. g. q. d. ſi quis vellet demonſtrare hoc prædicatum, ſ. habere duos rectos, adde tu de figura non poterit demonſtrare, q̃m (neque figuræ eſt vniuerſale) .i. non eſt prædicatum vniuerſale, competens figuræ, q̃m quamuis hoc prædicatum, ſ. habere duos rectos (eſt monſtrare de figura) .i. prædicetur de figura: tamen non eſt prædicatum de omni figura, quia non prædicatur de qualibet figura (q̃m monſtrans) .i. ille qui monſtrat, ſeu prædicat hoc prædicatum de figura, non dicit, quòd omnis figura habet duos rectos: ſed aliqua figura, q̃m quadrangulus eſt figura, & tamen non habet hoc prædicatum, ſ. duos rectos, & ſequitur ꝙ hoc prædicatum, non eſt vniuerſale: q̃m non eſt de omni.

Equicrus habet, quidem quicumque duobus rectis æquales, ſed non primò, ſed triangulum prius.

Postqvam declarauit, ꝙ prima conditio eſt neceſſaria, ad prædicatum vniuerſale, nunc declarat 2. conditionem eſſe, quoque neceſſariam ad prædicatum vniuerſale: diceret enim aliquis, ſi dictum eſt, quòd prædicatum non poteſt eſſe vniuerſale, ſi non eſt de omni: quæritur adhuc, & ſi prædicatum eſt de omni, eſt ne vniuerſale? Reſpondet Ar. & dicit (Equicrus. verò habet quidem quicumque duobus rectis æquales) q. d. quòd non: q̃m Epicrus qui eſt figura, (quicumque) .i. omnis Equicrus (habet) hoc prædicatum, duobus rectis æquales: q. d. Ar. quòd hoc prædicatum eſt de omni, tamen non eſt vniuerſale, q̃m licet prædicetur de omni Equicrure; (tamen non primo.) .i. deficit 2. conditio: q̃m non prædicatur primo, quod eſt alia conditio neceſſaria ad prædicatum vniuerſale, duæ enim conditiones requiruntur ad prædicatum vniuerſale, prima vt ſit de omni: ſecunda vt ſit primum, quarum ſi vna defecerit: nullo modo dicitur prædicatum vniuerſale. ¶ Dices, ſi hoc prædicatum, ſ. habere duos rectos, non demonſtratur de figura: q̃m non eſt prædicatum de omni figura: nec demonſtratur de Equicrure: q̃m eſt de omni, & non eſt primum, vellem ſcire de quo ſubiecto hoc prædicatum demonſtrabitur de omni, & primo? quod nam erit illud ſubiectum, cui hoc prædicatum erit vniuerſale? Dub.

Reſponſ. ¶ Reſpondet Ar. & dicit, quòd illud ſubiectum, non vocatur figura, nec vocatur Equicrus: ſed proprio nomine vocatur triangulus cui (prius) .i. primo, & vniuerſaliter competit hoc prædicatum: q̃m omnis triangulus habet duos rectos; & primo .i. Inquantum triangulus ex propria natura ſua, non ratione alterius habet duos rectos, vnde oritur talis ratio. illud eſt prædicatum vniuerſale, quod habet duas conditiones, ſ. prædicatur de omni ſubiecto, & primo. Sed habere duos rectos de triangulo, prædicatur de omni i. & primo. ergo habere duos rectos; eſt prædicatum vniuerſale de triangulo. ¶ Dices, ſi hoc prædicatum demonſtratur de triangulo. tunc fieret nugatio, ſeu petitio, & non demonſtratio, conſequentia probatur q̃m triangulus ſumitur pro quæſito 1. poſt. 2. ergo ſi hoc prædicatum demõſtratur de triangulo, tunc quæſitum demonſtrabitur de quæſito: ignotum de ignoto, & ſic non demonſtratio, ſed vera petitio. Dub.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ triangulus, non ſemper pro quæſito: ſed aliquando pro quæſito, & aliquando pro ſubiecto ſumitur, tunc dicitur: ꝙ quando hoc prædicatum demonſtratur de triangulo, non demonſtratur tamquam de quæſito, ſed vt de ſubiecto.

Quod igitur quoduis primum monſtratur duos rectos habens; aut quodcumq; aliud huic primo eſt vniuerſale, & demonſtratio per ſe, de hoc vniuerſaliter eſt, de aliis verò quodam modo non per ſe, neque de equicrure, non eſt vniuerſaliter, ſed in plus.

Nvnc Ar. concludit ſuum intentum, & dicit, ꝙ ſimiliter eſt dicendum de quocumque alio prædicato vniuerſali, demonſtrando ꝙ debet damonſtrari de omni ſubiecto, & primo. & ꝙ de illo eſt demonſtratio per ſe vniuerſaliter, & ſi de aliis prædicatis ſ. quæ ſunt de omni, & non ſunt prima, eſt demonſtratio, non eſt demonſtratio per ſe, ſed per accidens, quod per hæc verba innuit, dicens (igitur) q.d. ex dictis manifeſtum eſt, ꝙ prædicatum quod demonſtratur, vt duos rectos habere, debet eſſe de omni & primo, & ne aliquis putaret, ꝙ regula data, non eſt vera, niſi de hoc prædicato, ſ. habere duos rectos, facit illam vniuerſalem ampliando ipſam, ſic dicens (aut quodcumque aliud) .i. & ſimiliter dicitur de omni alio, ſ. prædicato. quodcumque fuerit, quod eſt vniuerſale, dummodo de omni, & primo prædicetur, & huic ſ. cui de omni, & primo prædicetur, & huic ſ. cui de omni, & primo ineſt eſt vniuerſale, & de hoc eſt demonſtratio per ſe vniuerſaliter, de aliis verò ſubiectis, præter hoc ſubiectum cui vniuerſaliter ineſt, quodam modo eſt demonſtratio, non per ſe, vt puta, vt dicit Au. equalitas angulorum, duobus rectis non figuræ, niſi per accidens, & quodam modo particulariter, non vniuerſaliter, neque de equicrure, non eſt vniuerſaliter, q̃m & ſi de omni, tamen non primo, ſed eſt in plus. i. q̃m prædicatum appoſitum, eſt vniuerſalius ſubiecto.

Dub. ¶ Dices, ꝙ Au. dicit vnum falſum, dicens ꝙ præ-

ꝙ prædicatio, quæ non eſt prima, eſt prædicatio, cui admiſcetur id, quod eſt per accidens. nam homo eſt animal, non eſt prædicatio prima: & tamen eſt per ſe. ¶ Dicitur, ꝙ eſt per accidens, inquantum non eſt prima, & conuertibilis. ſed eſt per ſe, inquantum animal, ſumitur in definitione hominis, 2. poſt. 94. Sol.

Text. 38. *Oportet autem non latere, quod plerumque contingit peccare, & non eſſe, quod monſtratur primum vniuerſale, ſecundum quod videtur demonſtrari vniuerſalè primum.*

Postquam Ar. notificauit regulas, indagandi dictum de omni, & per ſe, & vniuerſale, quæ ſunt tres conditiones; quibus inueniuntur, & diſcernuntur præmiſſæ neceſſariæ à non neceſſariis, ſed quõ circa tertiam conditionem, quæ eſt ꝙ prædicatum ſit vniuerſale, contingit errare. Ideo Ar. vt caueamus ab erroribus. vult in hoc textu docere, qui, & quot ſunt errores: ſeu peccata, quæ ſolent committi circa hoc prædicatum vniuerſale: verùm Nota, ꝙ prædicatum vniuerſale eſt duplex. Aliud ſubſtantiale, vt eſt definitio, & differentia ſubſtantialis. Aliud eſt accidentale, vt riſibile & cuncta accidentia eſſentialia de ſuis ſubiectis. Nota, ꝙ Ar. hic notificat errores contingentes circa prædicatum vniuerſale accidentale, quod demonſtratur de ſubiecto, in demonſtratione: non autem circa prædicatum vniuerſale, quod eſt medium in demonſtratione. ¶ Diuiditur hic textus in 2. partes, in 1. faciens nos attentos, docet peccata, quæ contingunt circa prædicatum vniuerſale, in 2. ibi (decipimur) manifeſtat, quando & circa quas res contingunt hæc peccata: quo igitur ad primum, dicit Ar. (oportet autem non latere) dicit (oportet) verbũ oſtendens neceſſitatem, q.d. neceſſarium eſt (non latere) .i. vt non lateat .i. vt Poſterioriſtæ non ignorent, ſed vt ſint cauti, & attenti in hoc ſ. ꝙ (plerumque contingit peccare) .i. ꝙ plura, & multa (contingunt) .i. ſolent committi peccata, & errores, circa prædicatum vniuerſale, quod demonſtratur de ſubiecto. ¶ Dices, quare neceſſarium eſt ſcire hæc peccata: cum de peccatis & erroribus non ſit ſcientia? ¶ Dicas, ꝙ hæc peccata oportet, vt ſciantur: tamen non ad vſum, ſed ad fugam, vt caueamus ab illis: veluti nauta debet ſcire, non ſolùm mare ſecurum, vt vtatur illo: ſed etiam mare periculoſum: vt fugiat illud: & caueat ab illo: ne nauis incidat in illud. Similiter medicus peritus, non debet ignorare quid eſt venenum, non vt vtatur illo, ſed vt fugiat illud, ſic Poſterioriſta debet ſcire prædicatum vniuerſale, vt in demonſtrationibus vtatur illo, ſed

Diuiſio text.

Dub.

Sol.

etiam debet ſcire peccata occurrentia circa illud, ne incidat in illa. ¶ Dices, hæc ſcientia de peccatis, ſeu erroribus eſt ne bona? ¶ Dicas, ꝙ eſt bona, & verè dicitur cognitio, & ſcientia ſicut dicitur à Platone ſic (& quidem bene dicitur) ipſius mali cognitio, nos à malo profugere facit. Ignorantia verò boni cauſa eſt, vt in malum incidamus, quapropter, & è conuerſo, ignorantia mali incidere nos facit in malum: cognitio verò boni, ad amplexum ſui ipſius hominem præparat. ¶ Dices, ſi neceſſarium eſt ſcire, hæc peccata o Ar. declara ipſa quot ſunt, & quæ ſunt: dicit Ar. ꝙ ſunt duo; quorum primum eſt tale, ꝙ aliquando (monſtratur) .i. demonſtratur prædicatum vniuerſale, de ſuo proprio ſubiecto (& non eſſe) .i. & nos credimus, non eſſe ſupple tu bene demonſtratum. Aliud & ſecundum peccatum eſt contrarium primo: ſ. (quod videtur mõſtrari vniuerſale primum) .i. quod aliquando nobis videtur (monſtrari) .i. eſſe demonſtratum (vniuerſale primum) .i. prædicatum vniuerſale primum de ſuo proprio ſubiecto: tamen non eſt demonſtratum, ſed Nota ꝙ primus error qui contingit circa prædicatum vniuerſale, hic eſt ſ. quod ſæpius Aliquis demonſtrat prædicatum primum vniuerſale, de ſuo ſubiecto proprio, & non credit bene illud demonſtrare. Secundus verò error eſt, ꝙ aliquis non demonſtrat prædicatum vniuerſale proprium de ſuo ſubiecto proprio, & credit bene illud demonſtrare, & iſti ſunt ſimiles illis, qui benefaciunt, & credunt malefacere, & illis, qui malefaciunt, & credunt benefacere.

Dub. Sol.

Dub.

Reſponſ.

Decipimur autẽ hac deceptione; quando aut nihil ſit accipere, ſuperius præter ſingulare.

Cum Ar. declarauit, ꝙ duo peccata contingunt circa prædicatum vniuerſale, quod de ſubiecto demonſtratur, nunc vult declarare, quando, & circa quas res contingit primum peccatum: & dicit (decipimur autem hac deceptione) q. d. ſi tu ignoras quũ & circa quas res decipimur hac prima deceptione, q. d. tunc decipimur: quando nihil ſit accipere ſuperius, præter ſingulare) .i. primus modus errandi eſt; quando demonſtramus aliquod prædicatum vniuerſale de aliquo ſubiecto ſingulari (præter quod nihil ſit ſuperius) nihil commune ſit accipere, & ſupple tu credimus: non demonſtrare: tamen demonſtramus: ſed Nota ꝙ omnis demonſtratio, vt ait Au. 1. poſt. 62. & in cap. de demon. fit ex propoſitionibus vniuerſalibus: dico vniuerſalibus non factis de prædicatis vniuerſalibus communibus non propriis, nec conuertibilibus cum ſuis vniuerſalibus propriis & conuertibilibus ſubiectis, quæ

non

Digitized by Google

non habent tres conditiones ſ. de omni per per ſe & inquantum ipſum, vt aſſerit Ar. 1. poſt. 36. & 37. nec non Au. 2. poſt. 94. ſed ex propoſitionibus factis de prædicatis, & ſubiectis vniuerſalibus: non autem de ſubiecto ſingulari: & prædicato vniuerſali, quibus præhabitis: ſcias, ꝙ ſæpius prædicatum vniuerſale demonſtratur de ſubiecto ſingulari, vt eſſe in medio demonſtratur, quod eſt prædicatum vniuerſale de terra, quæ eſt ſubiectum ſingulare: nos credimus ꝙ illa propoſitio, quando dicimus terra eſt in medio; non eſt vniuerſalis: quoniam non demonſtratur prædicatum vniuerſale de ſubiecto ſingulari; propter illam regulam, ſcilicet prædicatum vniuerſale, debet demonſtrari de ſubiecto vniuerſali: tamen per quàm optimè demonſtamus. ¶ Dices, ſi terra eſt ſubiectum ſingulare, quomodo bene demonſtramus de ipſa prædicatum vniuerſale: ſi prædicatum ſemper debet eſſe correſpondens ſuo ſubiecto vniuerſali? ¶ Dicitur ꝙ ſingulare ſm Philoſophos eſt duplex, aliud generabile, & corruptibile, vt Sortes, Plato, aliud eſt æternum, vt terra, cælum, mundus, phænix, tunc dicitur, ꝙ prædicatum vniuerſale demonſtratur de ſubiecto ſingulari æterno, non corruptibili, non enim riſibile, quod eſt prædicatum vniuerſale demonſtratur, de Sorte ſubiecto ſingulari corruptibili, ſed prædicatum vniuerſale demõſtratur de ſubiecto ſingulari, æterno, & bene demonſtratur, qm̃ hæc ſingularia æterna non habent ſuperius .i. non habent ſpeciem ſupra ſe, ſed in ipſis eſt quædam natura vniuerſalis, quæ eſt apta, nata, de pluribus prædicari, de qua natura vniuerſali exiſtente in his ſingularibus demonſtratur prædicatum vniuerſale, & ſic intelligitur textus Ar. videlicet prædicatum vniuerſale demonſtratur de ſubiecto ſingulari .i. de natura vniuerſali exiſtente in illo ſubiecto ſingulari, & ſic ſemper vera eſt regula. ꝙ prædicatum vniuerſale demonſtratur de ſuo ſubiecto vniuerſali, quod non eſt verum de ſingulari corruptibili, qm̃ de ipſo non poteſt demonſtrari prædicatum vniuerſale, quoniam adeo eſt ſingulare, & habet naturam ſingularem, de quo nullo pacto poteſt demonſtrari prædicatum vniuerſale, niſi ſub habitudine vniuerſali, & ſpecifica: vt ſi de Sorte ſubiecto ſingulari demonſtraretur riſibile: quod eſt prædicatum vniuerſale, non demonſtraretur de ipſo, vt ſingulare, & vt Sortes eſt: ſed inquantum eſt homo, de quo homine tamquam de ſubiecto primo, & vniuerſale.

Dub.

Sol.

Vel ſit quidem, ſed innominatum ſit in rebus per ſe differentibus.

CVM Ariſt. docuit circa quas res contingit primus error, nunc declarat, circa quas res contingit ſecundus error. videlicet quando credimus demonſtrare, & non demonſtramus, ſed Nota, ꝙ genus eſt duplex. Aliud innominatum. Aliud nominatum; & ſiue innominatum, ſiue nominatum ſit, quodcumque continet ſub ſe ſuas ſpecies. Nota aliud, ꝙ quando eſt aliquod prædicatum; quod competit generi innominato, ſi demonſtratur de ſpetie illius generis innominati, credimus demonſtrare, tamen non demonſtramus: quibus ſtantibus, ait Ariſt. (Vel ſit quidem, ſed innominatum ſit in rebus ſpetie differentibus) .i. contingit alio, & ſecundo modo errare, quando in rebus ſpetie differentibus, ſit quidem aliquid ſuperius, ſupple tũ, & commune continens illas res differentes ſpetie: ſed innominatum ſit. ¶ Sed dices quare credimus demonſtrare, & non demonſtramus? ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit, quoniam illud prædicatum, quod competit per ſe generi, competit omni ſpetiei, & cum competat omni ſpetiei, credimus demonſtrare, & non demonſtramus, quoniam non ſolùm requiritur, vt prædicatum demonſtretur de omni, ſed etiam primo, & hæc eſt cauſa deceptionis illorum, qui credunt bene demonſtrare, & non demonſtrant. ¶ Dices quæ ſunt iſtæ ſpeties, quæ habent ſuperius innominatum? ¶ Reſpondet Ariſt. in textu 40. & dicit, ꝙ ſunt hæ ſcilicet magnitudo, tempus, numerus. ¶ Dices contra, nam in prædicamentis cap. de quantitate, ait Ariſt. ꝙ quantitas eſt genus ad quantitatem diſcretam, quæ diuiditur in numerum, & orationem, & ad quantitatem continuam: quæ diuiditur in lineam, ſuperficiem, corpus, & præter hæc in locum, & tempus, quomodo ergo dicit, ꝙ hæc non habent naturam communem nominatam, cum quantitas ſit natura communis, & nominata ad hæc omnia? ¶ Dicas cum Au. in hoc com. & in quæſito 5. poſt. ꝙ natura nominata eſt duplex. Alia vniuoca. Alia æquiuoca: tunc dicitur, ꝙ quantitas; non eſt natura communis ad hæc vniuoca, ſed æquiuoca: verum ſi eſt analoga, non eſt verè analoga; ſed quaſi analoga.

Dub.
Sol.
Dub.
Sol.
Replica.
Sol.

Vel contingat, vt in parte totum: in quo monſtratur iis, quæ ſunt in parte, ineſt quidem demonſtratio, & erit de omni, ſed tamen non erit huius primi vniuerſaliter demonſtratio, dico autem huius primi, ſecundùm quòd huius demonſtratio; quando ſit primi vniuerſaliter.

CVM Ariſt. notificauit in quibus rebus contingit ſecundus error: nunc declarat

circa

circa quas res contingit tertius error. Dub. ¶Sed Dices, ſi Ar. in prima parte huius textus nominauit duos errores, quare nunc declarat tertium? Sol. ¶ Dicitur, ꝙ ſecundus error, implicitè continet duos errores. quorum declarauit vnũ, nunc explicitè declarat reliquum, & Nota ꝙ dixit Ariſt. ꝙ ſecundus error eſt quando nos non demonſtramus, & credimus demonſtrare, quod accidit quando prædicatum comperit generi, primo, & per ſe, ſi demonſtratur de ſpetie, credimus demonſtrare non tamen demonſtramus: & qm̃ genus eſt duplex. Aliud innominatum. Aliud verò nominatum, declarauit de genere innominato; nunc declarat de genere nominato: & dicit, ꝙ quando eſt aliquod prædicatum, quod competit toti .i. generi nominato, vt animali ſi demonſtramus de parte. i. de ſpetie, vt de homine, credimus demonſtrare, & non demonſtramus, quod innuit Ar. per hæc verba: quando dicit (vel contingat eſſe, vt in parte totum, quod monſtratur) .i. contingit tertius modus errandi. quando demonſtratur aliquod prædicatum, quod eſt in aliquo. ſicut pars in toto, vel nominatum ſit, vel innominatum ſit illud totum. dummodo illud prædicatum ſit generis proprium, ſi demonſtratur de parte. i. de ſpetie aberramus: & ſi quæres quæ eſt cauſa huius erroris. Reſpondet Ar. & dicit (iis enim quæ ſunt in parte, inerit quidem demonſtratio, & erit de omni, ſed tamen non erit huius primi vniuerſaliter demonſtratio) .i. cauſa huius erroris eſt, qm̃ illud quod competit generi, poteſt demonſtrari de omnibus iis, quæ ſunt in parte. i. de omnibus ſpetiebus: & licet demonſtretur de omnibus ſpetiebus: tamen non bene demonſtramus, credimus tamen bene demonſtrare: qm̃ deficit alia conditio, quæ eſt ꝙ non primò demonſtratur. Dub. ¶ Dices, quomodo non eſt primò monſtratum de ſpetie, id quod competit generi? Sol. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (dico autem huius primi, ſm̃ ꝙ huius demonſtratio).i. dico, ꝙ non eſt primo monſtratum .i. inquantum ipſum. quando ſit primi vniuerſaliter. i. quam hoc modo diximus eſſe primum vniuerſaliter, ſcilicet inquantum ipſum. ¶ Vel dicas, (quando ſit primi vniuerſaliter). i. cùm ſit generis primi, vniuerſaliter non ſpetiebus, quod competit generi, vt puta ſenſibile primo ineſt animali, generi non equo; vel homini ſpetiei. teſte Ar. 2. de part. an. cap. 8. & 3. de part. an. cap. 4. 2. de anima 16. ac etiam in libro de iuuentute, & ſenectute, cap. 1. quod confirmat in libro de ſenſu, & ſenſili cap. 1. Dub. ¶ Dices quod intelligit Ar. per ly (totum). Sol. ¶ Dicas ꝙ intelligit genus, vt 1. phy. 4. & in cap. de ſpetie aſſerit Porphyrius. Dub. ¶ Iterum Dices, quare genus dicitur totum?

Sol. ¶ Dicas cum Ariſt. 1. phy. 4. quoniam continet, & cum Porphyrio ibidem, quoniam continet partes ſub ſe, quæ partes ſunt ſpecies, quæ ſpecies ſunt partes ſubiectiuæ ipſius generis, id eſt quia ſubiiciuntur generi. Dub. ¶ Sed Dices 1. phyſic. 5. genus eſt pars, ergo non totum. Sol. ¶ Dicitur, quòd genus dicitur totum, tamen non verè totum exiſtens extra animam, vt Sortes. ſed dicitur totum metaphoricè, & ſecundùm ſimilitudinem, quod totum potentiale nominatur, & ideo dicit Ariſt. 1. phy. 4. clarius. tamen Porphyrius cap. de ſpetie: quòd genus eſt (quoddam totum) modo ly (quoddam dicit diminutionem, hoc eſt, quaſi totum non verè totum. ſi verò dicitur pars, non niſi inquantum ponitur in definitione ipſius ſpetiei: ex quibus nota regulam, quòd quotieſcumque eſt aliquod prædicatum, quod competit toti: ſi tribuitur, vel demonſtratur de parte, vel è contra illa demonſtratio eſt per accidens, 4. phyſic. 45. quod confirmat Ariſt. 2. topic. loco 11. vbi inquit: non enim neceſſarium, quæcumque generi inſunt, & ſpetiei ineſſe. Replica. ¶ Dices contra, nam 1. phyſic. 5. ſpeties eſt totum: ergo ſi prædicatum, quod competit toti: ſi demonſtratur de ſpetie, bene demonſtratur, quoniam ſpeties eſt totum. Sol. ¶ Dicas, quòd totum eſt duplex. Aliud genericum: Aliud ſpecificum: tunc dicitur quòd prædicatum, quod competit toti generico, ſi demonſtratur de toto ſpecifico, male demonſtratur. Replica. ¶ Dices ſed totum ſpecificum eſt totum genericum: quia ſpecies eſt genus, in cap. de ſpetie. Porphyrius ergo prædicatum quod demonſtratur de toto ſpecifico, demonſtratur de toto generico, & bene demonſtratur. Sol. ¶ Dicas, quòd ſpeties eſt genus, loquendo de ſpetie ſubalterna, & ſic quod demonſtratur de toto generico primo, & per ſe, demonſtratur de toto ſpecifico ſubalterno, & è contra noſtra tamen diſputatio eſt de ſpetie ſpecialiſſima, & dicimus quòd prædicatum quod primo, & per ſe demonſtratur de toto .i. genere nullo modo. niſi per accidens poteſt demonſtrari de ſpetie ſpetialiſſima. Notandũ. ¶ Nota aliud, quod genus eſt duplex. Aliud vniuocum, vt animal. Aliud analogum, vt ens, vtrumque genus ſub ſe continet ſpeties. quo ſtante, ſcias quòd Ariſt. in textu loquitur de genere vniuoco: quando dicit, quod prædicatum, quod competit generi, ſi demonſtratur de ſpetie, licet ſi demonſtratio de omni, tamen malè demonſtratur, quoniam non demonſtratur primo, & vniuerſaliter, ſed quando eſt prædicatum, quod competit generi analogo: ſi demonſtratur de ſpetie, bene demonſtratur vniuerſaliter primo, & per ſe.

Digitized by Google

Si quis igitur monſtret, quòd rectæ non coincidunt, videretur vtique huius eſſe demonſtratio, eo quòd in omnibus eſt rectis: non eſt autem: ſi quidem non, quoniam ſic æquales ſit hoc, ſed ſecundùm quòd quomodocumq; æquales.

C v m Ar. notificauit primum ſecundum, & tertium, errores contingentes circa prædicatum vniuerſale, nunc declarat exemplo tertium errorem, & pro intelligentia Nota quod diximus, ſ. ꝙ tertius error eſt: quando demonſtramus prædicatum, quod competit primo, & per ſe generi nominato de ſpetie credimus tunc demonſtrare, & non demonſtramus. Nota aliud, ꝙ ſicut animal, quod eſt genus, cõtinet ſub ſe plures ſpecies, vt hominem, capram, leonem, & bouem, ſic linea, vt linea communiter ſumpta eſt genus ad lineam rectam, curuam, & circularem: tamquam ad ſuas ſpecies, & ſicut animal vti genus prædicatur de ſuis ſpetiebus, ſic linea vti genus prædicatur de his vti de ſpetiebus. Nota aliud ꝙ ſicut ſenſibile eſt prædicatum, quod primo, & per ſe competit animali generi: ſi demonſtraretur de homine, boue, & equo; vti de ſuis ſpetiebus crederemus demonſtrare, tamen non demonſtraremus, ſimiliter hoc prædicatum ſ. non coincidere, competit lineæ, vt lineæ tamquam generi primo, & per ſe; ſi verò demonſtraretur de linea recta, vel de linea circulari: tamquam de ſpetie male demonſtraretur: licet illa demonſtratio ſit de omni, his præhabitis, dicit Ar. ſic (ſi quis igitur monſtret, quòd rectè non coincidunt, videretur vtique huius eſſe demonſtratio: eò quòd omnibus eſt rectis. non eſt autem.) q. d. Ar. ſi tu exemplo vis ſcire, quando credimus demonſtrare vniuerſaliter, & non demonſtramus declaro ſic, per hoc exemplum, vt puta (ſi quis monſtret) .i. ſi aliquis demonſtret, adde tu hoc prædicatum. ſ. non coincidere (ꝙ rectè non coincidunt) ſi. de lineis rectis, ꝙ non coincidunt tamquam de ſpetie (videtur vtique huius eſſe demonſtratio.) .i. appareret (vtique pro certo (huius) .i. prædicati (eſſe demonſtratio) adde tu vniuerſaliter. (eo ꝙ omnibus eſt rectis) .i. qm̄, ſupple tu, hoc prædicatum non coincidere (eſt) pro ineſt (omnibus) .i. lineis rectis) .i. quoniam eſt prædicatum de omni (non eſt autem) autem pro ſed, q. d. Ariſt. ſed non eſt demonſtratio: quoniam licet ſit de omni: tamen non eſt prima, & ſic decipitur ille demonſtrator demonſtrans prædicatum de ſpetie, quod primo competit generi, credens demonſtrare: tamen non demonſtrat.

Dub. ¶ Dices, ꝙ Ar. hic videtur allucinari: quoniam illud quod competit toti, ſine dubio poteſt oſtendi de parte, & probatur ſic, dicit enim Ar. 1. cæli 19. 73. 80. & 50. 2. cæli 35. 92. 100. 101. 105. 4. cæli 22. ꝙ eadem eſt ratio totius, & partis: ex quo fiat hæc ratio, illa quæ habent eamdem rationem, habent eamdem formam; quoniam ratio eſt forma, 2. phy. 28. & quæ habent eamdem formam, habent etiam eamdem actionem 1. cæli 19. & eamdem, paſſionem: ſed genus eſt totum, & ſpeties eſt pars Porphyrio teſte. in cap. de ſpetie, ergo: habent eamdem rationem, eamdem formam & eamdem actionem, & paſſionem; ergo illa paſſio, ſeu prædicatum, quod primo, & per ſe, demonſtratur de toto, de genere ſi demonſtratur, de ſpetie, bene demonſtratur.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ pars eſt duplex 1. de hiſt. an. cap. 1. & 2. de part. an. cap. 2. nec non 4. meteor. textu 48. Alia enim eſt pars ſimilaris, vt caro, ſanguis & lac. Alia eſt pars ſubiectiua, vt eſt ſpecies, homo, leo, bos: tunc dicitur, ꝙ quando dicit Ar. ꝙ eadem eſt ratio totius, & partis ſimiliter actio loquitur de parte ſimilari, veluti ſi tota terra tendit deorſum primò, & per ſe pars etiam terræ tendit deorſum primò, & per ſe, 1. cæli 16. 73. 80. 50. & 2. cæli 35. 92. 100. 102. 105. & 4. cæli 22. & 3. phy. 52. ſed ſi animal primo, & per ſe eſt ſenſibile, homo qui eſt pars ſubiectiua, & ſpeties ipſius animalis, non eſt primo, & per ſe ſenſibilis, & ſic valet argumentum de parte ſimilari, & non de parte ſubiectiua.

Et ſi triangulus non eſſet aliud, quàm æquicrus, ſecundum quòd equicrus videretur, vtique ineſſe. Text. 40.

P o s t q v a m Ar. monuit, ꝙ tres errores contingunt circa prædicatum vniuerſale, & vtens ordine retrogrado, dedit exemplum de tertio errore, nunc exemplificat de duobus aliis: verum primum de primo, deinde de 2. errore. ¶ Ideo diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. affert exemplum, de primo errore. in 2. ibi (& proportionale) exemplificat de 2. errore: quo igitur ad primum ait Ar. (& ſi triangulus non eſſet aliud, quàm æquicrus: ſecundum quod æquicrus, videretur vtique ineſſe) .i. ſi ſub triangulo non eſſet: niſi vnum, quod eſſet æquicrus, & velles demonſtrare aliquod prædicatum de ipſo: v. g. habere tres angulos poteris demonſtrare primo, & per ſe, licet crederes nõ demonſtrare optimè: tamen demonſtrabis: qm̄ qn̄ demonſtratur illud prædicatum vniuerſale, non demonſtratur de hoc æquicrure ſignato ſed de natura æquicruris, quæ eſt communis & vniuerſalis, & ſicut dicimus de æquicrure, ſic etiam de omnibus aliis rebus, quarũ non eſt, niſi vnum indiuiduum: v. g. de Sole, qui eſt vnus in mundo poſſumus, demonſtrare hoc prædicatum ſ. ꝙ eſt maximè luminoſus, Diuiſio text.

vel ꝙ eſt tota pars terræ, ſeu maior pars terræ; non enim de Sole, vt eſt vnum ſingulare, demonſtratur hoc prædicatum vniuerſale; ſed de natura Solis, quæ eſt communis, & vniuerſalis, apta prædicari de pluribus: ſi plures eſſent Soles, qm̃ aſſignamus aliud exemplum, & præſupponatur caſus, ꝙ ſi ſub homine ſpecie humana: non eſſet, nec reperiretur, niſi vnum indiuiduum: vt Sortes ſi demonſtraremus de Sorte, hoc prædicatum vniuerſale, vt riſibile certè crederemus, non demonſtrare: tamen bene demonſtraremus) dicendo ſic, omne rationale eſt riſibile, Sortes eſt rationalis, ergo Sortes eſt riſibilis, ecce modo prædicatum vniuerſale, eſt demonſtratum de ſubiecto ſingulari: credimus non demonſtraſſe, & tamen demonſtramus; qm̃ illud prædicatum vniuerſale non demonſtratur de Sorte: tamquam de ſubiecto ſingulari, & vt ſingulare eſt; ſed de natura vniuerſali, quæ reperitur in illo ſingulari, & ſic prædicatum vniuerſale, habet correſpondentiam cum ſubiecto vniuerſali; vnde optimè aſſerit Au. in epit. log. cap. de demon. vbi ait, ꝙ demonſtratio eſt ſyllogiſmus: qui fit ex vniuerſalibus, hinc nota ꝙ non ſine cauſa dixit Ar. in 1. periher. cap. 5. diffiniens vniuerſale, dixit vniuerſale eſt aptum, natum prædicari de pluribhs: & non dixit vniuerſale, quod actu prædicatur de pluribus, propter ſingularia æterna, vt eſt cælnm, luna Sol, Mundus, quæ non actu, ſed aptitudine de pluribus prædicantur.

Et proportionale, quod alternatim ſecundùm quòd numeri, & ſecundùm quòd lineæ, & ſecundùm quòd ſolida, & ſecundùm quòd tempora, quemadmodum, & monſtrabitur aliquando ſeorſum contingens eſt, vtique de omnibus vnica demonſtratione monſtrari; ſed quia non eſt nominatum, quoddam omnia hæc vnum numeri, longitudines, tempora, & ſpetie differre, à ſe inuicem ſeorſum accipiebatur; nunc autem vniuerſaliter monſtratur, non enim ſecundum quòd lineæ, aut ſecundùm quòd numeri ineeat, ſed ſecundùm, quòd hoc quod vniuerſale ſupponunt eſſe.

Cvm Ar. in prima parte huius textus exemplificauit de primo errore, in hac 2. parte exemplificat de 2. errore: ſed ſcias, ꝙ ſicut datur genus nominatum, ſic etiam datur genus innominatum, ſub ſe continens ſuas ſpeties: ſicuti enim animal, quod continet ſub ſe ſuas ſpeties, vt hominem, capram, leonem; ſic genus innominatum cõtinet ſuas ſpeties; & Nota ꝙ ſicut quando eſt aliquod prædicatum, quod primo, & per ſe competit generi nominato, ſi demonſtratur de ſuis ſpetiebus per accidens: & male demonſtratur, ſimiliter quando eſt aliquod prædicatum, quod competit generi innominato: ſi demonſtraretur, de ſuis ſpetiebus per accidens, & male demonſtraretur, quo ſic ſtante, Nota ꝙ numerus, linea, ſolidum, tempus, & ſimilia ſunt ſpeties, quæ continentur ſub genere innominato: nota aliud ꝙ datur vnum prædicatum, quod primo, & per ſe competit generi innominato, quod prædicatum eſt hoc ſ. proportionale, ſi hoc prædicatum demonſtraretur de numero, vel de linea, vel de ſolido, vel de tempore: tamquam de ſpetiebus crederemus demonſtrare: & non demonſtraremus, qm̃ nec numerus, nec alia harum ſpetierum, eſt proportionalis, inquantum eſt numerus: nec inquantum eſt linea, ſed hoc prædicatũ competit eis ratione ſui generis innominati, cui primo competit eſſe proportionale, qm̃ qñ eſt aliquod prædicatum, quod competit pluribus, & vni non ratione alterius, tunc competit illis ratione tertij, vt ſenſibile competit pluribus ſpetiebus, vt homini, capræ, leoni, & non competit homini, propter leonem, ergo ratione tertij .i. ratione ipſius animalis ſimiliter, hoc prædicatum ſ. proportionale, competit numero lineæ, ſolido, tempori, quæ ſunt ſpeties, & non competit vni ratione alterius; ergo ratione tertij, ſ. ſui generis, cui primo competit, & ſic competit eis per accidens. ¶ Dices ſi aliquis faciet Dub.
tot demonſtrationes, quot ſunt iſtæ ſpeties: demonſtrando hoc prædicatum de numero, deinde faciendo aliam demonſtrationem de linea: & ſic de ſingulis, non ne optimè demonſtrabit? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (nec Sol.
contingens eſt vnica demonſtratione) q. d. ſi tu demonſtras hoc prædicatem proportionale ſimul de omnibus iſtis ſpetiebus (vnica demonſtratione), i. per vnam demonſtrationem, ſiue quot ſunt ſpeties, tot facies demonſtrationes, ſit quomodocumque ſemper demonſtrabis per accidens, non per ſe, & crederes demonſtrare, & numquam bene demonſtrabis, exemplum eſt clariſſimum, ſi inter deambulandum inuenirem lapidem pretioſum, & neſcio dominum nominatum, & proprium illius lapidis, ſi ego darem Antonio, qui non eſt verus dominus illius lapidis, crederem benefacere, tamen non bene facerem à pari, ſi eſt aliquod prædicatum, quod competit generi, ſiue illud genus fuerit nominatum, ſiue innominatum, & illud prædicatum demonſtraremus de ſuis ſpetiebus, non quidem bene demonſtraremus, qm̃ prædicatum proprium debet demonſtrari de ſubiecto proprio, iuxta ſententiam Ariſt. 1. poſt. 9. & 66. ſi legibus fides eſt adhibenda, ſicuti de facto adhibetur; iuſtitia dicitur illa quæ eſt ſanctio ſancta, reddens vnicuique, quod ſuum eſt, vt prædicatum generis generi,

Digitized by Google

neri,& prædicatum ſpeciei, ſpeciei: iuxta illud, quæ ſunt Ceſaris, Ceſari, Dei, Deo.

Text. 41. *Propter hoc ſi aliquis monſtret ſingulum triangulum demonſtratione, aut vna, aut altera, quòd duos rectos habet vnumquodque æquilaterum ſeorſum, & gradatum, & æquicrus nondum nouit triangulum, quòd duobus rectis; niſi ſophiſtico modo, neque vniuerſaliter triangulum.*

Cvm Ar. aſſignauit exemplum de 2. errore, quod exemplum eſt de genere innominato, ſ. ꝙ quando eſt aliquod prædicatum, quod primo, & per ſe competit generi innominato, ſi demonſtratur de ſpetiebus, credimus demonſtrare: tamen non demonſtramus nunc vt manifeſtior ſit ille ſecundus error, vult declarare illummet 2. errorem in genere nominato, verùm eſt notandum, ꝙ triangulus eſt genus nominatum; ſub quo continentur ſuæ ſpecies, vt Iſopleuron, Scalenon, & Iſocheles, datur poſtea hoc prædicatum, ſ. habere tres angulos æquales duobus rectis: quod prædicatum eſt vniuerſale ipſi triangulo, generi cui primo, & per ſe competit; & de quo primo, & per ſe demonſtratur, vt in hac demonſtratione, omnis figura plana tribus lineis contenta: ergo triangulus habet tres angulos duobus rectis: hæc quidem eſt demonſtratio vera, & per ſe: quia demonſtrat prædicatum proprium de genere: tamquam de ſubiecto proprio: ſi verò hoc prædicatum ſ. habere tres angulos, demonſtraretur de vna ſpetie: vel de omnibus ſpetiebus, ſ. de iſopleuro, vel de ſcalenone, vel de iſochele, crederemus quidem demonſtrare, tamen non demonſtraremus: quia illud prædicatum non eſt vniuerſale, primo & per ſe competens ſpeciei, nec proprium, nec conuertibile, ſed ſophiſtico modo ſciremus: v. g. ſi diceremus ſic in hac demonſtratione, omnis figura plana tribus lineis contenta, habet tres angulos æquales, ſed Iſochles eſt figura plana tribus lineis contenta, ergo Iſochles habet tres angulos æquales, hæc demonſtratio eſt per accidens, quia demonſtrat prædicatum de ſpetie, quod primo, & per ſe conpetit generi, quo modo ſententia eſt Au. 4. phy. 45. quod competit toti, primo, & & per ſe, competit parti per accidens. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. parte ex dictis infert, ꝙ ſicut quod competit generi innominato primo, & per ſe, non poteſt demonſtrari de ſpetiebus ſuis, ſic etiam quod competit generi nominato primo, & per ſe, non poteſt demonſtrari de ſuis ſpetiebus, in 2. ibi (neque ſi nullum eſt præter hæc) declarat ꝙ illud prædicatum, quod competit generi, ſi demonſtratur de ſpetiebus: non demonſtratur ſm ꝙ ipſum; & ſi nullam ſpetiem relinquas, de qua non demonſtras, id quod competit generi: his præhabitis, ait Ar. ſic (propter hoc). i. propter cauſam dictam, de ſpetiebus generis innominati, ſ. ꝙ proportionale, quod eſt prædicatum competens generi innominato, ſi demonſtratur de ſpetiebus, male demonſtratur: ſic etiam dicimus de ſpetiebus generis nominati, ꝙ numquam bene demonſtramus de ſpetiebus ſuis, prædicatum quod primo, & per ſe competit ei (Neque ſi aliquis monſtret ſingulum triangulum, ꝙ duos rectos habet) i. ſi aliquis demonſtrat (vna demonſtratione) i. per vnam demonſtrationem (ſingulum triangulum) i. includens in illa vna demonſtratione ſingulas, & omnes ſpecies trianguli, dicendo ſic, omne habens angulum, extrinſecum habet angulos: ſed omnis Iſocheles, Scalenon, Yſopleuron habet angulum extrinſecum, ergo omnis Yſocheles, Scalenon, Yſopleuron habet angulos, ac ſi nullam ſpetiem reliquas: nullo modo bene demonſtras (aut altera demonſtratione) i. quot ſunt ſpeties trianguli alteræ, & diuerſæ, tot facies alteras: & diuerſas demonſtrationes; dicendo ſic omne habens angulum extrinſecum habet angulos, omnis Yſocheles habet angulos (nondum nouit) i. nondum ſciuit triangulum, habere tres angulos æquales i. non ſciuit vniuerſaliter, & ſm ꝙ ipſum, niſi ſophiſtico modo, & per accidens.

Neque ſi nullum eſt præter hæc triangulum alterum, non enim ſecundùm quòd triangulum nouit, neque omne triangulum, niſi ſecundùm numerum, ſecundum ſpetiem autem non omne, & ſi nullum eſt, quod non nouit.

Postqvam Ar. dixit, ꝙ id quod competit triangulo, vniuerſaliter non poteſt demonſtrari de equicrure, tamquam de ſpetie trianguli ſeparatim. i. vna demonſtratione, in hac parte declarat, ꝙ neq; altera demonſtratione de omnibus inſimul ſpetiebus trianguli, & ſi nullam relinquas, quod competit triangulo primo, & vniuerſaliter de illis demonſtrari poteſt, vnde dicit Ar. (neque ſi nullum alterum triangulum eſt præter hæc) i. præter ſpeties, quas numerauimus de triangulo, & nullum ſit quod non nouit, non ſm triangulum nouit, neque omne triangulum, niſi ſecundùm numerum. i. niſi ſm inductionem, ſm ſpetiem, autem non omne, ſed tantum inductione, & accidentaliter, non eſſentialiter, quia inductio, non facit ſcire, niſi prædicata communia, non eſſentialia, loquẽdo de inductione topica, non de demonſtratiua; ¶ Dices quid eſt cognoſcere ſm numerum? ¶ Dicas ꝙ ſcire ſm numerum, eſt Dub. Sol.

ſcire

Digitized by Google

ſcire per indnctionem. i. numerando ſingularia, vt dicendo ſic Scaleuus habet tres Yſopleurus habet tres, equicrus habet tres, ergo triangulus habet tres, iſta eſt cognitio ſm̃ numerum, quæ ſophiſtica, & per accidens appellatur, non eſt cognitio ſm̃ ſpetiem: & per rationem propriam, qm̃ prædicatum, quod primo, & per ſe competit ei, ratione ſpetiei, non enim quia Yſo. heles, vel Equicrus, & Scalenus, qui ſunt ſpecies trianguli, habent tres angulos propterea triangulus, qui eſt genus habet tres angulos: ſed primo, & per ſe: inquantum triangulus, & genns eſt non ratione alterius exemplum pro iunioribus, & pro textus intelligentia, ſumatur animal, quod eſt genus, ſumantur deinde ſuæ ſpecies, vt homo, leo, capra, vltimo ſumatur ſenſibile: quod eſt pædicatum, quod primò, & per ſe competit animali, quod eſt genus, ſi aliquis per vnam demonſtrationem demonſtrat hoc prædicatum ſenſibile de omnibus ſpetiebus, nullam relinquendo, ſed omnes includendo. dicit Ar. ꝙ non ſcit ſm̃ ꝙ ipſum, & vniuerſaliter: ſed ſm̃ accidens, & ſophiſtico modo, dicendo ſic: homo eſt ſenſibilis, leo eſt ſenſibilis, equus eſt ſenſibilis: ergo animal eſt ſenſibile, non enim animal eſt ſenſibile, qm̃ homo, vel equus, & bos, eſt ſenſibilis: ſed animal primo, & per ſe, & in quantum animal eſt ſenſibile: ex quibus ſequitur ꝙ tunc nos verè, per ſe, non ſophiſtico modo ſcimus: quando ſcimus prædicatum primum, proprium, vniuerſale de ſubiecto ſuo, primo, proprio, & vniuerſali, & demonſtratio quæ fit ex iſtis prædicatis primis, eſt vera, & analoga; quæ verò demonſtratio ex talibus primis prædicatis, non fit æquiuocæ: dicitur demonſtratio, vt teſtatur Au. 2. poſt. 94. quod quidem his rationibus probatur, & primo ex definitione demonſtrationis tradita in textu 9. vbi inquit Ar. ꝙ demonſtratio fit ex veris primis, & ſi non fieret ex veris primis, non faceret ſcire finem ſuum, vnde oritur ratio talis, id quod competit alicui, per definitionem ſuam competit illi per ſe 1. poſt. 30. & quod competit alicui per ſe, competit omni 1. poſt. 29. 36. & 2. poſt. 94. ſed per definitionem demonſtrationis, ſibi competit, ꝙ conſtet, & fiat ex primis: ergo ei competit per ſe, & ſi per ſe: ergo de omni, ergo omnis ſpecies demonſtrationis, ſiue fuerit ſimpliciter, ſiue propter quid, ſiue quia fit ex primis. Amplius id quod eſt per accidens 1. poſt. 41. & 94. nec non in 3. quæſito poſt. non ingreditur demonſtrationem, qm̃ facit deceptionem, non ſcientiam; ſed id quod non eſt primum, eſt per accidens 2. poſt. 94. ergo id quod non eſt primum, non ingreditur demonſtrationem, ergo id, quod eſt primum, ingreditur demonſtratione᷑, quia facit ſcientiam, ſequitur ex his ꝙ omnis demonſtratio fit ex primis, quod etiam confirmat Au. 1. poſt. 36.

¶ Dices contra, nam locus eſt Au. in 3. quæſito poſt. ꝙ cõſtare ex primis eſt de conditionibus requiſitis, ad demonſtrationem ſimpliciter. non propter quid, & quia: ergo non omnis demonſtratio fit ex primis. Replica

¶ Dicitur ꝙ competit hæc conditio demonſtrationi ſimpliciter, primo, & per ſe: tamquam cauſæ, tamen competit propter quid, & quia ſecundariò, & analogicè. Sol.

¶ Vel dicas, ꝙ competit ſoli demonſtrationi ſimpliciter, & non competit demonſtrationi propter quid, & quia æquiuocè dictis. Alia ſol.

¶ Dices ſi demonſtratio ſimpliciter eſt cauſa, quæ cauſa eſt? Dub.

¶ Dicitur ꝙ eſt cauſa finalis, ad quam omnes aliæ demonſtrationes reducuntur, tamquam imperfectum ad perfectum, qm̃ perfectum, eſt finis eorum, quæ imperfecta ſunt, vt clarè teſtatur Ar. 1. magnorum moralium cap. 1. & qm̃ inter ſpecies demonſtrationis, eſt demonſtratio ſimpliciter 1. poſt 7. ideo aliæ omnes ad ipſam reducuntur, à qua ſumunt perfectionem, & nomen demonſtrationis, vt aſſerit Au. 1. poſt. 10. Sol.

¶ Amplius Ar. 1. top. 1. ait ꝙ dantur præmiſſæ demonſtratiuæ, primæ immediatè, & aliæ, quæ ſumpſerunt fidem à primis. Dub.

¶ Dr̃ ꝙ ſi non ſunt primæ, & indemonſtrabiles ſimpliciter ſunt; tñ primæ, & indemonſtrabiles ſm̃ quid. Sol.

¶ Amplius Ar. probat demonſtratiuè, ꝙ primus motor eſt æternus in 8. phy. & ꝙ materia prima eſt ingenita, & incorruptibilis in 1. phy. & in 2. cæli, ꝙ terra eſt ſpherica, quæ non ſunt prædicata prima. Dub.

¶ Dicitur ꝙ eſt falſum: ꝙ Ar. probat primum motorem eſſe æternum demonſtratiuè, qm̃ probat exiſtentiam primi motoris: qua probata deinde per definitione᷑ ſuam, & non ꝑ demõſtratione᷑ inueſtigat, ꝙ eſt æternus. & ſic etiam dicimus de aliis. Sol.

¶ Amplius 1. poſt. 34. & 35. ait Au. ꝙ demonſtratio, propter quid, & quia, procedunt ex cauſis agentibus & finalibus, quæ ſunt cauſæ extrinſecæ 1. phy. 1. & in 8. quæſito poſt. quæ cauſæ extrinſecæ non ſunt prædicata prima 2. poſt. 57. ergo demonſtratio propter quid, & quia non fiunt ex primis. Dub.

¶ Dicitur ꝙ falſum eſt dicere ꝙ cauſæ efficientes, & finales ingrediuntur demonſtrationes propter quid, & quia analogice dictas: ſed ingrediuntur demonſtrationes propter quid, & quia æquiuoce dictas. Sol.

¶ Amplius Au. 1. poſt. 10. inquit ꝙ demonſtrationes propter quid, & quia ſunt demonſtrationes non per ſe, ſed per alind, ſunt demonſtrationes, quarum præmiſſæ ſunt mediatæ, ſunt ſecundariò demonſtrationes, & æquiuoce, ergo non conſtant ex primis. Dub.

¶ Dicitur, ꝙ ſunt demonſtrationes per aliud ſecundario, & per accidens, non niſi reſpectu demõſtrationis ſimpliciter: ſed ſunt Sol.

demon-

Digitized by Google

demonſtrationes veræ in genere ſuo, tñ ſuæ præmiſſæ ſunt mediatæ, dicitur ꝙ ſunt mediatæ ſm̃ quid, non ſimpliciter, & ſi ſunt æ-
Dub. quiuocæ demonſtrationes, non ſunt æquiuocæ puræ, ſed analogicæ. ¶ Sed dices 1. poſt. 56. & 2. poſt. 12. & 94. necnon in cap. de demon. & in quæſito 3. poſt. ac etiam 11. met. 1. clararius tamen 6. met. 1. clariſſimè 1. poſt. 52. ait Au. ꝙ maior pars demonſtrationum ſimpliciter, eſt de accidentibus: er-
Sol. go ea, quæ ſunt per accidens ingrediuntur demonſtrationem. ¶ Dicitur ꝙ aliud eſt dicere ꝙ demonſtratio fit de accidentibus, & aliud eſt dicere id quod eſt per accidens, ingreditur demonſtrationem: quo ſtante dicitur, ꝙ in locis citatis, Au. intelligitur hoc modo, ſ. demonſtratio eſt de accidentibus, .i. concludit accidentia eſſentialia: ſed non fit ex accidentibus .i. ex prædicatis; quæ ſunt
Dub. per accidens. ¶ Dices, quare quſita demonſtrationis ſimpliciter ſunt accidentia, & non
Sol. ſubſtantiæ? ¶ Dicitur, qm̃ medium in demonſtratione ſimpliciter, eſt cauſa propria, differentia propria, prædicati concludendi,
Dub. in concluſione. ¶ Iterum dices, quomodo ſequitur hoc, ſ. medium in demonſtratione ſimpliciter, eſt cauſa propria, differentia propria, ergo quæſita quæ per ipſam con-
Sol. cluduntur, ſunt accidentia eſſentialia. ¶ Dicas ex ſufficienti prædicatorum numeratione, nam ſi quæſita demonſtrationis ſimpliciter eſſent prædicata, de ſubſtantia rei, vel eſſet genus, vel differentia, vel tota definitio: qm̃ reliqua prædicata, præter iſta ſunt accidentia: non enim poteſt eſſe genus, qm̃ genera non ſunt prædicata prima 2. poſt. 94. ſed ſunt prædicata per accidens, non differentiæ, & definitiones, qm̃ ſunt prædicata prima, quæ non habent priora, per quæ poſſunt demonſtrari, vt ait Au. in epit. log. in epiſtola de primitate prædicatorum; ſequitur ergo ꝙ nullum iſtorum poteſt eſſe quæſitum in demonſtratione, ſed accidentia eſſentialia, ſunt prædicata quæſita per demonſtrationem, teſte Ar. 1. poſt. 57. & 11. met. 1.
Replica. ¶ Dices contra nam 2. poſt. 37. 40. 42. & in 8. quæſito poſt. ait Auer. ꝙ demonſtrationes ſimpliciter demonſtrant definitionem, ſed definitio eſt forma 3. met. 3. & 7. met. 35. & forma eſt ſubſtantia 2. de anima 2. 25. nec non 7. met. 7. & 12. met. 14. ergo non ſolum
Sol. accidentia ſunt quæſita demonſtrationis ſimpliciter, ſed etiam ſubſtantia. ¶ Dicitur, ꝙ definitiones ſunt bifariam; aliæ ſunt definitiones ſubſtantiarum, aliæ verò ſunt definitiones accidentium, tunc dicitur ꝙ definitiones accidentium, ſunt quæſita demonſtra-
Replica. tionis, non definitiones ſubſtantiarum. ¶ Dices contra, nam Au. in 3. quæſito poſt. vbi inquit, ꝙ differentia, quæ eſt ſubſtantia per definitionem differentiæ, poteſt demonſtrari demonſtratione ſimpliciter, ergo non ſolùm accidentia, & definitiones accidentium ſed etiam ſubſtantia poteſt eſſe quæſitum in demonſtratione ſimpliciter. ¶ Dicitur, ꝙ Sol.
differentia ſumitur bifariam, vno modo, vt eſt prædicatum in quid, alio modo, vt eſt prædicatum per ſe, tunc dicitur, ꝙ ſi differentia demonſtratur per demonſtrationem ſimpliciter, non demonſtratur, vt eſt prædicatum in quid; ſed vt prædicatum per ſe, ignotum de ſubiecto.

Quando igitur non ſciuit vniuerſaliter, & quando ſciuit ſimpliciter. Tex. 42.

CVM Ar. notificauit errores contingentes, circa prædicatum vniuerſale, demonſtrandum de ſubiecto, & dixit ꝙ quando aliquod prædicatum competit generi primo, & per ſe, ſiue illud genus fuerit nominatum, ſiue innominatum, ſi demonſtratur de ſpetie vna, vel de omnibns ſpetiebus contentis ſub illis generibus, credimus demonſtrare; tamen non demonſtramus, & ſic non ſcimus propriè, & vniuerſaliter: ſed qñ demonſtratur de genere, tamquam de ſuo ſubiecto proprio: tunc demonſtramus, & ſcimus propriè, & vniuerſaliter in hoc textu epilogat, quæ dixit aſſignando regulam cognoſcendi prædicatum vniuerſale. ¶ Diuiditur iſte textus Diuiſio
in 2. partes, in 1. epilogat quæ dixit in 2. ibi text.
(manifeſtum) dat regulnm cognoſcendi prædicatum vniueſſale, quantum ad primnm, dicit ſic (quando igitur non ſciuit vniuerſaliter). i. quando aliquis non ſciuit (vniuerſaliter). i. primò, & per ſe, q. d. manifeſtum eſt, id eſt quando aliquis non demonſtrat prædicatum de ſubiecto, cui primò, & per ſe competit non ſciuit vniuerſaliter. i. propriè, & per ſe, ſed ſciuit per accidens (& quando ſciuit ſimpliciter). i. manifeſtum eſt, q. d. Ar. ꝙ quando aliquis demonſtrat prædicatum, quod eſt de omni per ſe, & primum tunc ſcit ſimpliciter. i. vniuerſaliter: qm̃ ille qui ſimpliciter ſcit vniuerſaliter ſcit, qui verò non ſcit vniuerſaliter, non ſcit ſimpliciter, dicebamus enim in definitione ipſius ſcire, in 7. textu ꝙ ibi intendebatur ſcire ſimpliciter, & non per accidens; ſi ergo hoc ſcire ſimpliciter eſt ſcire vniuerſaliter: ergo non ſcire vniuerſaliter, erit ſcire per accidens, hinc Nota, ꝙ dicit Au. in quæſito 4. poſt. hæ itaque tres conditiones, quas Ar. vocat prædicationem de omni, ſunt propriiſſimè conditionum præmiſſarum demonſtrationis, & nobiliſſimarum ſuarum ſpecierum, quarum notitia humana, cum nobis peruenerit notificat rem ipſam, ſecundùm ꝙ eſt ens, qui verò ſciret rem per præmiſſas, quibus deficit

aliqua

aliqua harum trium conditionum, ſciret illam aliter, quam eſt, ex quo non ſciret illam per res neceſſarias, ex quibus conſtituitur eſſentia rei, notabiliſſima autem harum trium conditionum, & excellentiſſima, & fortiſſima ipſarum, circa hanc rem eſt ipſas eſſe primas.

Manifeſtum quòd ſi idem eſſet triangulo eſſe, & æquilatero, aut vnicuique, aut omnibus: ſi autem non idem, ſed alterum ineſt autem ſecundum quòd triangulum non nouit.

PRO huius particulæ continuationis intelligentia eſt ſciendum: ꝙ finis logices eſt tradere regulas, conditiones, & attributa præmiſſarum demonſtrationis; vt teſtatur Au. in quæſito 4. poſt. verùm etiam in epit. log. cap. 1. quo ſtante inferas contra illos, qui tenent in logica fieri demonſtrationes, continuatur ergo hęc pars textus hoc pacto: poſtquam ſupra epilogauit, qñ aliquis ſciuit vniuerſaliter. i. primò, & per ſe, & quando non ſciuit vniuerſaliter: ſed ſecundarlò, & per accidens, nunc aſſignat regulam, per quam ſcimus prædicatum vniuerſale, dum nobis ambiguum fuerit, ſed pro intelligentia eſt ſciendum, quòd vt dicit Ar. 2. periher. cap. 2. ſubiecta de quibus prædicantur prædicata, ſunt duobus modis, quædam enim ſunt, quæ ſunt plura dictionibus. i. quæ habent plura nomina, & plura ſignificata, vt homo, bos, leo, quędam verò ſunt quæ habent plures dictiones, plura nomina: tamẽ habent vnum ſignificatum, vt tunica, veſtis, indumentum; nota aliud ex tertio de anima textu 9. ꝙ eſſe eſt duplex 2. poſt. 33. aliud enim eſt eſſe eſſentiæ 1. phy. 60. & 65. aliud verò eſt eſſe exiſtentiæ: his præhabitis Ar. aſſignat regulam inueniendi prædicatum vniuerſale, quod prædicatur de ſubiectis conuenientibus, in ſignificato differentibus, tamen dictione. i. nomine, & dicit (manifeſtum, ꝙ ſi idem eſſet triangulo eſſe, & æquilatero, aut vnicuique, aut omnibus). i. quando prædicatum vniuerſale prædicatur de ſubiecto, quod habet plures dictiones, plura nomina, veluti ſunt nomina ſynonima, tunc prædicatũ quod eſt vniuerſale vni nomini, eſt etiam vniuerſale omnibus aliis nominibus, v.g. tunica, veſtis, indumentum, prædicatum: quod eſt vniuerſale tunicæ, etiam eſt vniuerſale veſti, & indumento, qm̃ habent vnum ſignificatum: vnde dicit Ar. ſi idem eſſet, eſſe, ſeu eſſentia competens triangulo, & æquilatero, .i. ſi æquilaterus, & triangulus non different; niſi dictione, nomine, & haberent idem eſſe, & idem ſignificatum, tunc hoc prædicatum vniuerſale, ſ. habere tres angulos, quod primo competit triangulo; competeret etiam æquilatero primo, & per ſe, & hoc eſt verum, ſiue affirmes illud prædicatum, de vnoquoque ſubiecto ſeparatim; ſiue de omnibus, ſimul (ſi autem non idem, ſed alterum, ineſt autem ſm̃ ꝙ triangulum non nouit) q.d. ſi autem non fuerit idem eſſe, & ſignificatum trianguli, & æquilateri: ſed duo diuerſa in nomine, & ſignificato prædicatum quod primo & per ſe competit vni, non primo, & per ſe competit alteri, vt homo, & bos, ſunt duo, quæ nomine, & ſignificato differunt hoc prædicatum ſ. riſibile; quod primo, & per ſe competit homini: non primo, & per ſe, ſed per accidens competit boui, & aliis. ¶ Dices hoc prædicatum habere angulos, nullo modo ineſt æquilatero? ¶ Reſpondet Ar. & dicit, ꝙ ineſt de omni. i. competit omni æquilatero, (autem) pro ſed non ſm̃ ꝙ triangulum nouit .i. non competit ſm̃ ꝙ triangulum. i. primo, & per ſe, & ſic non nouit, non ſciuit hoc prædicatum, de æquilatero primo, & per ſe, ſed de omni tantum, & ſic per accidens, ex quibus nota regulam, quando ſunt plura nomina habentia vnum ſignificatum: vt enſis, ſpata, gladius, illud prædicatum, quod vni primo, & per ſe, etiam competit alteri, ſed qñ ſunt plura nomina diuerſa, habentia plura, & diuerſa ſignificata: vt lapis, aurum, argentum, illud prædicatum quod primo, & per ſe competit vni, per accidens competit, & demonſtratur de altero, vnde dicit Ar. 1. cæli 11. & 14. motus, qui ſm̃ naturam competit vni elemento, præter naturam competit alteri, vt motus ſurſum: ſm̃ naturam competit igni, & aeri, ſed aquæ, & terræ competit præter naturam. Dub. Sol.

Vtrum autem, ſecundùm quòd triangulum, aut ſecundum, quòd æquicrus ineſt, & quando ſecundum hoc, ineſt primo, & vniuerſaliter, cuius eſt demonſtratio. Text. 43

CVM Ar. notificauit regulam, ꝙ quando ſunt plura nomina habentia vnum ſignificatum, illud prædicatum, quod primò demonſtratur de vno; etiam primò, & per ſe demonſtratur de altero: in hoc textu vult declarare regulam cognoſcendi, quando aliquod prædicatum competit pluribus ſubiectis, habentibus diuerſa nomina, & diuerſa ſignificata, cui illorum ſubiectorum illud prædicatum primo, & per ſe competit. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. proponit velle dare regulam cognoſcendi, quando prædicatum competit pluribus ſubiectis, differentibus re, & nomine, cui illorum ſubiectorum primo, & per ſe competit in 2. ibi (planum) exemplo declarat regulam ſupra aſſignatam, quo igitur ad primum, præponit regulam declarandam, ſic dicens, vtrum autem ſm̃ ꝙ triangulum, Diuiſio text.

Digitized by Google

lum,aut ſm̃ ꝙ æquicrus ineſt, & quando ſm̃ hoc ineſt primo, & vniuerſaliter cuius eſt demonſtratio, quaſi dicat, ſi autem fuerit aliquod prædicatum, quod prædicatur de pluribus differentibus dictione .i. nomine,& (eſſe) .i. ſignificato, & dubium fuerit nobis, cui illorum primo, & per ſe inſit: v. g. ſi fuerit hoc prædicatnm, ſ. habere tres angulos, quod prædicatur de triangulo, & æquicrure, qui ſunt duo ſubiecta differentia in nomine, & ſignificato;& deſideras ſcire,vtrum inſit triangulo, ſecundùm ꝙ triangulum .i. vtrum primò inſit triangulo, aut æquicrus eſt, id eſt, primò competat æquicruri, & quando alicui iſtorum primo ineſt, & cuius eſt demonſtratio vniuerſaliter .i. de quo primo demonſtratur, habeas, q. d. hanc regulam, in ſequenti parte textus declarandam, quæ eſt talis.

Planum, quòd quando ablatis inerit primò; quemadmodum æquicruri,æneo,triangulo inerunt duo recti,ſed,& quòd ſit æneum ablato,& quòd æquicrus, ſed non figura,aut termino: ſed non primis,cuius igitur primi? ſi quidem triangulo ſecundùm hoc ineſt,& aliis, & huius vniuerſaliter eſt demonſtratio.

CVM Ar. propoſuit regulam cognoſcendi, quando aliquod prædicatum competit pluribus differentibus nomine,& ſignificato: cui nam illorum primò, & per ſe competit, nunc ipſam affert,& dicit (planũ ꝙ qñ ablatis inerit primo) .i. qñ aliquod prædicatum cõpetit pluribus ſubiectis, illi ſubiecto competit primò,& per ſe: quo ſubiecto poſito,& remoto ponitur,& remouetur illud prędicatum;quod quidẽ hoc exemplo manifeſtat:ſic dicens, queadmodũ duo recti inerunt æquicruri,æneo,& triangulo,q.d.hoc prędicatum ſ.habere tres angulos æquales,prędicatur de æquicrure, æneo, & triangulo, illi primò ineſt .i. de illo primò,& per ſe prædicatur,quo poſito,& remoto, illud prædicatum ponitur, & remouetur (ſed, & ꝙ ſit æneũ ablato,& ꝙ æquicrus) .i. ſed ſi aufertur æneum, & æquicrus, non aufertur ipſum habere tres: ergo nulli iſtorum primo inerit .i. nec æneo, nec
Dub. æquicruri. ¶Sed dices,ergo primò competit figuræ, quæ eſt genus trianguli, & termino, qm̃ ad ablationẽ figuræ, & termini, aufertur
Sol. habere tres. ¶ Rñt Ar.& dicit (ſed non figura,aut termino).i.neque inerit primò figuræ neque termino, & ſi dices, ꝙ ad ablationem figuræ,& termini, aufertur habere tres: reſpondet, & dicit (ſed non primis) q. d. licet poſita figura, & termino, ponatur, & remoueatur hoc prædicatum habere tres, tñ non primo,qm̃ nõ ſolùm requiritur,vt remoueatur,& ponatur ſubiectum,ſed etiã requiritur, alia conditio, ſ. vt primò remoueatur ad hoc, vt ſit prædicatum primum, & ſi. ¶ Di- Dub.
ces, ſi hoc prædicatum ſ. habere tres, non primò prædicatur de æquicrure; neque de æneo, neque de figura, nec de termino, de quo primò prædicabitur? ¶ Reſpondet Ar. Sol.
& dicit (ſi quidem triangulo) q. d. hoc prædicatum primò,& per ſe competit, & prædicatur de triangulo, tamquam de ſuo proprio,& conuertibili ſubiecto, qm̃ triangulus eſt ille, qui primò ponitur,& primo remouetur ad poſitionem,& remotionem huius prædicati, ſ. habere tres angulos, & ſi aliis ſubiectis ineſt, & de aliis prædicatur: nonniſi ſm̃ hoc .i. non niſi ratione trianguli, non ratione propria: ſed per aliud, & per accidens (& huius vniuerſaliter eſt demonſtratio) .i. & de hoc triangulo: tamquam de ſubiecto primo, & proprio: cui competit primò, & per ſe hoc prædicatum (eſt demonſtratio) .i. demonſtratur hoc prædicatum, nempe habere tres, & non de aliis: niſi per aliud ſophyſticè, & per accidens,exemplum pro iunioribus, datur genus, vt eſt animal, dantur etiam ſpeties huius generis; vt homo,capra, leo,bos,datur prædicatum, vt ſenſibile: animal enim,& homo:capra,leo,bos,ſunt plura ſubiecta, quæ differunt inter ſe, & nomine, vt patet,& eſſe ratione,& ſignificato, quibus omnibus competit hoc prædicatum, ſ. ſenſibile,dicimus enim animal eſt ſenſibile,homo eſt ſenſibilis,capra eſt ſenſibilis, leo eſt ſenſibilis,bos eſt ſenſibilis,dubium eſt modo, hoc prædicatum ſ. ſenſibile, cui iſtorum ſubiectorum ad inuicem nomine, & ſignificato differentium,primò,& per ſe competit,& de quo primò, & per ſe prædicatur?curioſe ſtudens ſerua hanc regulam, illi ſubiecto primò,& per ſe competit,& de illo ſubiecto primò,& per ſe prædicatur hoc prædicatũ, quo poſito primo, ponitur illud prædicatum, & quo primo remoto,primo remouetur:ſed poſito homine, capra, leone, boue, & ſingulis ſpetiebus, non primò ponitur hoc prædicatum, nec primò remouetur, ſed poſito animali,& ipſo remoto ponitur primò,& primò remouetur, ergo non de homine, nec de capra,nec de aliis,ſed de animali primò,& per ſe prædicatur hoc prædicatum,& de animali primo,per ſe,& vniuerſaliter demonſtratur, ſi verò de aliis, nonniſi per aliud inquantum homo eſt animal, & capra eſt animal, & ſic per accidens, quorum omniũ concluſionem reliquit Ar. 2. de anima 16.17. 2. de part.an. cap. 8. ex quibus Nota tu, qui philoſophiam profiteris,qñ Alexander probat, ꝙ quatuor qualitates,caliditas,nẽpe frigiditas,humiditas,& ſiccitas, ſunt formæ ſubſtantiales elemẽtorũ qñ dicit ſic,illa eſt forma ſubſtãtialis ignis,qua ablata aufertur ignis,& qua poſita

Digitized by Google

ponitur ignis, ſed ablato calore, & ipſo poſito auſertur, & ponitur ignis, ergo calor eſt propria differentia, & forma ſubſtantialis ipſius ignis: Reſpondet Au. & dicit, ꝙ non ſufficit dicere, ꝙ illa eſt forma ſubſtantialis alicuius, qua remota, remouetur illud: ſed debet addi alia conditio, ſ. primò, qua conditione addita, fiat regula talis: id dicitur forma ſubſtantialis alicuius, quo remoto primò, auſertur illud: & quo primò poſito, ponitur illud: modo ad ablationem caloris, ſi auſertur ignis, non auſertur primò, nec ad poſitionem caloris primò ponitur ignis, ergo calor non eſt forma ſubſtantialis ipſius ignis, ſed mediante ablatione formæ ignis, primò auſertur ignis, quemadmodum quando auſertur riſibilitas, auſertur homo, ſed non primò, ſed mediante ablatione rationalitatis, quæ eſt forma hominis, vt dicit Au. 8. met. 5.

Dub. ¶ Dices, ergo riſibilitas, non primò prædicatur de homine.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ non competit homini primò primitate cauſæ, ſed primò primitate ſubiecti.

Replica ¶ Dices, contra qm̃ Au. 4. met. cap. 2. ait ꝙ virtutes, per quas elementa ſunt elementa, ſunt hæ virtutes quatuor ſcilicet, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, & hoc primo, & per ſe: ergò ſi id dicitur, forma ſubſtantialis alicuius, quo primo poſito, ineſſe ponitur illud ineſſe, ſed elementa ponuntur in eſſe elementi, per iſtas quatuor qualitates, ſ. per caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & ſiccitatem primò, & per ſe; ergo iſtæ quatuor qualitates, abſque vllo dubio ſunt formæ elementorum.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ ſi per has quatuor virtutes, elementa ponuntur primò in eſſe elementi: tamen non primò primitate cauſæ, ſed primò primitate ſubiecti, & ſic clarè patet, ꝙ quatuor qualitates, in doctrina Au. non ſunt formæ ſubſtantiales elementorum.

Dub. ¶ Dices iſte locus, quem tradidit Ar. ad venandum primum prædicatum, eſt perſuaſiuus, vel demonſtratiuus?

Sol. ¶ Reſpondet Alpharabius, & dicit, ꝙ eſt perſuaſiuus, non demonſtratiuus: Au. contra Alpharabium aſſerit, ꝙ eſt demonſtratio ex hoc loco, nonnulli ſumere videntur, ꝙ in logica fiunt demonſtrationes: ſimiliter ex 1. poſt. 154. (ſed pace eorum dixerim) videntur admodum allucinari: qm̃ in logica non fiunt demõſtrationes: ſed tantùm traduntur canones, & regulæ quæ dirigunt intellectum ad faciendas demonſtrationes in aliis ſcientiis; prout Au. in prologo primi, poſt fatetur. Vnde quando hic dicit Au. ꝙ hic locus eſt demonſtratio, intelligitur ſic. i. eſt regula demonſtratiua, quæ regula prædicat, quibus fit demonſtratio.

Replica. ¶ Dices contra nam Au. in epit. log. cap. 1. ait ſic intentio, in hoc ſermone, eſt colligere ſermones neceſſarios, in hac arte logices, ad cognitionem regularum, partium formationis, & verificationis, quæ fiunt in tota logica: ergo formatio, & verificatio, ideſt, definitio, & demonſtratio fiunt in logica.

Sol. ¶ Nota, ꝙ quando dicit Au. quæ fiunt in tota arte logicæ, ly quæ fiunt non debet intelligi hæc particula, id eſt, quæ formatio, & verificatio, ſed debet intelligi, ſic ſcilicet, quæ regulæ fiunt in tota arte logicæ. Vnde ſequitur ex hac verborum Au. optima expoſitione, ꝙ in logica non fiunt demonſtrationes, ſed tantum dantur regulæ, quibus fiunt demonſtrationes, quod clariſſimè Auer. in quæſito 4. poſter. notatum reliquit, dicens quare oportet ꝙ finis artis logicæ eſt perſcrutatio, proprietatum præmiſſarum, quæ ſunt huiuſmodi, & ſuarum conditionum notificantium ipſas, quod clarius fatetur 1. poſt. 17. cùm dicit intentio autem huius libri, eſt dinumerare indicia, & conditiones: quæ dum adueniunt primis præmiſſis, habetur ſcientia: nec non idem Au. ſcriptum reliquit in 3. quæſito poſt. cùm dixit canones, & regulæ traditæ in libro poſt. ſunt ex quibus naſcitur prouentus veræ ſcientiæ, qua ſubſtantificamur, quiſque ergo ex his omnibus pro comperto habeat, ꝙ in logica non fiunt demonſtrationes, ſed traduntur regulæ cognoſcendi prædicata prima, ingredientia demonſtrationes, quę demonſtrationes fiunt, in aliis ſcientiis.

Si igitur eſt demonſtratiua ſcientia ex neceſſariis principiis, quod enim ſcitur, non poteſt aliter ſe habere. per ſe verò in exiſtentia neceſſaria ſunt rebus: alia quidem enim in eo quod quid inſunt, aliis autem quæ de ipſis prædicantur, ipſa inſunt in eo quod eſt quid, quorum alterum oppoſitorum neceſſe eſt ineſſe. Text. 44

Postqvam Ar. ordine reſolutiuo, inter alias conditiones competentes præmiſſis demonſtrationis, ſimpliciter inuenit ipſas, debere eſſe neceſſarias, ſed qm̃ neceſſarium dicitur pluribus modis, vt hic Au. & in cap. de demonſtratione, & in 4. quæſito poſt. verùm etiam 5. methaph. cap. de neceſſario, præpoſuit, antequam determinat, qua neceſſitate conſtent præmiſſæ demonſtrationis ſimpliciter, ſe velle aſſignare regulas, & conditiones, quibus inuenitur neceſſarium deſeruiens præmiſſis demonſtrationis ſimpliciter, quæ conditiones numero ſunt tres, ſcilicet de omni, per ſe, & vniuerſale, propterea primum declarauit, dictum de omni, ſecundò per ſe, tertiò vniuerſale, ſed quoniam circa ipſum vniuerſale contingebant quidam errores, ideo docuit illos, nec non aſſignauit regulam cognoſcendi prædicatum primum, & vniuerſale,

nunc

Digitized by Google

nunc intendit declarare præmiſſas, ex quibus fit demonſtratio ſimpliciter, eſſe neceſſarias per ſe, & eſſentiales, cauſa huius intentionis eſt, quia multæ ſunt præmiſſæ neceſſariæ, quibus nullus ſenſus contradicit: vt coruus eſt niger, & nix eſt alba: tamen non ſunt eſſentiales, quia inter ſubiectum, & prædicatum non eſt aliqua eſſentialis connexio.

Diuiſio tex.

¶ Vnde diuiditur iſte textus in tres partes, in 1. rememorãdo, & hypotethicè inferendo, quæ dixerat in textu 28. ſ. quod ſcientia demonſtratiua eſt ex principiis neceſſariis, quia ſcibile eſt neceſſarium, declarat quod ex neceſſariis per ſe debet eſſe ſcientia demonſtratiua, non ex neceſſariis per accidens in 2. ibi (manifeſtum) infert, quod demonſtratio debet fieri, ex neceſſariis per ſe, in 3. ibi (omne enim) noua ratione probat, quod præmiſſæ demonſtrationis, debent eſſe ex prædicatis per ſe, & non ex prædicatis per accidens, quo igitur ad primum memorando, quod dixit in textu 28. hypotethicè infert (dicens) ſi igitur ſcientia demonſtratiua eſt, ex principiis neceſſariis: quia quod ſcitur .i. quia ſcibile non poteſt aliter ſe habere .i. eſt neceſſarium, vt 3. niet. cap. de neceſſario inquit, Ar. dico, q. d. Ar. quod illa quæ ſunt inexiſtentia rebus, debent eſſe neceſſaria per ſe, ex quibus eſt ſcientia demonſtratiua, & quia quæ ſunt neceſſaria per ſe, ſunt duobus modis: ſ. in 1. modo, & in 2. modo dicendi per ſe, declarat vtrumque ſignificatum: q. d. ſi ignoras quæ ſunt neceſſaria per ſe, diximus in textu 30. & 31. & iterum dicimus: nunc quod illa ſunt neceſſaria per ſe, quæ inſunt ſubiectis .i. quæ prædicantur, in eo quodquid eſt de illis, quæ accipiuntur in definitione ſubiectorum, & hæc ſunt prædicata 1. modi, aliis autem quæ de ipſis prædicantur, & ipſa ſunt in eo, quodquid eſt .i. & alia ſunt prædicata neceſſaria, per ſe, quæ inſunt aliis ſubiectis, & de illis prædicantur: ſed ipſa ſubiecta inſunt in eo, quodquid eſt .i. ponuntur in definitione illorum prædicatorum.

Dub.

¶ Dices, quare Ar. iterum numerauit has ſpecies prædicatorum per ſe?

Sol.

¶ Dicas, vt innueret quod ex neceſſariis per ſe, primi modi, debent eſſe præmiſſæ demonſtrationis ſimpliciter, verùm nõ ex omnibus neceſſariis primi modi: ſed tantùm ex illis, quæ ſunt propriè non communiter, & quod quæſita demonſtrationis ſimpliciter, debent eſſe neceſſaria per ſe, ſecundi modi, quæ ſunt accidentia eſſentialia: ſed quia accidentium per ſe, quæ ſunt prædicata ſecundi modi; quædam habent ſubiecta nominata, & de eis prædicantur, ſine oppoſitione, & diſiunctione, ſed ſimpliciter, & quædam habent genera ſubiectorum, de quibus prædicantur, cum diſiunctione, & oppoſitione: & talia dicuntur accidentia innominata.

Dub,

¶ Si dices illa, quæ prædicantur de genere ſubiecti, ſunt neceſſaria ſimpliciter per ſe?

Sol.

¶ Respondet Ar. & dicit, illa etiam quorum alterum oppoſitorum, neceſſe eſt ineſſe .i. prædicata ſecundi modi, quæ prædicantur de genere ſubiecti: etiam ſunt neceſſaria: & poſſunt eſſe quæſita demonſtratiua, vt numerus eſt par, vel impar, ſed Nota quod Ar. fecit mentionem de his, & non de aliis; quia quodam modo erat dubium, an hæc accidentia innominata quæ prædicantur de genere ſubiecti, cum diſiunctione, & oppoſitione: ſint prædicata demonſtratiua; & neceſſaria: de aliis verò erat manifeſtum, & clarum: quod ſunt prædicata demonſtratiua, & neceſſaria, ſed quia de his dictũ eſt, in textu 31. ideo hic non oportet amplius immorari.

Manifeſtum, quòd ex talibus quibuſdam eſſet, vtique demonſtratiuus ſyllogiſmus.

CVM Ar. notificauit, quòd ſcientia demonſtratiua, quæ eſt finis ſyllogiſmi demonſtratiui: eſt ex neceſſariis per ſe, in hac parte concludit, quòd ſyllogiſmus demonſtratiuus debet conſtare ex talibus neceſſariis: ſcilicet ex neceſſariis per ſe, & dicit manifeſtum eſt) quaſi dicat, ex dictis manifeſtè ſequitur, quòd ſi ſcientia demonſtratiua eſt ex neceſſariis principiis per ſe, quòd ex talibus quibuſdam eſſet, vtique demonſtratiuus ſyllogiſmus. Nota quòd dixit ex quibuſdam, quoniam non ex omnibus neceſſariis, ſed ex neceſſariis per ſe eſſentialibus, fit demonſtratiuus ſyllogiſmus.

Dub.

¶ Dices, quomodo valet hæc conſequentia, ſi ſcientia demonſtratiua eſt ex neceſſariis: ergo demonſtratio eſt ex neceſſariis?

Sol.

¶ Dices quia ſententia eſt Ariſt. 3. ethic. cap. 6. quòd conditiones: quæ competunt fini, competunt etiam inſtrumento ducenti ad illum finem, ſed quoniam ſcientia demonſtratiua eſt finis operatio: & effectus ipſius demonſtrationis, 1. poſt. 7. quæ demonſtratio eſt inſtrumentum, per quod acquiritur ſcientia demonſtratiua 2. poſt. 13. vbi ait, ſic quare ſi quidem ſcire demonſtratiuum eſt, demonſtrationem habere, nec non 1. poſt. 8. inquit ſic (dicimus autem & per demonſtrationem cognoſcere, & paulo inferius, ſcientialem autem dico ſecundum quem, eo quòd ipſum habeamus ſcimus, quod in tex. 15. confirmat; hac de cauſa conditiones, quæ competunt ſcientiæ demonſtratiuæ, competunt etiam demonſtrationi.

Omne enim aut ſic ineſt, aut ſecundum accidens, accidentia verò non ſunt neceſſaria.

POSTQVAM intulit, ꝙ demonſtratio
debet fieri ex neceſſariis: nunc probat, quòd
tantùm ex quibuſdam neceſſariis, ſ. ex ne-
ceſſariis per ſe eſſentialiter, nõ autem ex om-
nibus neceſſariis ſ. ex neceſſariis per acci-
dens, fit demonſtratio: quod probans ſuppo-
nit vnum, tamquam per ſe notum, quod eſt
tale, ſ. omne prædicatum, aut eſt neceſſarium
per ſe, aut eſt neceſſerium per accidens, ex
quo format Ariſt. rationem aſſignando mi-
norem tantùm, & dicit quòd ex neceſſariis
per ſe, fit demonſtratio, & non ex neceſſariis
per accidens, quaſi dicat, omne prædica-
tum (aut ſic ineſt) id eſt, omne prædicatum
(aut ineſt) .i. prædicatur de ſubiecto (ſic) .i.
per ſe, (aut ſecundùm accidens) .i. prædica-
tur de ſubiecto per accidens, non per ſe, quo
ſtante fiat ratio talis, ſumendo maiorem ex-
tra textum: hoc modo, illa prædicata neceſ-
ſaria ingrediuntur demonſtrationem, quæ
ſunt neceſſaria per ſe, minor in textu (ſed ac-
cidentia) .i. prædicata accidentalia, non ſunt
neceſſaria per ſe, ſed per accidens, ergo præ-
dicata accidentalia non ingrediuntur de-
monſtrationem, relinquitur ergo ꝙ demon-
Dub. ſtratio fit ex neceſſariis per ſe. ¶ Dices, quæ
Sol. ſunt prædicata accidentalia, ſeu neceſſaria,
per accidens, non per ſe? ¶ Reſpondet Au.
in com. & dicit, ꝙ ſunt hæc, videlicet nix eſt
alba, coruus eſt niger, riſus vendẽtis, & emen-
tis; & mutua proprietatum prædicatio, &
homo eſt animal; genus enim eſt neceſſarium
ſpeciei, ſed ſpecies eſt contingens generi: vn-
de hæc propoſitio homo eſt animal, eſt mixta
ex contingenti, & neceſſario: omnes iſtæ pro-
poſitiones ſunt neceſſariæ per accidens, &
nulla ipſarum ingreditur demonſtrationem.
Dub. ¶ Dices, ꝙ neceſſarium per ſe, non ingredi-
tur demonſtrationem: qm̃ hæc propoſitio ho-
mo eſt animal, eſt neceſſaria per ſe 1. poſt. 30.
& tamen non ingreditur demonſtrationem;
quoniam non eſt conuertibilis, non enim
genus conuertitur cum ſpecie, vt notat Ar. in
Sol. cap. de ſubſtantia, & 2. poſt. 94. ¶ Dicitur, ꝙ
neceſſarium per ſe eſt duplex. Aliud eſt pro-
prium, & conuertibile, vt eſt accidens eſſen-
tiale, vel differentia ſubſtantialis, vel defini-
tio. Aliud eſt commune, & ſm̃ quid neceſſa-
rium, tunc dicitur, ꝙ demonſtratio fit ex ne-
ceſſariis per ſe, propriis, conuertibilibus:
non autem ex neceſſariis communiter, & ſm̃
Dub. quid. ¶ Dices, ſi Ar. in textu 28. dixit; ꝙ de-
Sol. monſtratio conſtat ex neceſſariis, quare ite-
rum hic probat? ¶ Dicitur, ꝙ ibi probauit
demonſtrationem eſſe ex neceſſariis, ex fun-
damento ſumpto à definitione ipſius ſcire,
& demonſtrationis, nũc idem probat ex fun-
Dub. damento ſumpto, à modis dicendi per ſe.
¶ Amplius dices, ꝙ accidentia communia,
ſunt neceſſaria prædicata: qm̃ illud cuius eſſe
eſt ineſſe neceſſario ineſt 1. poſt. 30. ſed acci-
dentis eſſe eſt, ineſſe 1. top. cap. de acciden-
te, ergo accidens neceſſario ineſt, ergo acci-
dentia communia ſunt prædicata neceſſaria.
¶ Dicitur, ꝙ Ar. loquitur de accidente, pro- Sol.
ut diſtinguitur contra proprium, & de neceſ-
ſitate ſpeciei, non generis, qm̃ licet color in-
ſit corpori; tamen non neceſſitate ſubiecti,
ſed paſsionis; qm̃ aliquod corpus, non eſt co-
loratum: quoniam albedo non neceſſario in-
eſt homini: qm̃ aliquod album non eſt homo,
& aliquis homo non eſt albus, vt æthiops.
vult ergo Ar. accidentia non neceſſario in-
eſſe alicui ſubiecto, ſm̃ ſpeciem, non ſm̃ ge-
nus. ¶ Dices, valet ne hæc propoſitio, omne Dub.
neceſſarium eſt per ſe? ¶ Dicas, limitando Sol.
hanc propoſitionem: hoc modo, omne neceſ-
ſarium eſſentiale eſt per ſe: vt riſibile: non au-
tem neceſſarium accidentale. ¶ Iterum di- Alia dub.
ces, omne neceſſarium eſſentiale, ingreditur
demonſtrationem? ¶ Dicas, ꝙ non: qm̃ ne- Sol.
ceſſarium eſſentiale eſt duplex. Aliud neceſ-
ſarium eſſentiale ſimpliciter, vt homo eſt ra-
tionalis. Aliud eſt neceſſarium eſſentiale ſe-
cundum quid, vt homo eſt animal: tunc dici-
tur, ꝙ neceſſarium eſſentiale ſimpliciter, in-
greditur demonſtrationem, non autem eſſen-
tiale ſm̃ quid; & Nota, ꝙ non ſine cauſa di-
citur eſſentiale: qm̃ non ſolùm id, quod eſt
neceſſarium ingreditur demonſtrationem:
qm̃ vt dicit Au. in quæſito 2. & 5. id dicitur
neceſſarium, cui nullus ſenſus contradicit, &
cum hoc ꝙ habeat prædicationem eſſentia-
lem: aliquo modo perſeitatis, velut primi,
vel ſecundi modi, propter iſtas enuntiationes
coruus eſt niger, nix eſt alba, quæ enuntiatio-
nes ſunt neceſſariæ, quibus nullus ſenſus con-
tradicit: tamen non ſunt eſſentiales, aliquo
modo perſeitatis.

Aut igitur ſic dicendum, aut principium po- Text. 45
nendum, quòd demonſtratio neceſſarium eſt.

POSTQVAM Ariſt. vna tantùm ratione
probauit, ꝙ demonſtratio ſimpliciter fit ex
præmiſsis neceſſariis per ſe, nunc Alia, & no-
ua ratione illud met quod ſupra probauit,
probare intendit. ¶ Diuiditur iſte textus in Diuiſio
3. partes, in 1. concludit per rationem fa- text.
ctam, ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis, &
proponit facere aliam; In 2. ibi (& ſi demon-
ſtratum eſt) repetit rationem factam ob me-
moriam, & ad bene eſſe, in 3. ibi (ex veris)
facit nouam rationem: quo igitur ad primum
dicit Ar. quaſi reſolutè loquens (aut igitur
ſic dicendum) .i. aut ſatis eſt, id quod nunc
dictum eſt: vel ſicut dictum eſt in textu 28.
(ꝙ demonſtratio ſit neceſſarium) .i. ꝙ de-
monſtratio ſit inſtrumentum neceſſarium,
hoc eſt, ex neceſſariis denominans totum à
partibus

Digitized by Google

partibus (aut aliud principium ponendum) .i. aut ſi non, erit ſatis id, quod dictum eſt, .i. aut ſi non ſufficit ratio facta, inchoabimus ab alio principio. Dub. ¶ Dices, quare vult facere aliud principium, ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis. Sol. ¶ Reſpondet Ar. & dicit; q̄m id, quod latum eſt poſſet eſſe, non ita patens, & manifeſtum apud aliquos adiſcentes. Ideo expedit iam ſuper addere ad huius manifeſtationem. Dub. ¶ Iterum dices, ò Ar. tu dixiſti, aut ſic dicendum, ſ. per rationem factam, ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis, quæro quænam eſt hæc ratio facta? non recordor. alia du. ¶ Reſpondet Au. in paraphraſi, & dicit ꝙ eſt illa, quam fecit in textu 44. quando dixit illa, quæ ſunt per ſe, ſunt neceſſaria, ſed demonſtratio fit ex his, quæ ſunt per ſe, ergo fit ex neceſſariis, hæc eſt expoſitio Au. adeſt alia expoſitio, & fortè melior, & dicimus, ꝙ ratio facta, non eſt illa, quam fecit in textu 44. ſed eſt illa, quam fecit in textu 28. Sol. ¶ Dices, quæ nam eſt? nunc rememorat ipſam, & dicit.

Et ſi demonſtratum non poteſt aliter ſe habere, ex neceſſariis igitur oportet eſſe ſyllogiſmum.

NVNC Ar. rememorat rationem factam in textu 28. & dicit (& ſi demonſtratum) .i. & ſi concluſio, quæ demonſtratur 2. poſt. 1. (non poteſt aliter ſe habere) .i. eſt neceſſaria, vt ſe exponit Ar. 5. met. cap. de neceſſario, igitur (oportet) verbum denotans neceſſitatem, (ſyllogiſmum) ſ. demonſtratiuum (eſſe ex neceſſariis) .i. fieri ex neceſſariis propoſitionibus. Dub. ¶ Dices, videtur ꝙ Ar. loquitur dubitatiuè, quando dicit (& ſi) ly conditio ſi non ponit in eſſe. Sol. ¶ Dicas ꝙ loquitur affirmatiuè; pro quia certè loquens, & nota illud verbum (oportet) dicens maximam neceſſitatem, q̄m ſyllogiſmus, vt ſyllogiſmus poteſt concludere neceſſarium ex neceſſariis: tamen accidit ſyllogiſmo hoc, ſed oportet demõſtrationem fieri ex neceſſariis: vt concludat neceſſariam concluſionem, ſyllogiſmum verò non oportet: ſed ei contingit: tamen Nota, ꝙ ſyllogiſmus neceſſariò infert concluſionem: ſed non infert concluſionem neceſſariam: niſi per accidens, demonſtratio verò ratione, qua eſt ſyllogiſmus neceſſariò infert concluſionem, & ratione, qua eſt demonſtratio infert cõcluſionem neceſſariam, & ideo dicit Auer. in com. oportet ſyllogiſmum, qui largitur ſcientiam neceſſariam, largiri illam biuio .i. ob eius formam, & ob eius præmiſſas .i. materiam ſyllogiſmus verò poteſt concludere concluſionem falſam, ex præmiſſis veris ratione formæ. Dub. ¶ Dices, ſi forma, vt dicit Au. non confert, vt concluſio non ſit neceſſaria: imò confert, vt concluſio non ſit neceſſaria, quomodo dicit poſtea, ꝙ ſyllogiſmus demonſtratiuus largitur ſcientiam neceſſariam, ob formam, & ob materiam? Sol. ¶ Dicas, ꝙ hoc valet in demonſtratione, ſed non valet in ſyllogiſmo.

Ex veris, quidem enim eſt, & non demonſtrantem ſyllogiſatum eſſe: ex neceſſariis verò non eſt, niſi demonſtrantem: hoc enim iam proprium demonſtrationis eſt.

CVM Ar. rememorauit rationem factam in textu 28. ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis: nunc facit nouam rationem probantem eandem demonſtrationem, fieri ex neceſſariis, ſed pro huius rationis intelligentia eſt ſciendum, ꝙ tam demonſtratio, quàm ſyllogiſmus, conſtant ex veris, & in hoc conueniunt, ſed vt demonſtratio differat à ſyllogiſmo, oportet ꝙ demonſtrationi addatur alia conditio, ſ. ꝙ conſtat ex neceſſariis. Vnde Ar. concludit ſuum intentum, dicens: ꝙ ſi demonſtratio conſtaret ex veris, & non ex neceſſariis, tunc non differet à ſyllogiſmo: q̄m ſyllogiſmus etiam conſtat ex veris. Et ſic dicit Ar. (ex veris quidem enim eſt, & non demonſtrantem) (&) .i. non ſolùm, ſupple tu ad demonſtrantem (eſt) ly eſt dicit pertinentiam .i. pertinet demonſtrare ex veris: ſed q. d. & non eſt demonſtrantem .i. ſyllogizantem, pertinet ſyllogizare, ex veris (ex neceſſariis, verò non eſt niſi demonſtrantem) verò pro ſed (ex neceſſariis) .i. ſyllogizare ex neceſſariis, non pertinet niſi ad demonſtrantem (hoc enim proprium demonſtrationis eſt) (enim) ſignum redditiuum cauſæ, quia nunc aſſignat cauſam, quare ſolùm pertinet ad demonſtrantem, demonſtrare ex neceſſariis: q̄m (hoc) ſ. conſtare ex neceſſariis, eſt proprium demonſtrationis, modo illud, quod eſt proprium alicui, non competit alteri, ab illo vt 1. top. cap. de proprio Ar. ſed fieri ex neceſſariis eſt proprium demonſtrationis, ergo non competit alteri ab ipſa demonſtratione, patet ergo, ꝙ vt demonſtratio differat à ſyllogiſmo, oportet, ꝙ habeat hanc proprietatem, ꝙ conſtet ex neceſſariis: vnde per quàm optimè aſſerit Au. 1. poſt. 29. ꝙ neceſſitas eſt conditio, quæ inter cæteras conditiones, gerit vicem conceptionis: cùm ſit epitetus ipſarum .i. vltimata proprietas, & nota ꝙ dicit Au. quòd gerit vicem conceptionis, q̄m conceptio, & definitio 1. poſt. 1. ſunt idem, quæ definitio eſt forma 7. met. 35. & 40. & 3. met. 3. & 2. poſt. 20. in libro de ſubſtantia orbis, cap. 1. quæ forma eſt differentia in epit. log. cap. de defin. 2. phy. 28. 7. met. 41. & 43. q. d. Auer. gerit vicem conceptionis .i. definitionis, & differentiæ, & Ar. 1. poſt. cap. penultimo aſſignans differentiam inter

Digitized by Google

inter præmiſſas demonſtratiuas, & alias præmiſſas, dixit ſi præmiſſa uon eſt neceſſaria, non eſt demonſtratiua: ex quo ſequitur, ꝙ neceſſitas eſt propria differentia præmiſſarum demonſtratiuarum, qm̄ ſine ipſa non poſſunt eſſe præmiſſæ demonſtratiuæ. Dub. ¶ Sed dices tu contra, nam Au. in 4. quæſito poſt. ait ꝙ primitas eſt nobiliſſima, & perfectior conditio inter alias conditiones demonſtrationis ſimpliciter; ergo neceſſitas non eſt vltima differentia. Sol. ¶ Dicitur quòd primitas conſideratur bifariam: vno modo reſpectu de omni, & per ſe, & ſic eſt nobilior, & perfectior. Alio modo reſpectu omnium conditionum, & ſic neceſſitas, & non primeitas eſt nobilior, & perfectior. Dub. ¶ Dices ſi proprium eſt demonſtrationis fieri ex neceſſariis, cùm proprium dicatur quatuor modis: teſte Porphyrio cap. de proprio: quà proprietate demonſtratio fit ex neceſſariis? Sol. ¶ Dicas reſolute, quòd proprium demonſtrationis eſt conſtare ex neceſſariis, proprietate quarto & vltimo modo dicta, quod eſt proprium propriè dictum, quod competit omni, ſoli, & ſemper, competit enim ſoli demonſtrationi, in communi fieri, ex neceſſariis; & omnibus ſpeciebus, ſub illa contentis, vt demonſtrationi ſimpliciter propter quid, & quia, & ſemper ſicuti riſibile competit ſoli homini, & omnibus contentis ſub homine, & ſemper. Dub. ¶ Et ſi dices quòd aliqui ſyllogiſmi ſiunt ex neceſſariis, & tamen non ſunt demonſtrationes, vt iſte ſyllogiſmus homo eſt rationalis, riſibile eſt homo, ergo riſibile eſt rationale. Sol. ¶ Dicitur, quòd valet dicere, quòd demonſtratio conſtat ex neceſſariis, tamen non è contra. Dub. ¶ Dices, contra ergo non ſolùm demonſtratio conſtat ex neceſſariis: ſed alij ſyllogiſmi, qui non ſunt demonſtrationes. Sol. ¶ Dicas, quòd non ſolùm requiritur quòd demonſtratio fiet ex neceſſariis, ſed etiam, vt habeat medium, quod eſt cauſa propria neceſſaria: vt eſt demonſtratio ſimpliciter, & propter quid, vel medium, quòd eſt effectus neceſſarius, veluti eſt demonſtratio quia, quòd non reperitur in omnibus ſyllogiſmis: qui ſiunt ex neceſſariis.

Tex. 46. *Signum autem quod demonſtratio eſt ex neceſſariis.*

Cvm Ar: duabus rationibus notificauit demonſtrationem ſimpliciter fieri ex neceſſariis: nunc adducit tertiam rationem, quæ eſt ratio topica, vt dicit Au. in commento; quoniam videtur omnibus hominibus, poſterioriſticam facultatem profitentibus: quòd demonſtratio fit ex neceſſariis: & ideo verum, & non ſolùm verum, ſed eſt neceſſarium, quòd demonſtratio fiat ex neceſſariis; & adeo neceſſarium, quod impoſſibile eſt aliter ſe habere. ¶ Dices 1. phy. 4. & 57. notiora debent anteire, & præcedere, ſed rationes topicæ ſunt notiores, vt aſſerit Au. in quæſito 4. rationibus demonſtratiuis, ergo Ar. prius debebat facere hanc rationem topicam, & poſterius illas, quas prius ordinauit. Dub. Sol. ¶ Dicas cum Au. 1. cæli 85. quòd ſermones topici præcedunt demonſtratiuos, ad exercitandum, & ad dubitandum, ſed ad confirmandam veritatem, non præponuntur, ſed poſtponuntur, vt Au. 1. cæli 2. & 1. de anima 61. 1. poſt. in prologo, & 7. phy. 2. ideo Ar. poſtpoſuit hanc rationem topicam ad confirmandam veritatem, quam ſupra determinauit, quòd demonſtratio ſit ex neceſſariis. Diuiſio text. ¶ Diuiditur iſte textus in tres partes, in 1. præponit rationem. In 2. ibi (Inſtantias iſa ferimus) hominat rationem in 3. ibi (qm̄ non neceſſe) facit rationem, quo igitur ad primum, verum eſt Notandum, quòd quando aliquis diſputat cum aliquo, ille qui opponit opinatur feciſſe demonſtrationem; Aliter verò inſtat, quòd non eſt demonſtratio: qm̄ non eſt ex neceſſariis: vnde ſi ex eo, quòd non ſit ex neceſſariis, reprehendere ſolemus, non eſſe demonſtrationem, nonne ſupponit hæc ratio, quòd demonſtratio debet eſſe ex neceſſariis? Inſtamus autem, vel quia non eſt ex neceſſariis ille ſyllogiſmus: quem vt demonſtrationem propoſuit aduerſarius: vel etiam ſi fuerit ex inneceſſariis: tamen diſputator, vel diſputandi, vel contemnendi gratia negabit eſſe demonſtrationem; adducendo, ꝙ nō ſit ex neceſſariis, ſed quomodocumque ſit, vel enim neget, quia ſic etiam re vera ſit, vel ſermonis .i. diſputationis gratia, id faciat ſatis eſt quòd communis eſt hominum ſententia, quòd demonſtratio ſit ex neceſſariis. Petitio. ¶ Quæres, quot modis dicitur ſignum, quid intendit Ar. per (ſignum) Nota ꝙ ſignum eſt duplex. Aliud eſt verum arguens veram cauſam, quod dicitur ab Au. poſterius: vnde 3. cæli 69. inquit Au. ſigna vera ſunt poſteriora: quæ cùm fuerint poſita conſequuntur præcedentia, & cùm præcedentia fuerint poſita, conſequuntur poſteriora, & hæc ſigna ab Au. appellantur demonſtratiua 6. phy. 15. cùm dicit ſigna demonſtratiua ſunt illa, quæ conuertuntur cum ſuis cauſis .i. cùm ponatur cauſa ſequitur ſignum, & è conuerſo quod ſignum verum demonſtratiuum ſumitur pro medio, in demon. quia: & hac de cauſa Au. 1. phy. 2. & 2. cæli 35. demonſtrationem quia, vocat ſignum, quando dicit & eſt modus demonſtrationum, qui dicitur ſignum: ex quo vero, & demonſtratiuo ſigno ſit propoſitio neceſſaria. Aliud eſt ſignum apparens probabile, vt 2. prior. cap. 29. ex quo ſit propoſitio probabilis, vt mulier habet lac: ergo

ſignum

Digitized by Google

ſignum eſt, ꝙ peperit: vel facies mulieris eſt pallida, ſignum eſt, ꝙ peperit. Sed Nota, ꝙ ſignum adhuc dicitur trifariam. Aliud enim eſt ſignum, quod ſignificat rem præteritam, vt mulier habet lac, ergo peperit. Aliud eſt ſignum, quod ſignificat rem præſentem, vt motus eſt, ergo motor eſt. Aliud ſignum eſt, quòd ſignificat rem futuram, vt generatio ſignificat corruptionem futuram: omne enim quod generatur corrumpetur 1. phyſic. 63. 69. & aeris corruptio arguit peſtem, & cometa arguit peſtem, & cometa arguit mortem principis futuram. Vnde datur triplex demonſtratio quia. Alia quæ procedit à ſigno ſignificante rem præteritam. Alia quæ procedit à ſigno ſignificante rem futuram, quibus omnibus ſic præhabitis, reſolutè eſt dicendum, ꝙ Ar. per (ſignum) non accipit ſignum verum demonſtratiuum, & neceſſarium, & demonſtratiuam rationem: ſed probabile, & apparente ratione, & ꝙ ſit verum oſtendit ratio, quam facit, quæ eſt topica probabilis, & non demonſtratiua.

Triplex demonſtratio quia,

Quoniam inſtantias ita ferimus ad eos, qui exiſtimant demonſtrare.

Poſtqvam Ariſt. propoſuit rationem probantem, ꝙ demonſtratio ſit ex neceſſariis nunc nominat ipſam; q. d. ꝙ hæc ratio ſumpta à ſigno, non eſt demonſtratiua, ſed eſt ſama probabilis: vt aſſerit Auer. in com. quæ proprio nomine inſtantia appellatur. ¶ Sed dices 2. prior. cap. de inſtantia eſt duplex, & 1. poſt. 91. alia eſt demonſtratiua, & eſt qñ vniuerſalis affirmatiua deſtruitur per vniuerſalem negatiuam: v.g. ſi diceres omnis homo eſt rationalis, hæc deſtruitur per hanc, vt nullus homo eſt rationalis, & è contra, alia eſt inſtantia topica, & eſt quando vniuerſalis affirmatiua deſtruitur per particularem negatiuam, vt omnis homo eſt iuſtus, deſtruitur per hanc, aliquis homo non eſt iuſtus: modo ſi hæc ratio ſumpta à ſigno vocatur ab Ar. inſtantia, quæ nam inſtantia eſt topica, vel demonſtratiua? ¶ Dicas, ꝙ eſt inſtantia topica, quoniam hæc ratio eſt topica, vt aſſerit Au. in commento.

Dub.

Sol.

Quoniam non neceſſe ſi exiſtimemus, aut omnino cõtingere aliter, aut ſermonis vtiq; gratia.

Cvm Ar. ſupra nominauit rationem, in hac parte facit ipſam verum, quia tota huius textus ſententia fuit declarata, in prima parte huius textus, ideo tranſeamus ad ea, quæ dicit Au. in com. & inter alia aſſerit vnum, quod eſt notatu dignũ, & valde neceſſarium; dicit enim Au. ꝙ demõſtrationes ſunt definitiones in potẽtia; non demonſtratio propter quid, nec demonſtratio quia: ſed demonſtratio ſimpliciter, vt teſtatur 1. poſt. 11. in epiſtola de primitate prædicatorum, nec non 1. poſt. 41. & 2. poſt. 94. clarius tamen 1. poſt. 64. ¶ Dices, ſi demonſtratio ſimpliciter, potentia eſt definitio, quàm definitionem potentia continet demonſtratio? ¶ Dicas, ꝙ cùm definitio ſit duplex, alia imperfecta, alia perfecta demonſtratio, potentia eſt definitio perfecta. ¶ Iterum dices, quomodo demonſtratio continet potentia definitionem? & quomodo definitio, quæ continetur potentia in demõſtratione, poteſt educi ad actum? ¶ Pro intellectu eſt notandum, ꝙ definitio eſt duplex: teſte Au. in cap. de defin. alia eſt imperfecta, alia verò eſt perfecta; definitio imperfecta, vt ibidem patet adhuc eſt duplex Alia quæ abſoluit cauſam, ſeu propter quid, .i. quæ datur per cauſam efficientem, vt eclypſis eſt interpoſitio terræ, alia verò, quæ eſt concluſio demonſtrationis, & abſoluit quid, quæ datur per formam, vt eclypſis eſt priuatio luminis, veluti Au. 8. met. 13. & in 8. quæſito poſt. nec non in cap. de defin. & qm̃ definitio imperfecta, quæ abſoluit quid eſt, eſt ignota, & vt fiat nota oportet ꝙ demonſtretur per aliam imperfectam: ſ. per illam, quæ eſt principium demonſtrationis, quæ abſoluit propter quid; ſeu quę ſit ex cauſa efficiente, quæ eſt principium demonſtrationis, vndę fiat demonſtratio interpoſitio terræ, inter Solem, & Lunam, eſt priuatio luminis: eclypſis eſt interpoſitio terræ, ergo eclypſis eſt priuatio luminis, hæc eſt demonſtratio, quæ fit ex duplici definitione imperfecta, & in ſe continet potentia definitionem perfectam; quæ definitio perfecta, ſeu aggregata ex duplici definitione imperfecta ad hoc, vt actu fiat neceſſe eſt, vt illi termini, qui actu ſunt ſub forma demonſtrationis, ammictant formam demonſtrationis, & recipiant formam definitionis: hoc modo ſ. id, quod primo ponitur in demonſtratione, poſtponitur in definitione: & quod poſtponitur in demonſtratione, præponitur in definitione, dictũ enim eſt ſupra, hoc modo interpoſitio terrę eſt priuatio luminis, accipiatur minus extremum: quod eſt ly eclypſis, & dicas ſic conuertendo maiorem propoſitionem, eclypſis eſt priuatio luminis propter interpoſitionem terræ, ecce iam facta eſt definitio in actu, per terminorum tranſmutationem, quæ prius erat in potentia. ¶ Sed dices, ſi illimet termini, qui ingrediuntur demonſtrationem, etiam ingrediuntur definitionem perfectam; ergo demonſtratio actu continet definitionem, & non potentia. ¶ Dr̃, ꝙ demonſtratio continet definitionem materialiter: ſed potentia continet illam formaliter: ſed qm̃ de his dicturi ſumus in textu 64. ideo ad alia tranſeamus.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Pla-

Digitized by Google

aptum natum prædicari: quia prædicari ſumitur ab inhærere 1. poſt. 148. i. quando aliquod extra animam ineſt alicui, tunc illud in anima prædicatur de illo; & qm ſubiectū extra animam nulli ineſt, ideo in anima de nullo prædicatur, & ſi prædicatur, non prædicatur vt eſt ſubiectum: ſed vt eſt genus, quod prædicatur de ſuis partibus ſubiectiuis .i. de ſuis ſpetiebus: omnes enim ſciunt logici, ꝙ ſubiectum vti genus diuiditur in ſubiectum partiale, & principale, & totale 1. poſt. 33. & de iſtis prædicatur, vti de ſuis ſpetiebus, v. g. demonſtratio eſt ſubiectum, definitio eſt ſubiectum, & inſtrumentum ſciendi eſt ſubiectū, ecce modò ꝙ ſubiectum vti genus prædicatur de demonſtratione, de definitione, & de inſtrumento ſciendi: vti de ſuis ſpetiebus, & ſic ſubiectum, non vt ſubiectum prædicatur, ſed vti genus, & ideo Ariſt. vocat ſubiectum genus.

Dub. ¶ Circa dicta dubitatur, dicit enim Ar. ꝙ non ſufficit dicere, ꝙ præmiſſæ ſint veræ; ſed etiam oportet, ꝙ ſint primæ propriæ, & neceſſariæ, vt ex eis fiat demonſtratio, vnde videtur excludere, ꝙ præmiſſæ veræ communes non ingrediuntur demonſtrationem; ſed contra, nam 1. poſt. 57 & 76. vbi numerans illa, quæ ingrediuntur demonſtrationem, dicit ꝙ dignitates inter alia ingrediuntur demonſtrationem, ſed dignitates ſunt principia vera communia; vt omne totum eſt maius ſua parte 1. poſt. 74. ergo præmiſſæ veræ, & non propriæ ingrediuntur demonſtrationem, ergo non veniunt arguendi illi, qui dicunt ꝙ præmiſſæ debent eſſe ſolùm veræ, & non propriæ, nec neceſſariæ.

Sol. ¶ Dr ꝙ principia communia, vti ſunt ipſæ dignitates ingrediuntur demonſtrationem, tamen virtualiter, qn verò hic dicit Ar. ꝙ præmiſſæ debent eſſe veræ propriæ, loquitur de illis præmiſſis, quæ ingrediuntur demonſtrationem formaliter, vt eſt omne rationale eſt riſibile.

Replica. ¶ Dices contra, nam præmiſſæ veræ propriæ, & neceſſariæ, quę formaliter ingrediūtur demonſtrationē ſunt communes, ergo demonſtratio conſtat ex communibus: vt omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt riſibilis: omnes enim termini, qui ſunt in hac demonſtratione ſunt communes, vt homo prædicatur de pluribus, ſimiliter rationale, & riſibile prædicantur de pluribus, ergo ſunt termini cōmunes, & per conſequens demonſtratio, quæ fit ex talibus fit ex communibus.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ commune eſt duplex: aliud eſt commune pluribus ſpetiebus, vt animal, aliud verò eſt commune pluribus indiuiduis, tñ eſt proprium vni ſpetiei, vt riſibile, tunc dico, ꝙ iſti termini, licet ſint communes pluribus indiuiduis: tamen non ſunt communes plurib. ſpetiebus, vnde non refert, ꝙ demonſtratio fiat ex communibus ad plura indiuidua: ſed refert ꝙ nō fiat ex cōmunibus ad plures ſpeties ex quibus omnibus dicimus, ꝙ præmiſſę demonſtrationis debent eſſe, non ſolùm verę ſed propriæ, & neceſſariæ, & proportionatæ, vnius generis .i. ſubiecti vnius ſcientiæ.

2 *Quod autem ex neceſſariis oportet eſſe ſyllogiſmum, manifeſtum eſt ex his, ſi enim qui non habet rationem eius, quod eſt propter quid exiſtente demonſtratione, non eſt ſciens.* Tex. 48.

CVM Ar. nonnullis rationibus probauit demonſtrationem ſimpliciter fieri, ex præmiſſis neceſſariis, & oſtendit quanta eſt intellectus ſimplicitas eorum, qui dicebant ꝙ præmiſſæ debent eſſe ſolùm veræ, & non neceſſariæ; nunc alia, & noua ratione, ducente hominem ad inconueniens, vult iterum probare, ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. proponit, nou ſolùm ex dictis, ſed ex dicendis manifeſtum eſſe, ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis, & facit nouam rationem in 2. ibi (eſſet aūt) exemplo manifeſtat rationē, in qua medium non eſt neceſſarium: ſed Nota, ꝙ tunc aliquis dicitur ſciens, quando habet inſtrumentum, aptum, natum, per quod acquirit ſcientiam, quod inſtrumentum ad hoc vt ſit aptum natum facere ſcientiam, oportet vt fiat ex præmiſſis neceſſariis non contingentibus; ſed per demonſtrationem aliquis dicitur ſciens, ergo demonſtratio fit ex neceſſariis, non ex contingentibus, aliter non diceretur ſciens: quod quidē aſſerit Ar. 1. poſt. 8. quando dicit ſcientialem autē dico, ſm quem, eo ꝙ ipſum habeamus, ſcimus quod etiam videre eſt 1. poſt. 15, nec non 2. poſt. 13. & Nota etiam, ꝙ vt demōſtratio faciat ſcire, oportet vt concluſio, quæ concluditur in illa demonſtratione ſit neceſſaria, & medium per quod cōcluditur illa concluſio neceſſaria, ſit etiā neceſſarium non contingens, qm ſi concluſio eſſet neceſſaria & medium contingens, non neceſſariū: tunc aliquis non diceretur ſciens, nec illa diceretur demōſtratio, ſed potius diceretur ſyllogiſmus, vt ait Ar. 1. poſt. 9. qm non faceret ſcire, dicimus ergo ꝙ tam cōcluſio, q̄ medium vtraq; debent eſſe neceſſaria, quo ſtante fiat ratio hoc modo: tria ingrediuntur demonſtrationē 1. poſt. 57. 76. mediū, & maius extremū, & minus extremū, omnia quæ ſunt neceſſaria, ex quib. fiunt duę præmiſſæ neceſſariæ, ſed demōſtratio fit ex his duabus præmiſſis factis, ex terminis neceſſariis: ergo demōſtratio fit ex præmiſſis neceſſariis, vnde dicit Ar. (ꝙ autē ex neceſſariis, oportet eſſe ſyllogiſmum manifeſtum ex his) epilogando quæ dixit; ſ. ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis .d. nō ſolùm manifeſtū eſt ex dictis rationib.

Diuiſio text.

ſcit etiam ex rationibus dicendis, ꝙ (oportet) nota verbum ſignificans neceſſitatem, .i. neceſſarium eſt neceſſitate ſimpliciter: ad hoc vt aliquis dicatur ſciens, per demonſtrationem, vt demonſtratio fiat ex neceſſariis (ſyllogiſmum) adde tu demonſtratiuũ (eſſe), .i. fieri ex (neceſſariis) ſ. præmiſſis, dixit neceſſariis in numero plurali: qm̃ ad minus duæ præmiſſæ faciunt ſyllogiſmum 1. poſt. 26. & in libro de motu an. cap. 4. & qm̃ demonſtratio 1. prior. cap. 5. eſt ſyllogiſmus, ideo dicit in plurali (ſi enim qui non habet rationem eius, quod eſt propter quid, exiſtente demonſtratione, non eſt ſciens) .i. ſi aliquis (exiſtente demonſtratione) .i. habens demonſtrationem, in qua (non habet rationem) .i. cauſam dicentem propter quid; vt ſe exponit in textu 51. 101. 103. 166. 182. & 95. .i. neceſſariam, ſequeretur hoc, ſ. quod non eſſet ſciens: vt ergo dicatur ſciens, oportet ꝙ habeat demonſtrationem in qua; medium ſit cauſa dicens propter quid ipſius quæſiti, & hoc eſt exemplum interpoſitio terræ, inter Solem, & Lunam, eſt priuatio luminis; eclypſis eſt interpoſitio terræ inter Solem, & Lunam: ergo eclypſis eſt priuatio luminis, in hac demon. medium eſt cauſa, quæ dicit propter quid ipſius quæſiti: quæ eſt cauſa efficiẽs neceſſaria, ſi enim aliquis interrogabit, propter quid eclypſis eſt priuatio luminis? ſtatim dices propter interpoſitionem terræ inter Solem, & Lunam, quo propter quid habito ceſſat quæſtio, & ſic dicitur ſciens, ſi verò habet demonſtrationem, & medium, non eſt ratio dicens propter quid, non eſt, nec dicitur ſciens.

Dub. ¶ Dices, ſi tunc aliquis dicitur ſciens, qñ habet demonſtrationẽ, in qua medium eſt cauſa, dicens propter quid; ergo qñ aliquis habet demonſtrationem quia, in qua medium non eſt cauſa dicens, propter quid non dicitur ſciens.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ non dicitur ſciens, ſcientia perfecta, & per cauſam: ſed dicitur ſciens ſcientia imperfecta ſine cauſa, vt ait Au. 1. phy. 1. vnde non dicitur ſciens vniuocè, ſed analogicè, ſumens nomen ab inſtrumento, ſicut enim demonſtratio, quia dicitur analogicè, & per poſterius demonſtratio, ſic ſciens per demonſtrationẽ quia, dicitur analogicè ſciens.

Dub. ¶ Dices, quid intelligit Ar. per ly (rationem?) hoc in expoſitione textus fuit declaratum: tñ pro vberiori doctrina eſt notandum, ꝙ ratio apud Ar. ſumitur multis modis, vno modo pro inductione, vt 1. phy. 43. Alio modo pro ſyllogiſmo, vt 2. cæli 3. Alio modo pro intellectu, vt 1. phy. 49. Alio modo pro doctrina demonſtratiua, vt 2. phy. 55. Alio modo pro probatione, vt 8. phy. 22. Alio modo pro oratione, vt in definitione ſyllogiſmi. Alio modo pro definitione 4. met. 28. & 7. met. 42. & in antepredicamentis, cap. de æquiuocis, & in multis. Alio modo pro medio inferendi concluſionem 2. poſt. 97. & hoc modo ſumitur hic, quod medium eſt cauſa dicens propter quid.

¶ Dices, quæ eſt cauſa dicens propter quid? ¶ Dicas, ꝙ eſt cauſa efficiens, vt 2. poſt. 6. & 2. phy. 27. clarius 1. poſt. 166. ¶ Dices, ergo Replica. cauſa efficiens erit mediũ in demonſtratione quod eſt contra An. 1. poſt. 11. 2. poſt. 95. vbi aſſerit ꝙ forma eſt medium in demonſtratione.

¶ Dicas, ꝙ licet cauſa efficiens, dicat propter quid tamen, in hoc textu per rationem intelligitur forma; vt ſe exponit Ar. 4. phy. 11. & 8. met. 3. & 12. & in 1. de gen. an. cap. 1. & in libro de ſomno, & vigilia cap. 3. nec non 1. phy. 60. quæ forma dicit quid ſubiecti; & propter quid paſſionis; & ſic reſtat, ꝙ ratio, .i. forma, quæ forma dicit propter quid, eſt medium in demonſtratione. Vide quæſitum noſtrum de medio demõſtrationis ſimpliciter, vbi hæc, & alia adiſces. Sol.

¶ Sed dices, da mihi exemplum de demonſt. in qua medium non dicit propter quid, nec eſt neceſſarium. Dub.

¶ Reſpondet Ar. & dicit, ecce exemplum. Sol.

Eſſet autem vtique, vt a. de. c. ex neceſſitate eſſet b. verò medium, per quod demonſtratum eſt, non ex neceſſitate, non ſciuit propter quid, non enim eſt hoc propter medium, hoc enim contingit, non ineſſe concluſio autem neceſſaria.

CVM Ar. fecit rationem ducentem hominem ad inconueniens, per quam probauit, ꝙ demonſtratio ſimpliciter, fit ex neceſſariis, nunc exemplo manifeſtat rationem factam, in qua medium non eſt neceſſarium, & dicit (eſſet autem vtique) .i. per modum exempli eſſet ſic (vt) .i. v.g. ſit hæc concluſio demonſtranda, ſ. a. de. c. (ex neceſſitate eſſet) .i. non eſſet prædicatum (ex neceſſitate) .i. neceſſarium de. c. id eſt de ſubiecto neceſſario: vt riſibile, quod eſt prædicatum neceſſarium demonſtrandum, de ſubiecto neceſſario; vt de homine b. verò medium per quod demonſtratum eſt non ex neceſſitate, id eſt, b. verò eſſet medium, per quod demonſtratum eſt a. prædicatum neceſſarium de c. ſubiecto neceſſario (non ex neceſſitate) .i. non eſſet neceſſarium (non ſciuit propter quid) qd̃ diſſet, qui ſciuit prædicatum neceſſarium, de ſubiecto neceſſario, vt a. de. c. (non ſciuit propter quid) .i. non ſciuit per cauſam neceſſariam, & propriam dicentem propter quid illius prædicati neceſſarii, quod ineſt ſuo ſubiecto neceſſario (non enim eſt hoc propter medium) nunc aſſignat cauſam; quare non ſciuit propter quid, & dicit (enim) pro quia, hoc ſ. prædicatũ neceſſariũ, vt a. riſibile (non eſt) .i. non ineſt ſuo ſubiecto neceſſario homini (ꝓpter mediũ) .i. contingens, & non neceſſariũ (hoc. n. contingit non eſſe concluſio autẽ neceſſaria)

neceſſaria.) Dices quare prædicatum neceſſarium, non ineſt ſubiecto neceſſario, propter medium contingens? Reſpondet; & dicit, (hoc enim cõtingit non ineſſe, concluſio autem neceſſaria.) Nota ly enim eſt ſignũ reddens cauſam pro quia (hoc) i. medium contingens, contingit non ineſſe) : i. poteſt eſſe, & non eſſe concluſio verò ſemper eſt: quia eſt neceſſaria, & non modo eſt, & modo non eſt, ſed eſt perpetua: qm̃ neceſſarium 6. ethic. cap. 4. eſt perpetuum, & ſic non neceſſarium non poteſt eſſe cauſa, nec poteſt dicere propter quid neceſſarij; exemplum pro minoribus omne deambulans eſt riſibile, omnis homo eſt deambulans; ergo omnis homo eſt riſibilis, hæc concluſio neceſſaria, ſed medium eſt contingens, vnde qui ſcit hanc concluſionem neceſſariam per medium contingens, & non dicit propter quid, & quod non eſt propria cauſa non ſciuit: vnde illa dicitur demonſtratio, quæ facit ſcire concluſionem neceſſariam per medium neceſſarium; dicens propter quid, aliter non dicitur demonſtratio, nec facit ſcire, vt ergo faciat ſcire, oportet vt fiat ex neceſſariis, ex quo patet, ꝙ ſi demonſtratio facit ſcire, ſine dubio fit ex neceſſariis præmiſſis habentibus medium neceſſarium, per quod cõcluditur prædicatum neceſſarium de ſubiecto neceſſario, quod medium neceſſarium, & proprium dicit propter quid prædicati neceſſarij, & ſi medium non eſt neceſſarium concluſio ignoratur, & non eſt. ¶ Dices contra, qm̃ pictor eſt, & dicit propter quid picturæ, & tamẽ pictor contingit non eſſe, & pictura eſt. ¶ Dicitur, ꝙ pictor, & quælibet cauſa efficiens poteſt conſiderari bifariam: vno modo vt fit. Alio modo vt eſt: vel vno modo in eſſe imperfecto. Alio modo in eſſe perfecto, & in facto eſſe; tunc dicitur, ꝙ pictor eſt cauſa vt pictura fiat: non vt pictura ſit: nam ſi quærimus, propter quid pictura eſt, non dicimus, qm̃ pictor eſt: ſed ſi dicimus propter quid pictura fit, dicimus, qm̃ pictor ipſam facit; tunc dicitur, ꝙ ſi pictor poteſt non eſſe, & pictura etiam poteſt non eſſe in fieri, & ſic pictor eſt cauſa dicens propter quid de pictura in fieri, non de pictura in eſſe perfecto. ¶ Iterum dices, ſiue fuerit medium neceſſarium, ſiue contingens, ſemper ſequitur concluſio neceſſaria; vt patet ex definitione ſyllogiſmi 1. prior. & 1. top. cap. 1. in libro de motu an. cap. 4. ¶ Dicitur ꝙ aliud eſt dicere neceſſariò, & aliud eſt dicere neceſſaria; tunc dicitur ꝙ ex medio contingenti ſequitur concluſio neceſſariò, non neceſſaria reſpectu ſyllogiſmi; ſed ſi ſequitur neceſſaria, hoc eſt per accidens, & ratione formæ ſyllogiſticæ: ſed in demonſtratione, ſequitur concluſio neceſſariò, reſpectu ſyllogiſmi; & in quantum demonſtratio eſt ſyllogiſmus, ſed ſequitur concluſio neceſſaria, non ratione alterius, ſed per ſe. in quantum demõſtratio eſt. ¶ Dices, cõtingens poteſt eſſe cauſa neceſſarij? Dub. ¶ Dicas per accidens, ſed non per ſe. Sol.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Præterea ſi aliquis non ſciuit nunc habens rationem, & ſaluus ſalua re, non oblitus, neque prius ſciuerat. Text. 49.

POSTQVAM Ar. nonnullis rationibus probauit demonſtrationem fieri ex neceſſariis, nunc alia ratione confirmat, demonſtrationem fieri ex neceſſariis. Ideo ¶ Diuiditur iſte textus in 4. partes; in 1. facit rationem in 2. ibi (corrumpi aũt poſſet) probat conſequentiam in 3. ibi (quare habebit) iterum infert conſequentiam in 4. ibi (ſi verò non eſt corruptum) repetit probationem conſequentiæ: ſed pro intelligentia eſt notandum, ꝙ vt aliquis dicatur ſciens, quatuor conditiones requiruntur, quarum prima eſt, ꝙ ille homo ſit viuus non corruptus, ſeu mortuus, & ſi eſt viuus bene diſpoſitus, & non male affectus. 2. conditio eſt, vt non ſit oblitus. 3. ꝙ medium, per quod ſcitur concluſio, debet eſſe ſaluum, i. non corruptum, ſed neceſſarium. 4. ꝙ concluſio quæ ſcitur per medium ſaluum, etiam ſit ſalua, & neceſſaria: ſed ſi aliqua illarum conditionum defecerit, ille nunquam dicitur ſciens, ex quo ſequitur, ꝙ cùm demonſtratio fiat ex medio neceſſario, & concluſione neceſſaria, ſine dubio fit ex neceſſariis; fiat ergo hæc ratio: illæ conditiones requiruntur ad demonſtrationem, cum quibus facit operationem ſuam, ſ. ſcire: ſed cum his quatuor ſupradictis, quarũ duæ ſunt ex parte adſiſtentis, & duæ ex parte inſtrumenti, demõſtratio facit ſcire, & homo dicitur ſciens: ergo iſtæ, & tot conditiones requiruntur ad demonſtrationem, ſignum eſt euidẽtiſſimum, ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis, qm̃ tunc non faceret ſcire, qm̃ careret fine, & opere ſuo. his ſic præhabitis, conſtrue textũ hoc modo. videlicet (præterea) i. præter rationes factas probãtes demonſtrationem ſimpliciter fieri ex neceſſariis, fiat alia ratio, quæ ſit hæc (ſi aliquis non ſciuit, nunc habens rationem, & ſaluus ſalua re, non oblitus, neque prius ſciuerat) i. ſi aliquis facit demõſtrationem, & habet omnes iſtas quatuor conditiones, ſ. habet (rationem) i. medium, quod eſt cauſa dicens propter quid, & ipſe eſt (ſaluus) viuus, & non mortuus (ſalua re) i. concluſione exiſtente neceſſaria, & non eſt oblitus demonſtrationis factæ, & ſi nunc) i. actu habens iſtas conditiones, non ſciuit (neque prius ſciuerat) . i . ſequitur hæc conſequentia, ſ. ꝙ quando prius non habebat omnes iſtas conditiones, neque ſciuerat: ſed, q. d. Ariſt.

Diuiſio text.

 nunc

Digitized by Google

nunc habens iſtas conditiones, ſcit, & dicitur ſciens: ergo quando prius non habebat medium neceſſarium, ſed contingens, non ſciebat, ergo pro firmo ſequitur, q̄ vt aliquis dicatur ſciens, per demonſtrationem, vt demonſtratio fiat ex neceſſariis.

Corrumpi autem poſſet medium, ſi non eſt neceſſarium.

Cvm Ar. fecit rationem, ponendo antecedens cum ſuo conſequente: nunc probat conſequens, ſed eſt Notandum, q̄ dixit Ariſt. quando aliquis vult dici ſciens, debet habere medium: quod ſit ſaluum, & non corruptum. hinc aliquis poſſet dicere, ò Ar. ego facio demonſtrationem, in qua ſumo medium, quod non eſt neceſſarium, ſed contingens, & hoc medium actu non eſt corruptum, nonne demonſtratio facta, cum illo medio facit ſcire? Reſpondet Ariſt. & dicit (corrumpi autem poſſet medium, ſi non eſt neceſſarium). i. (autem) pro ſed ſi medium quod ſumitur in demonſtratione, non eſt neceſſarium, ſed contingens, & in actu non eſt corruptum: tamen corrumpi poteſt, vnde demonſtratio non ſolùm non debet fieri ex illis, quæ poſſunt corrumpi, ad hoc vt faciat ſcire: quia demonſtratio eſt æternorum, & eorum quæ ſemper ſunt: vt 6. ethic. cap. 4. aſſerit Ar. & 1. poſt. 62. & 63. nec non 7. met. 53. & 55. clarius 11. met. 1.

Quare habebit rationem, ſaluus ſalua re, non autem ſciuit, neque igitur prius ſciuerat.

Cvm probauit conſequentiam rationis factæ, nunc iterum infert illam conſequentiam, quod denotat illa particula (quare) ſed Nota aliquis enim poſſet dicere, ò Ar. ſi quis faceret demonſtrationem, & acciperet medium, quod non eſt corruptum, & facta demonſtratione, illud medium corrumperetur, ille dicitur ſciens? Reſpondet Ariſt. & dicit Quare qui habebit rationem. i. mediū quod non eſt corruptum, adde tu ante demonſtrationem, & ipſe eſt ſaluus (ſalua re). i. concluſione exiſtente neceſſaria: & adde tu, ipſe non eſt oblitus (non ſciuit) i. non dicitur ſciens, poſt factam demonſtrationem (neque prius ſciuerat) antequam illud medium corrumperetur, nec dicebatur ſciens: quia habebat potentiam ad corruptionem.

Si verò non eſt corruptum, contingit corrumpi, quod accidit [illegible], vtique contingens, & poſſibile: ſed eſt impoſ[illegible]ile, ita ſe habentem ſcire.

Poſtqvam Ar. intulit conſequentiam, nunc repetit probationem conſequentiæ, vt bene inquit Au. dicit ergo Ar. (ſi verò) adde tu medium, non eſt corruptum in actu (contingit corrumpi). i. poteſt corrumpi, & neceſſario corrumpetur: & ſi aliquis negaret dicens, nego q̄ ſi non eſt corruptum, contingit, & poteſt corrumpi, probat Ar. & dicit quod accidit eſſet, vtique contingens, & poſſibile). i. illud, quod accidit eſt contingens, & poſſibile: & id quod eſt poſſibile, poteſt eſſe, & non eſſe: ſed medium accidit, ergo medium poteſt eſſe, & non eſſe. ¶ Sed diceres, ò Ar. per hoc medium, quod poteſt corrumpi, quod eſt contingens, & non neceſſarium, homo poteſt dici ſciens? ¶ Reſpondet, & dicit (ſed eſt impoſſibile, ita ſe habentem ſcire). i. impoſſibile eſt illum, qui ita ſe habet: i. qui ſumit medium in demonſtratione, vel corruptum, vel quod poteſt corrumpi (ſcire). i. dici ſciens per demonſtrationem: ſed potius dicitur ſyllogizans, quàm demonſtrator. Ex quibus omnibus Nota, q̄ quatuor conditiones requiruntur, vt aliquis dicatur ſciens duæ ex parte inſtrumenti, q̄ habeat mediū neceſſarium, & concluſionem neceſſariam; & duæ ex parte ſcientis: ſ. q̄ debet eſſe ſaluus, non mortuus, ſed viuus, & non ſolùm viuus, ſed bene diſpoſitus, ſine infirmitate organi neceſſariò requiſiti, ad ſcientiam, quod eſt auditus, & viſus. & non debet eſſe oblitus: ſed debet eſſe memor, & debet habere bonam memoriam, vt apprehendat, & retineat id, quod apprehendit; quia dicit Ar. & Au. in libro de memoria, & reminiſcentia, cap. vltimo, q̄ qui habet cerebrum huius diſpoſitionis, ſ. q̄ in ipſo debet dominari ſiccitas, magis quàm humiditas, ſiccitas enim eſt innata recipere difficile. & cùm recipit formam, tunc eſt innata retinere, eam longo tempore, è conuerſo de humido, & ideo qui habent cerebrū talis complexionis, ſunt bonæ rememorationis, qui autem habent locum dominatum humiditate, non rememorantur, quia formæ non figurantur in humido, ſed recipiunt cito, quia humor facile recipit formam, & ideo multæ ſiccitatis cerebrum eſt paucæ receptionis, & multæ rememorationis, & multæ humiditatis eſt velocis conſeruationis, & multæ obliuionis, & difficilis rememorationis, & qui habent medianı complexionem, habent bonam conſeruationem, & bonam memoriam: & ideo bonitas memoriæ attribuitur iuuenibus, & obliuio accidit pueris, & ſenibus, pueris, propter humiditatem naturalem, & ſenibus propter humiditatem accidentalem & quidam ſenes ſunt bonæ memoriæ, quando iſta complexio accidentalis, non fuerit dominans in eis complexio enim naturalis ſenis eſt ſiccitas, & ideo ſenex reperitur rememorans, & non conſeruans, pueri autem è conuerſo, iuuenes autem habent vtrumque, conclu-

Dub.

Sol.

Diuiſio text.

Petitio.

Digitized by Google

concluditur ergo, ꝙ inter principales conditiones, quas ſciens debet habere; hæc eſt vna, ſ. ꝙ habeat bonam memoriam.

Tex 50. *Quando quidem igitur concluſio ex neceſſitate ſit; nihil prohibet medium non neceſſarium eſſe, propter quod monſtratum eſt, eſt enim neceſſarium ex non neceſſariis ſyllogizatum eſſe, quemadmodum verum non ex veris.*

Cvm Ar. probauit, ꝙ demonſtratio ſit ex neceſſariis, & debet habere medium neceſſarium, & non corruptum, nec poſſibile corrumpi, ſed æternum per quod concluditur concluſio neceſſaria, nunc declarat, ꝙ non ſic ſe habet in ſyllogiſmo: qm̃ in ſyllogiſmo ex propoſitionibus nõ neceſſariis, poteſt ſyllogizari concluſio neceſſaria; vnde valet dicere, præmiſſæ ſunt neceſſariæ, ergo concluſio eſt neceſſaria: ſed non valet è contra, ſ. concluſio eſt neceſſaria, ergo præmiſſæ ſunt neceſſariæ, qm̃ concluſio neceſſaria poteſt ſyllogizari ex præmiſſis non neceſſariis, ſed contingentibus, vt optimè aſſerit Ar. quod patet per hanc rationem, ſicut ſe habet verum, ad non verum: ſic ſe habet neceſſarium, ad non neceſſarium, ſed poſſibile eſt ſyllogizare, concluſionem veram ex præmiſſis non veris, ergo ſic poſſibile eſt ſyllogizare, concluſionem neceſſariam ex præmiſſis non neceſſariis: v.g. lapis eſt animal, homo eſt lapis, ergo homo eſt animal: ecce modo ꝙ hæc concluſio eſt vera, ſ. homo eſt animal, & tamen dependet ex præmiſſis falſis non veris: ſic etiam concluſio neceſſaria ſyllogizatur ex præmiſſis non neceſſariis, ſed contingentibus, v.g. omne currens eſt animal, omnis homo eſt currens, ergo omnis homo eſt animal. ¶ Diuiditur iſte textus in 4. partes: in 1. declarat ꝙ ex præmiſſis, non neceſſariis ſequitur concluſio neceſſaria, In 2. ibi (quando autem) declarat, ꝙ quando medium eſt neceſſarium, ſemper concluſio eſt neceſſaria, in 3. ibi (ſit autem. a. de. b.) dat exemplum quando medium eſt neceſſarium, concluſio etiam eſt neceſſaria. in 4. ibi (quando autem non neceſſaria ſit concluſio) exemplo declarat, ꝙ ſi concluſio non eſt neceſſaria, nec medium oportet eſſe neceſſarium, quantum igitur ad primum dicit Ar. (quando quidem igitur concluſio ex neceſſitate ſit, nihil prohibet medium non neceſſarium, eſſe propter quod monſtratum eſt) q.d. quando aliquis ſyllogizat, & in illo ſyllogiſmo concluſio eſt ex neceſſitate. i. neceſſaria (nihil prohibet) i. non inconuenit nullum eſt inconueniens, nec ab arte prohibetur, ꝙ medium: per quod illa concluſio eſt (monſtrata) i. ſyllogizata, non eſſe neceſſarium: qm̃ non eſt inconueniens, ꝙ in ſyllogiſmo præmiſſæ ſint non neceſſariæ. i. contingentes, & concluſio, quæ concluditur ex illis præmiſſis, ſit neceſſaria: ſed hoc eſt impoſſibile in demonſtratione, qm̃ in demonſtratione, ſi concluſio eſt neceſſaria; præmiſſæ etiam debent eſſe neceſſariæ, quod confirmat Ar. 1. poſt. 181. vbi aſſerit, ꝙ ſi propoſitiones ſunt neceſſariæ, & concluſio neceſſaria; ſi verò propoſitiones ſunt vt plurimum, & concluſio talis, hoc eſt, vt plurimum, qm̃ concluſio eſt effectus præmiſſarum qui effectus ſequitur naturam cauſæ; vnde ſi effectus eſt neceſſarius, cauſa etiam eſt neceſſaria, iuxta illud Ar. 7. met. 28. à ſimili non producitur, niſi ſimile; homo enim generat hominem, leo leonem 2. phy. 13. 26. 12. met. 18. necnon 1. de part. an. cap. 1. ſed dices, ò Ar. quomodo ex præmiſſis non neceſſariis, poteſt ſequi concluſio neceſſaria? Reſpondet & dicit (quemadmodum verum, ex non veris) i. v.g. ſicut (verum) i. concluſio vera ſyllogizatur, (ex non veris) i. ex præmiſſis falſis (ſic) i. ſimiliter concluſio neceſſaria ſyllogizatur, ſed non demonſtratur ex præmiſſis non neceſſariis, valet enim hæc ſimilitudo, ſicut poteſt ſyllogizari vera cõcluſio ex præmiſſis falſis, ſic poteſt ſyllogizari concluſio neceſſaria, ex præmiſſis nõn neceſſariis, velutì etiam docet Ar. 2. prior. cap. 2. 3. & 4. tamen hoc eſt per accidens, & non per ſe.

Quando autem medium ex neceſſitate, & concluſio ex neceſſitate: quemadmodum & ex veris verum ſemper.

Cvm declarauit reſpectum concluſionis ad medium: ſ. ꝙ concluſio non neceſſaria, poteſt ſequi ex medio non neceſſario; nunc declarat proportionem, ſeu reſpectum medij ad concluſionem: ſ. ꝙ quãdo medium eſt neceſſarium, ſemper concluſio eſt neceſſaria, & dicit (quando autem medium ex neceſſitate) i. quando medium eſt neceſſarium, & concluſio ſ. quæ ſequitur ex tali medio neceſſario (eſt ex neceſſitate) i. eſt neceſſaria: dat exemplum, quemadmodum ex veris præmiſſis, ſemper ſequitur verum; hoc eſt concluſio vera, ex quo ſicut ſe habent præmiſſæ veræ, ad concluſionem veram, ſic ſe habent præmiſſæ neceſſariæ ad concluſionem neceſſariam; ſed præmiſſæ veræ ſemper inferunt concluſionem veram, ſic præmiſſæ neceſſariæ, ſemper inferunt concluſionem neceſſariam. ¶ Dices Ar. ſibi contradicit: nam dixit ſupra ꝙ ex præmiſſis non veris, ſequitur concluſio vera: hic verò aſſerit, ꝙ ex veris ſemper ſequitur verum. **Dub.** ¶ Dicitur, ꝙ ex non veris ſequitur verum, hoc valet in ſyllogiſmo, ſed in demonſtratione, ſemper verum ex veris ſequitur. **Sol.**

Diuiſio tex.

Sit

Sit enim a. de. b. ex neceſſitate, & hoc de. c. neceſſarium igitur, & a. ipſi c. ineſſe.

CVM Ar. declarauit, quòd quando medium eſt neceſſarium, concluſio etiam eſt neceſſaria: nunc exemplificat, ſicut mos ſuus eſt in terminis communibus, & ſumit b. pro medio, & a. pro maiori extremo, & c. pro minori extremo, & primò ponit maiorem, ſecundò minorem, tertiò infert concluſionem: ſic dicens (ſit enim a. de. b. ex neceſſitate) q. d. ſumatur hæc pro maiori, ſ. omne b. eſt a. (& hoc de. c.) & hæc pro minori ſ (hoc) .i. b. prædicetur de c. dicendo c. eſt b. (neceſſarium igitur & a. ipſi c. ineſſe) igitur a. neceſſario ineſt ipſi c. id eſt c. eſt a. ¶ Dices, non intelligo iſtos terminos, declara facilius? ¶ Nota pro faciliori intelligentia, loco b. ſumatur rationale: & loco a. riſibile, & loco c. homo, & dicas ſic, omne b. rationale eſt a. riſibile, omne c. homo eſt b. rationale, ergo omne c. homo eſt a. riſibilis, ecce modo, ꝙ ex medio neceſſario, ſequitur concluſio neceſſaria.

Petitio.

Quando autem non neceſſaria ſit concluſio, neque medium neceſſarium poteſt eſſe, ſit enim a. ipſi c. non ex neceſſitate, & hoc ipſi c. ex neceſſitate, & a. igitur ipſi c. ex neceſſitate inerit: ſed non ſuppoſitum fuerat.

CVM Ar. exemplo manifeſtauit, ꝙ quando medium eſt neceſſarium, oportet etiam, ꝙ concluſio ſit neceſſaria, nunc oſtendit, ꝙ quando concluſio non eſt neceſſaria, nec medium neceſſarium poteſt eſſe, & dicit ſic (qñ autem non neceſſaria ſit concluſio, neque medium neceſſarium poteſt eſſe) q. d. ꝙ concluſio non poteſt eſſe contingens, & præmiſſæ neceſſariæ, quod probat per regulam de omni, & dicit (ſit enim a. ipſi. c. non ex neceſſitate ineſſe). i. ſit hæc concluſio non neceſſaria: omne c. eſt a. (ipſi autem b. ex neceſſitate) .i. ipſi b. ex neceſſitate inſit a. dicendo omne b. eſt a. & hæc eſt maior propoſitio neceſſaria) & hoc ipſi c. (.i.) hoc (ſ. b. inſit ipſi c. dicendo, omne c. eſt b. & hæc eſt propoſitio minor, & a. igitur ipſi c. ex neceſſitate inerit) .i. ſequitur concluſio talis, ſ. omne c. eſt a. (ſed non ſuppoſitum fuerat) ergo per reductionem ad impoſſibile manifeſtum eſt, non eſſe concluſionem non neceſſariam per propoſitiones neceſſarias. ¶ Dices hæc omnia fuerunt declarata in 2. prior. cap. 2. & 3. quare Ar. eadem nunc repetit? ¶ Dicas, cum Au. ꝙ hæc in libro prior. fuerunt explicata, hic verò ſolùm de eis mentionem fecit.

Dub.

Sol.

Tex. 51. *Quoniam igitur, quod ſcitur demonſtratiuè, oportet ex neceſſitate ineſſe, manifeſtum ꝙ per mediũ neceſſariũ oportet habere demonſtrationẽ.*

POSTQVAM Ariſt. nonnullis rationibus notificauit demonſtrationẽ ſimpliciter fieri ex præmiſſis neceſſariis: nunc ex dictis infert concluſionẽ, nec non declarat inconuenientia, quæ ſequerentur ſi demonſtratio non haberet medium neceſſarium. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. ex dictis infert concluſionem, in 2. ibi (aut non ſciet) declarat quæ ſunt illa inconuenientia, quæ ſequerentur, ſi medium non eſſet neceſſarium: quantum ad primum dicit Ar. (qm igitur quod ſcitur demonſtratiuè, oportet ex neceſſitate ineſſe: manifeſtum ꝙ per mediũ neceſſarium oportet habere demonſtrationem) q. d. Ar. manifeſtum eſt, adde tu ex dictis, ꝙ oportet demonſtrationem habere medium neceſſarium: (qm) aſſignat cauſam (quod ſcitur) .i. qm prædicatum, quod ſcitur, adde tu de ſubiecto (demonſtratiuè) .i. per demonſtrationem (oportet ineſſe) ſ. ſubiecto (ex neceſſitate) .i. oportet, ꝙ ſit neceſſarium ſubiecto, de quo concluditur in concluſione: verùm Nota ꝙ medium, vt diximus debet eſſe cauſa neceſſaria, ſed non cauſa materialis, non finalis, non efficiens, ſed formalis: nec debet eſſe forma communis, quia hæc eſt genus, 2. phy. 28. quod genus 1. poſt. 41. non ingreditur demonſtrationem, ſed ſi cauſa finalis, vel efficiens erit medium non niſi vt tenet locum formæ, veluti docuit Au. 1. poſt. 35. quæ forma primò, & per ſe eſt medium in demonſtratione ſimpliciter. ¶ Dices, quare Ar. à textu 44. vſque ad 50. ſemper dixit, ꝙ præmiſſæ debent eſſe neceſſariæ, & nunc non nominat præmiſſas: ſed nominat medium dicens, ꝙ medium debet eſſe neceſſarium. ¶ Dicas, verùm Nota, ꝙ nil aliud eſt dicere præmiſſas eſſe neceſſarias, niſi continere medium, quod eſt neceſſarium: ſicut nil aliud eſt dicere præmiſſas eſſe cauſam, niſi continere medium, quod eſt cauſa, vt retulit Au. 1. poſt. 11. ex quo quando Ar. aſſerit, quòd oportet præmiſſas eſſe neceſſarias, intelligitur ſic: videlicet quòd oportet præmiſſas continere medium quod eſt cauſa neceſſaria; omnes enim conditiones, quæ requiruntur ad præmiſſas, requiruntur ad medium, veluti dixit Ariſtot. 1. poſt. 9. quando dixit: ſi ſcire eſt vti poſuimus, neceſſe eſt ſcientiam demonſtratiuam eſſe ex veris, primis, immediatis, prioribus, & notioribus: & cauſa concluſionis, q. d. ꝙ oportet, ꝙ ſcientia demonſtratiua habeatur ex præmiſſis, veris .i. habentibus medium, quod eſt cauſa vera; prima, immediata, prior, & notior, ſecundùm nos, & ſecundùm naturam. ¶ Dices, ſi medium in demonſtratione, non eſſet neceſſarium: quid mali eſſet, & quod inconueniens ſequeretur? Reſpondet Ar. & dicit.

Diuiſio text.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Aut

Digitized by Google

Aut non ſciet, neq; propter quid: neq; quod neceſſe eſt illud eſſe, ſed vel exiſtimabit non ſciēs, ſi ſuſpicetur: tanquàm neceſſarium, quod non neceſſarium, aut neq; exiſtimabit ſimiliter, & ſi quid ſciat per media, & ſi propter quid, & per immediata.

Dub.
Sol.

CVM Ar. ex dictis intulit concluſionem, q medium debet eſſe neceſſarium, & aſſignauit cauſam: qm̄ concluſio, quæ eſt effectus, & operatio eſt neceſſaria, iuxta illud Auer. 1. cæli 8. operatio arguit cauſam, ſicut motus arguit naturam, nunc declarat inconuenientia, quæ ſequerentur ſi medium non eſſet neceſſarium. ¶ Dices quid incōueniens ſequeretur? ¶ Rñdet Ar. verùm Nota q demōſtratio ſimpliciter, de qua eſt ſermo vſq; ad textum 95. abſoluit duo quęſita. ſ. eſſe, & cauſam vt teſtatur Auer. 1. poſt. 7. & in 8. quæ poſt.

Petitio.
Reſpon.

¶ Dices, quid ſibi vult hoc quæſitum .ſ. eſſe? ¶ Dicas, nil aliud niſi quod eſt, & cauſam .i. propter quid eſt vnde ſi medium in demonſtratione, non eſſet neceſſarium: tunc ſequeretur hoc primum incōueniens, qui demonſtrabit per medium, non neceſſarium, (non ſciet neq; propter quid) ideſt non ſciet ſcientia per eius cauſam, (neque q neceſſe eſt illud eſſe), ideſt neque ſciet ſcientia de eius eſſe: ſi quæſitum eſſet ſolum ipſum eſſe, neque ſcientia amborum, ſi quæſitum eſſet amborum, & vt bene inquit Auer. qui ſciuerit rem per medium, non neceſſarium, non peruenit ei nulla ſpecies demonſtrationis, ſcilicet neque demōſtratio propter quid, neq; demonſtratio quia; hoc eſt neque demonſtratio eſſendi, neque demonſtratio cauſæ; neque demonſtratio ſimpliciter: quæ continet ambas res ſimul, id eſt non ſciet per demonſtrationem ſimpliciter; neque per demonſtrationē propter quid; neque per demonſtrationem quia, qm̄ in omni demonſtratione requiritur, quòd medium ſit neceſſarium: ſed ſciet per viā accidentis, & ſophiſtico modo. Hinc nota, q Ar. in 1. poſt. conſiderat de medio demonſtrationis, non in 2. qm̄ in 1. docet prædicata, & conditiones, quæ competunt medio: ex quo fiat ratio demonſtratiua, cōtra græcos, & alios græcos inſectantes, vbi conſiderantur conditiones, attributa alicuius, ibi conſideratur illud: qm̄ conditiones ſunt inſeparabilia, & eſſentialia prædicata: ſed in 1. poſt. conſiderantur conditiones, & attributa de medio demonſt. & primò quòd medium eſt cauſa, vt 1. poſt. 7. & 11. Secundò quòd debet eſſe æternum, non corruptibile, vt 1. poſt. 49. ¶ Tertiò quòd debet eſſe verum, & non ſolum verum, ſed verum proprium, eſſentiale vt 1. poſt. 47. & quòd debet eſſe cauſa maioris 1. poſt. 9. & 71. & quòd debet eſſe neceſſarium, vt patet in hoc textu; ergo Ariſt. in 1. poſt. & non in 2. conſiderat de medio; hinc quidem Græci omnes æquiferant animo, dicentes de medio, in 2. poſt verba fieri hoc quidem ſuſtineri nō poteſt.

Dub. et Sol.

¶ Dices, Ariſt. in 2. poſt. pluries nominat medium, vt patet in textu 67. 63. 66. 97. ergo de medio tractat in 2. poſt. ¶ Dicas, q aliud eſt nominare aliquid, & aliud eſt conſiderare, & tractare de illo, ſi nominat medium, non per hoc ſequitur, q conſiderat, de medio qm̄ conſiderare de aliqua re nil aliud eſt niſi docere proprietates, conditiones, & accidentia propria illius rei quod quidem de medio non fit in 2. poſt. (ſed vel exiſtimabit non ſciens), q.d. Ariſt. ille qui ſcit per medium non neceſſarium eſt inter duo; aut vt exiſtimet ſe ſcire, & non eſt ſciens: i. non ſcit; & hoc euenit (ſi ſuſpicetur, tanquam neceſſarium, quod non neceſſarium) .i. ſi credet, q medium non neceſſarium ſit neceſſarium, (aut neque exiſtimabit ſimiliter,) q.d. Ariſt. (aut ſi non exiſtimabit,) .i. credet medium eſſe neceſſarium, (ſimiliter) .i. non ſciet. (Et ſi quid ſciat, per media, & ſi propter quid, & per immediata) .i. non ſciet per media, hoc eſt per demonſtrationem, quia quæ procedit per propoſitiones mediatas: nec propter quid, i. per demonſtrationem propter quid, quæ procedit per immediata. i. per propoſitiones immediatas; vnde ſequitur, q omnis demonſtratio, & qui vult conſtruere quamlibet ſpeciem demonſtrationis, vt dicatur ſciens, debet habere medium neceſſarium: & debet etiam ſcire, q illud medium eſt neceſſarium, & ſi forte illud medium, quod ſumit, non eſt neceſſarium: & credit q eſt neceſſarium & ſi re vera illud medium eſt neceſſarium, & ille non ſcit, q eſt neceſſarium, nullo modo dicitur ſciēs, nec per demonſtrationem ſimpliciter, nec per demonſtrationem propter quid, nec per demonſtrationē quia: qm̄ deficiente medio, neceſſario deficit, propoſitio neceſſaria, qua deficiente, deficit demonſtratio: & deficiente demonſtratione, deficit ſcientia: qua deficiente aliquis non poteſt dici ſciens, qm̄ à ſcientia dicitur ſciens, vt in capite de relatiuis, inquit Ariſt. relinquatur ergo tanquā præceptum omnino obſeruandum, apud omnes poſterioriſtas, qui ſcientes eſſe deſiderāt, quòd cōſtruant demonſtrationem ex medio neceſſario, & quòd certè ſciant, quòd illud medium eſt neceſſarium, & nō ſint dubij ſub verbo credo, & non credo; ſed certè debent credere, quòd medium debet eſſe neceſſarium; & debent ſcire, etiam quòd medium eſt neceſſarium; aliter nullo modo ſcientifici appellari poſſunt. ¶ Dices ſi omnis ſpecies demonſtrationis fit ex neceſſariis, & neceſſaria ſunt immediata, 1. poſt. 36. quomodo dicit Ariſt. quòd demonſtratio quia procedit

Dub.

dit per mediata? ¶ Dicas, ꝙ demonſtratio quia, procedit per mediata, meditatione cauſæ: ſed proceditper immediata immeditatione ſubiecti.

32. *Accidentium verò non per ſe, quomodo determinata ſunt per ſe, non eſt ſcientia demonſtratiua.*

Postqvam Ar. oſtendit, ꝙ demonſtratio debet fieri ex neceſſariis propoſitionib. continentibus mediũ neceſſarium, qm̃ concluſio, quæ ſcitur per illud mediũ eſt neceſſaria: nunc infert corolarium dicens, ꝙ demonſtratio non fit de accidentibus, quæ non ſunt per ſe: qm̃ talia accidentia, quæ non ſunt per ſe, non ſunt neceſſaria: ſed fit de accidentibus, quæ ſunt per ſe: qm̃ ſunt neceſſaria ex quo ſequitur, ꝙ accidentium neceſſariorum eſt demonſtratio, & ſic omni ex parte demonſtratio fit ex neceſſariis: tum ex parte medij, & præmiſſarum, tum etiam ex parte concluſionis: vnde ſequitur ꝙ tam præmiſſæ, quàm quæſita debent eſſe neceſſaria: cauſa intentionis eſt, qm̃ multa ſunt accidẽtia neceſſaria inſeparabilia à ſubiecto: vt nigredo in coruo, & albedo in niue, quæ ſunt neceſſaria, vt dicit Au. in epit. log. cap. de demonſt. tamen non ſunt per ſe, ad excludendum hæc à demonſtratione, qm̃ non ſunt quæſita demonſtrabilia. Ideo dicit, ꝙ accidentium, quæ non ſunt per ſe, licet ſint neceſſaria, non ſciuntur per demonſtrationem. ¶ Diuiditur iſte textus in 3. partes, in 1. facit id quod dictum eſt in 2. ibi (non enim ex neceſſitate) aſſignat cauſam, quare accidentium non per ſe, non eſt demonſtratio in 3. ibi (accidens namque contingit non ineſſe) probat quare accidentia communia non ſunt neceſſaria, quantum igitur ad primum: Sed Nota ꝙ dicit Au. 6. met. 2. Ar. 11. met. 1. & 2. poſt. 12. & 94. 1. poſt. 56. & in epit. log. cap. de demonſt. ac in 3. quæſito poſt. ꝙ demonſtratio non eſt ſubſtantiæ: ſed eſt de accidentibus: & declarat accidentia, definitio verò eſt ſubſtantiæ, & declarat ſubſtantiam, vt teſtis eſt Ar. 2. poſt. à 9. vſque ad 21. ſed qm̃ accidentia ſunt duobus modis, quędam ſunt propria eſſentialia, vt riſibile in homine, & innibile in equo: quædam verò ſunt accidentia communia, & per accidens, vt nigredo in coruo, & albedo in niue; ne aliquis crederet ꝙ demonſtratio declarat tam accidentia per ſe, propria, quàm accidentia communia, & per accidens. Ideo determinat in hoc textu quorum accidentium eſt demonſtratio, & quorum accidentium non eſt demonſtratio, & dicit ſic accidentium verò non per ſe, quomodo determinata ſunt per ſe, non eſt ſcientia demonſtratiua) .i. (ſcientia demonſtratiua) hoc eſt demonſtratio non eſt accidentium non per ſe .i. non eſt accidentium, quæ ſunt per accidens, id enim quod non eſt per ſe, eſt per accidens. 1. poſt. 32. q. d. demonſtratio non declarat accidentia per accidẽs, ſed q. d. demonſtratio declarat accidentia, quæ ſunt per ſe .i. quæ inſunt per ſe in 2. modo dicẽdi per ſe, ſuis ſubiectis, vel generibus ſubiectorũ, & ipſa ſubiecta, vel ſubiectorum genera ſumuntur in definitionibus ipſorum, (quomodo determinata ſunt per ſe) .i. in 1. poſt. 31. ¶ Dices quare ſolùm de his quæ ſunt per ſe, & non de his, quæ ſunt per accidens eſt demonſtratio? ¶ Reſpondet Au. 1. poſt. 44. & 6. met. 6. 5. phy. 1. vbi ait qm̃ ſcientia non perſcrutatur ea, quæ ſunt per accidens, qm̃ ea quæ ſunt per accidens, ſunt in minori parte, & quæ ſunt in minori parte, exiſtimantur non eſſe 2. phy. 53. ſed ſcientia eſt eorum, quæ ſunt ſemper, vel vt plurimum 1. poſt. 64. 187. ex quo oritur talis ratio, id quod componitur ex vno contrario faciente ſcientiam, non componitur ex alio contrario faciente ignorantiam, ſed demõſtratio componitur ex his quæ ſunt per ſe, quæ ſunt contraria his, quæ ſunt per accidens, vt patet in 3. quæſito poſt. ergo demonſtratio non componitur ex his, quæ ſunt per accidens.

Diuiſio text. — Dub. — Sol.

Non enim eſt ex neceſſitate monſtrare concluſionem.

Nvnc Ar. aſſignat cauſam, quare accidentium, quæ non ſunt per ſe, non eſt demonſtratio, & dicit, nõ n. eſt ex neceſſitate monſtrare concluſionem, Aliquis poſſet dicere, ò Ar. quare accidentium, quæ non ſunt per ſe, non eſt demonſtratio? Reſpondet & dicit (enim) ſignum redditiuum cauſæ, pro quia (non eſt ex neceſſitate, monſtrare concluſionem) .i. qm̃ concluſio quæ fit de talibus accidentibus, quæ non ſunt per ſe (non eſt ex neceſſitate) .i. non eſt neceſſaria, & ſi concluſio nõ eſt neceſſaria, neque propoſitiones erunt neceſſariæ, & per conſequens proceſſus de talibus propoſitionibus factus, non erit demonſtratiuus.

Accidens namque contingit non ineſſe, de tali enim dico accidente.

Nvnc Ar. probat, quare accidentia quæ non ſunt per ſe, non ſunt neceſſaria, & per conſequens concluſio de talibus accidentibus nõ eſt neceſſaria, & dicit (accidens namque contingit non ineſſe) q. d. ideo concluſio quæ fit de accidente, quod non eſt per ſe, non eſt neceſſaria (namque) ſignum redditiuum cauſæ, pro qm̃ accidens, ſupple tu communis, & non per ſe (contingit non ineſſe) .i. poteſt eſſe,

Digitized by Google

eſſe & non eſſe, in ſubiecto;cui ineſt,vt dictũ
Dub. eſt in 1.top.cap.de accidente.¶ Dicas nigre
do eſt accidens, & nunquam eſt ſine coruo :
ergo accidẽs, nõ contingit non ineſſe, ¶ Re
ſpõdet Ari.& dicit (de tali enim dico acci-
dente,) ¶ Dices, o, Ari. de quali accidente
Sol. loqueris?¶ Reſpondet Ari.tacitè de accidẽ
te communi,ſeparabili:quod modo eſt in ſu-
biecto,vt deambulare,quod eſt accidẽs,mo-
do eſt & modo non eſt.¶ Sed Dices, ſi acci-
Dub. dens commune , & ſeparabile non eſt neceſ-
ſarium,ergo accidens inſeparabile,vt albe-
do in cigno , erit neceſſarium; quia ſemper
eſt in ſubiecto.¶ Dr quòd non ſolum requi-
Sol. ritur ad hoc,vt accidens ſit neceſſarium , vt
ſit inſeparabile, a ſubiecto , ſed etiam vt ſit
Petitio per ſe,i.vt ſubiectum accipiatur in definitio
Sol. ne illius accidentis, modo albedo in cigno,
& ingredo in coruo,licet ſint accidentia in-
ſeparabilia , quia non ſunt per ſe , ideo non
ſũt neceſſaria,vt recte inquit Ari. & clarius
Replica. Auer.in com. 55. ¶ Dices cõtra:nam Auer.
in Epit.log.cap.de demonſt.dicit,ꝙ hæc pro
Sol. poſitio coruus eſt niger ; eſt propoſitio ne-
ceſſaria ; ergo ſolutio eſt falſa. ¶ Dr , quòd
eſt neceſſaria ſm̃ quid; ſed non eſt neceſſaria
ſimpliciter : ex qua propoſitione neceſſaria
ſm̃ quid: non fit demonſtratio ; ſed tantũ ex
ꝓpoſitione neceſſaria ſimpliciter, vnde fiat
hæc ratio,omnis demõſtratio fit ex his,quæ
ſunt neceſſaria:& quæ contingunt non ineſ-
ſe;ſed accidentia , quæ non ſunt per ſe , non
ſunt neceſſaria,& contingunt non ineſſe; er
go demonſtratio non fit de accidentibus nõ
Dub. neceſſarijs. ¶ Dices accidentia propria ſũt
duobus modis:quædam à natura,vt riſibili-
tas in homine;innibilitas in equo;& mugibi
litas in boue, quædam verò ſunt ex actibus,
& operationibus:vt medicum eſſe , & muſi-
cum eſſe,vellem ſcire, quæ accidentia pro-
pria ſciuntur per demõſtrationem illa, quæ
ſunt à natura;vel quæ ſunt ex actibus, & ope
Sol. rationibus?¶ Dr quòd illa ſciuntur per de-
mõſtrationem,quæ ſunt à natura, ſeu ſm̃ na-
turam:qm̃ hæc ſunt accidentia propria, pro
prie dicta;& conuertibilia:& qm̃ demõſtra-
tio eſt ex conuertibilibus : ideo dicimus , ꝙ
demonſtratio eſt ſolum de accidentibus, ꝓ-
prijs proprie dictis ; quæ competunt omni,
Dub. ſoli;& ſemper.¶ Sed iterum Dices, dictum
eſt,ꝙ ſcientia demonſtratiua eſt accidentiũ;
quæ ſunt per ſe , & eſſentialia ex quo vide-
tur ꝙ ſubſtantiæ non eſt demõſtratio , quod
eſt contra Auer.qm̃ dicit Auer.2.poſt. 12.ꝙ
demonſtrationes,quæ largiũtur eſſe;& cau-
ſam pro maiori parte fiunt,de accidentibus
ergo pro minori parte fiunt de ſubſtantijs ꝓ
ergo non ſolũ demonſtratio facit ſcire acci-
Sol. dentia;ſed etiam ſubſtantiam . ¶ Dicitur ꝙ
quando dicit Auer. ꝙ demonſtrationes pro
maiori parte fiunt de accidentibus:intelligi
tur pro maiori parte,.i. ſemper, vt 2.poſt.12.
ipſe ſe ipſum exponit. ¶ Dices qr Auer. di- Dub.
cit pro maiori parte, & deinde dicit & ſem- Sol.
per?¶ Nota ꝙ ait Auer.in 8.quæſ. poſt. & in
cap.de defi. ꝙ demonſtratio ſimpliciter con
cludit definitionem de definito per aliã de-
finitionem,v.g.Eclypſis habet duas defini-
tiones,vnam quæ dicit eſſe, ſeu quid, aliam
quæ dicit cauſam : ſeu propter quid , & qm̃
cõtingit,ꝙ definitio quæ dicit eſſe,ſeu quid
eſt ignota, & demonſtratur per illã, quæ eſt
nota;quæ dicit cauſam, & propter quid, di-
cendo ſic interpoſitio,terræ inter Solem, &
Lunam eſt priuatio luminis, Eclypſis eſt in-
terpoſitio terræ,inter Solem, & Lunam. er-
go Eclypſis eſt priuatio luminis . Nota ꝙ
priuatio luminis eſt,eſſe & quid Eclypſis, &
definitio Eclypſis: vt ne credas ꝙ demõſtra
tio aliquando facit ſcire ſubſtantiam:qm̃ fa
cit ſcire eſſe: Ideo dicit Auer. ꝙ demonſtra-
tio pro maiori parte:& addit illam particu
lam,& ſemper: qm̃ licet faciat ſcire defini
tionem Eclypſis,adhuc facit ſcire accidens:
qm̃ Eclypſis eſt accidens , & de finitio ſua ẽt
eſt accidens,iuxta illud Auer.1.phy. 5.& 7.
met.40.definitio,& definitum ſunt idem , vt
ſi definitum eſt accidens,definitio ſua etiam
erit accidens,& ſic ſemper ſequitur,ꝙ demõ
ſtratio,aut faciat ſcire accidens, aut eſſe qd
& definitionem accidentis, ſemper facit ſci
re accidens. ¶ Nota etiam ꝙ ſi demonſtra-
tio facit ſcire ſubſtantiam, non facit ſcire
ſubſtantiam, vt eſt prædicatum in quid ; ſed
ſm̃ aliquam ſpeciem accidentis,ideſt in quã
tum eſt prædicatum per ſe, vt inquit Auer.
1. poſt. com. 1.& ſic intelligitur Ariſt. 1.
poſt. 64. cum dicit, ꝙ definitio eſt conclu-
ſio demonſtrationis: intelligas tu de defi-
nitione accidentis , quod denotat illa par-
ticula in illo textu: cum dicit definitio eſt
concluſio quædam : vel etiam dici poteſt ,
quod definitio quæ eſt concluſio demon-
ſtrationis , nõ eſt definitio quid rei,ſed quid
nominis , vt optimè inquit Auer.in 8. quæ-
ſito poſt.

Atqui dubitare fortaſſe quiſpiam poſſet,cuius Tex.53.
cauſa hæc oportet interrogare de his : ſi non
neceſſe eſt concluſionem eſſe , nihil enim dif-
fert, ſi quis interrogatus , quæcumq; poſtea
dicat concluſionem.

CVM Ariſt.determinauit,ꝙ accidentiũ,
quæ non ſunt per ſe eo modo: quo determi-
nata ſunt per ſe:in textu 31. non eſt ſcientiæ
demonſtratiua, dicens qm̃ talia acciden-
tia, nõ ſunt neceſſaria : nunc mouet quan-
dam dubitationem, quam Aliquis ex di-

ctis facere poſſet ideo textus iſte ¶ Diuiditur in 2. partes; in 1. mouet dubitationem, in 2. ibi (oportet autem interrogare), ſoluit dubitationem, quãtum ad primum, ait Ariſt. ſic (Atqui dubitare fortaſſe quiſpiam poſſet) q. d. (atqui) pro ſed Aliquis, poſſet dubitare addẽtu, circa id, ꝙ dictum eſt: dicens ſic, ſi accidentium non perſe, non eſt demonſtratio; qm̃ ſunt contingentia, & non neceſſaria, ex quibus non ſequitur concluſio neceſſaria: (cuius cauſa oportet interrogare de his .ſ. accidentibus, nõ per ſe: ſi non neceſſe eſt concluſionẽ eſſe) ideſt ſi de talibus non fit concluſio neceſſaria, & qua de cauſa ex talibus accidentibus, non per ſe; facimus propoſitiones, & ſyllogiczamus, & neceſſario infertur concluſio: cũ determinatum ſit, ez non neceſſarijs, non ſequi neceſſarium?

Diuiſio textus.

Oportet autem interrogare, non tanquam neceſſarium, ſit propter interrogata: ſed quoniam dicere ſi vere ſint inexiſtentia.

POSTQVAM fecit dubitationem, nunc illam ſoluit; ſed pro intelligentia ſolutionis eſt ſciendum, ꝙ aliud eſt dicere aliquod ſequi neceſſariò, veluti ſi lapis, ſurſum piceretur, neceſſariò deſcenderet; ſimiliter quando propoſitiones in ſyllogiſmo, ſunt contingentes, neceſſariò ſequitur concluſio, ex his, ſed quando ſunt neceſſariæ, tũc concluſio ſequitur neceſſariò, & neceſſaria, quod quidem patet ex definitione ſyllogiſmi, in 1. priorum, & 1. top. cap. 1. & in libro de motu ani. cap. 4. vbi definiens ſyllogiſmum, dicit ſic; ſyllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, ideſt duabus propoſitionibus ordinatis, neceſſe eſt .i. neceſſariò ſequitur concluſio, quomodolibet ſint propoſitiones, vel contingentes, vel neceſſariæ; his ſic declaratis, dicit Ariſt. ꝙ oportet interrogare propoſitiones contingẽtes, & non perſe, (non tamquàm neceſſarium,) .i. non vt ex illis ſequatur concluſio neceſſaria: ſed tanquàm ex illis ſequatur concluſio neceſſariò. ¶ Circa dicta dubitatur, & videtur, ꝙ id quod Ariſt. negat in alijs locis, hic affirmet: dicit enim, ꝙ demonſtrator non interrogat. hic verò dicit, ꝙ demõſtrator interrogat & ẽt ratione probatur, qm̃ qui diſputat, interrogat, vt patet. 1. elẽchorum cap. 2. vbi ait, ꝙ diſputatio eſt duplex; alia eſt doctrinalis, quæ demonſtratiua eſt; alia verò eſt dialectica tentatiua. ¶ Pro ſolutione, Nota ꝙ topicus interrogat; & demonſtrator interrogat: ſed Alio modo, aliam rem, & ad alium finem: alio modo, nam 8. top. 1. topicus interrogat præmiſſam ſuam, expectando conſenſum, à reſpondente dando libertatem reſpondenti vt reſpondeat, per quam partem voluerit, aut veram, aut falſam, & ſi reſpondẽs non concedit eam: non poteſt arguere: ſed demonſtrator interrogat, non dando libertatem reſpondenti: ut reſpõdeat per quam partem, voluerit, aut veram, aut falſam: ſed per partem veram ſolum, & non expectando conſenſum: ſed interrogat præmiſſam à diſcipulo ſuo, non expectãdo cõſenſum ab illo: ſed ſumit illam ſine conſenſu; Aliam rem; nam demonſtrator non interrogat, niſi verum, qm̃ 1. poſt. 9. & 10. demonſtrator procedit: tantum ex veris; ſed topicus falſum, & verum interrogat, vt vincat reſpondẽtem, & propter victoriam: Demõſtrator verò vt ſciat veritatem, vt clare teſtari videtur, Ar. 1. poſt. 85. vnde patet ex dictis, ꝙ & ſi demõſtrator interrogat: tamen differenti modo à topico.

Dub.

Sol.

Quoniam autem ex neceſſitate inſunt circa vnum quodq; genus: quæcumq; perſe inſunt, & ſecundum, ꝙ vnumdoq; manifeſtum, ꝙ de his, quæ per ſe ſunt, ſunt ſcientiales demõſtrationes, & ex talibus ſunt, accidentia enim non neceſſaria: quare non neceſſe eſt, concluſionem ſcire, propter quid eſt, neq; ſi ſemper eſſet, non per ſe autem. Tex. 54. Tex. 55.

CVM Ariſt. notificauit, ꝙ demonſtratio non eſt de accidentibus, quæ non ſunt per ſe; ſed tantùm de accidentibus, quæ ſunt per ſe, nunc intendit id, ꝙ dixit ratione cõfirmare: vnde optime inquit Auer. qui dicit, ꝙ poſtquàm Ariſt. enuntiauerat, ꝙ demonſtrationis præmiſſas oportet eſſe eſſentiales, & de omni prædicatæ predicatione, prima; cepit narrare, ꝙ demõſtrationum quæſita, oportet etiam eſſe eſſentialia, ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes: in 1. facit rationem; in 2. ibi (veluti per ſigna), exemplo manifeſtat, quod dixit: quo igitur ad primum, ratio quæ ex textu ſumitur eſt talis: ſcilicet maior deforis de his, & ex talibus, quæ ſunt neceſſaria, & per ſe inſunt generi, ideſt ſubiecto ſunt ſcientiales demõſtrationes ſed quæcumq; perſe inſunt, & ſecundum vnum quodq; ideſt inquantum ipſum, ideſt propria eſſentialia: ſunt neceſſaria generi, ideſt ſubiecto, ergo manifeſtum eſt, quòd de his, & ex talibus, quæ ſunt neceſſaria generi ideſt ſubiecto, quæ ſunt accidẽtia per ſe, nõ autem accidẽtia non perſe; ſunt ſcientiales demonſtrationes: vnde ſumatur intelligentia verborum, hoc pacto, videlicet, manifeſtum, ꝙ demonſtrationes ſciẽtiales, ſunt de his: quæ ſunt perſe, aſſignat cauſam, Ariſt. ac dicit Diuiſio textus.

dicit quoniam quæcumq; per ſe inſunt: adde tu generi, ſubiecto ex neceſſitate inſunt, circa vnum quodque genus ſubiectū. ¶ Sed Nota, quod non ſine cauſa dixit Ariſ. demonſtrationes ſcientiales, denotando, ꝙ dantur quædam demonſtrationes, quæ non ſunt ſcietiales: veluti ſunt illæ, quibus verificatur per ſe intelligibile, hoc eſt id quod eſt per ſe notum veluti optimè inquit Auer. 1. top. cap. 1. in fine dum inquit, ꝙ demonſtrationum ſunt duæ ſpeties: quædā ſpeties quæ verificat naturaliter ignota, & alia ſpecies, qua verificatur p ſe intelligibile, apud illum, qui illud negaret.

Dub. ¶ Dices quid intelligit Ar. per genus? ¶ Sol. Dicas, ꝙ nō intelligit genus prædicabile, de pluribus, vt in 1. top. cap. de genere, & 1. de part. ani. cap. 1. nec genus pro aliquo prædicamento, vt in 1. phyſ. tex. 50. ſed ſumit genus, pro ſubiecta ſpetie: de qua indagantur propriæ

Dub. paſſiones. ¶ Dices ſi per genus intelligit ſpetiem: quare potius nominat genus, q̄ ſpetiem?

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ quandoq; licet abuti generibus, loco ſpetierum: Themiſto referente 1. de anima cap. 19. eoq; magis, q̄m mos eſt Ar. ſumere genus, pro ſpetie, vt clariſſime patet, 1. de gen. ani. cap. 1. & 5. de hyſtoria an. cap. 1. & vt recte inquit, ipſe met. Ariſt. in pnīis, cap. de qualitate, in principio, vbi inquit, vna quidē igiī ſpeties qualitatis: deinde dicit aliud genus qualitatis, ac ſi diceret, alia ſpeties qualitatis denotando, ꝙ genus eſt ſpeties: tñ non intelligendo de genere generaliſſimo: ſed de genere ſubalterno, hæc ſunt; quidem vera, & optimè dicta. Ego dicerem, ꝙ ideo ſubyectū vocaī genus, ab Ar. q̄m ſicut genus, eſt quoddam cōe ſic, ſubiectum eſt quiddam cōmune ad omne id, de quo indagantur paſſiones, vt ad genus, ad ſpetiem ad principia, & ad acci-

Dub. dentia. ¶ Dices ſpecies, ſeu ſubiectum, de quo indagātur paſſiones, debet precognoſci, ſi eſt hoc eſt, ꝙ ſit in actu, 1. poſt. 2. & 76. ſed genus. 3. met. 11. eſt potentia ergo per genus, nō poſ

Sol. ſumus intelligere ſpetiem, & ſubiectum. ¶ Dr̄ ꝙ verum eſt q̄n, per genus intelligeretur verè genus: ſed non intelligitur genus verè: quoniam Ariſt. abutitur illo vocabulo, & per ge-

Dub. nus intelligit ſpetiem. ¶ Sed iterum dices, æquiuoci non eſt ſcientia 6. met. 2. ſed genus eſt æquiuocum 5. meth. 4. & 5. met. 33. ergo ge

Sol. neris non eſt ſcientia. ¶ Dicitur, ꝙ genus dr̄ bifariam; vno modo vnιuoce, & ſm̄ prius, alio modo æquiuoce, & per poſterius 12. met. 2. 1. de anima 7. nec nō 2. de anima 30. & 3. de anima 4. tunc dicitur, ꝙ generis æquiuoci, nō eſt ſcientia, ſed generis vniuoci, vel analogi eſt ſcientia: veluti Ariſt. 1. poſt. 179. notatum re-

Dub. liquit. ¶ Dices ſi aliquis faceret demonſtrationem ex accidentibus, non neceſſarijs, nec

Sol. per ſe, quid ſequeretur? ¶ Reſpondet Ariſt. in textu, & dicit, (quare non neceſſe, eſt concluſionem ſcire propter quid eſt (q. d. ſequeretur hoc abſurdum, ſcilicet ꝙ non ſciret cōcluſionem per propter quid: ideſt per verā, & propriam cauſam, dicentem propter quid prædicati inhærentis ſubiecto in cōcluſione. ¶ Iterum dices: eorū quæ ſemper ſunt in ſubiecto, Dub. ſunt demonſtrationes: vt riſibile ſemper eſt in homine; ſed accidens quod nō eſt per ſe, ſemper eſt in ſubiecto; vt albedo ſemp eſt in lacte ergo accidētis quod non eſt per ſe, eſt demon ſtratio. ¶ Reſpondet Ariſt. in textu, & dicit, Sol. (neque ſi ſemper eſſet) q. d. neq; demonſtratio eſt eſt accidente, qđ ſemp eſt in ſubiecto: q̄m licet ſemper ſit in ſubiecto, ſubſiſtens: tñ non eſt ſemper in ſubiecto (per ſe) .i. ſubiectum nō accipitur in definitione ipſius, vnde non ſolū requiritur, ꝙ accidens ſemper ſit in ſubiecto, & inſeparabile à ſubiecto; ſed etiam requirit, ꝙ illud accidens ſit inſeparabile, & per ſe: ad hoc, vt de ipſo fiat demonſtratio; vnde oritur talis ratio eorum, ſunt demonſtrationes, quæ ſemper ſunt in ſubiecto, & per ſe; ſed accidētia inſeparabilia; licet ſemper ſint in ſubiecto vt albedo in lacte, & nigredo in coruo, quia non ſunt per ſe, ſequitur ergo, ꝙ talium accidentium non ſunt demonſtrationes. ¶ Dices Dub. quæſita quæ cōcluduntur per demonſtrationem 2. poſt. 94. & hic dicit Auer. debent eſſe prima; ſed accidentia inſeparabilia per ſe, nō ſunt prædicata prima, ergo ſicut accidētium non per ſe; ſic etiam accidentium per ſe, non eſt demonſtratio, minor probatur: q̄m 1. poſt. 13. 36. & 2. poſt. 94. illud eſt prædicatum primum, quod non habet cauſam ſuperiorem, veluti etiam Auer. aſſerit in quæſito, 3. & 4. poſt. ſed accidentia per ſe habent cauſam ſuperiorem, vt riſibile rationalitatē, habet, ergo accidentia per ſe, non ſunt prædicata prima, & per conſequens eorum, non eſt demonſtratio. ¶ Dr̄, quod prædicata prima 2. Sol. poſt. 94 & 1. poſt. 36. & 54. ſunt duobus modis quædam ſunt prima primitate cauſæ, quædā verò ſunt prima primitate ſubiecti, tunc dr̄, ꝙ accidentia per ſe, non ſunt prima primitate cauſæ; ſed ſunt prima primitate ſubiecti, vnde hæc conditio ſcilicet primitas eſt conditio cōis; tàm præmiſſis quam quæſitis, vt in 3. & 4. quæſito poſt. Auer. fatetur, licet non ſit eadem primitas, q̄m primitas in præmiſſis eſt primitas cauſæ; ſed primitas in q̄ſitis eſt primitas ſubiecti hinc ſileant qui dicunt, quòd quæſita quia habent cauſam ſuperiorem, non dicuntur prædicata prima.

Veluti per ſigna ſillogiſmi: quod enim per ſe, non per ſe ſciet, neque propter quid; propter quid autem ſcire eſt per cauſam ſcire.

POSTQVAM Ariſt. notificauit; ꝙ accidentiū, quæ non ſunt per ſe, non eſt demonſtratio:

quoniã concluſio nõ ſciretur per cauſam, nũc vt mos ſuus eſt, vult exemplo manifeſtare, qñ aliquis non ſcit per cauſam, & qui ſunt illi ſyllogiſmi, qui non faciunt ſcire per cauſam, & dicit (veluti per ſigna ſyllogiſmi) q.d. Ar. ſi tu ignoras, qui ſunt illi ſyllogiſmi, qui nõ faciũt ſcire, per cauſam (veluti) ideſt v. g. ſunt (ſyllogiſmi per ſigna.) ¶ Dices quid intendit Ar. per ſigna? ¶ Nota, ꝙ ſignum pro nunc ſumitur pluribus modis, vno modo pro propoſitione neceſſaria, alio modo pro propoſitione probabili, vt 2. priorum cap. 19. quod ſignũ ſignificat, vel rem factam, ſeu præteritam; vt lac ſignificat mulierem peperiſſe, vel ſignificat rem præſentem, quæ actu exiſtit, vt motus cœli ſignificat motorem eſſe, vel ſignificat rẽ futuram, vt nubes cõdenſatę ſignificãt pluuiã futuram Additio vel ſignificat amorem v. g. qñ quis amplectitur, & oſculatur aliquẽ amat & diligit illum qm̃ amplexus, & oſculum eſt ſignum pacis & amoris hic Ar. per ſigna intelligit cauſata poſteriora in eſſe, quæ arguũt ſuas cauſas, veluti ſunt accidentia propria, & proprij effectus, ex quibus cauſatis poſterioribus in eſſe, & effectibus procedunt ſyllogiſmi, ideſt demonſtrationes, quia, quæ ideò dicuntur ſyllogiſmi, reſpectu demonſtrationis ſimpliciter; in quibus demõſtrationibus, quia licet medium ſit per ſe: tñ ille, qui ſcit per tales demonſtrationes, quia non per ſe ſciet, qm̃ illud medium per ſe, in ſecundo modo dicẽdi per ſe, eſt effectus, & non cauſa, modò ille qui ſcit per ſe, ſcit per cauſam, quæ eſt in primo modo dicendi per ſe vnde qui ſcit per ſe, in ſecundo modo: ſcit per accidens, reſpectu illius, qui ſcit per ſe, in primo modo; ex quo inferas, ꝙ demonſtratio, quia, quæ facit ſcire ꝑ ſignum, ideſt per effectum, ſeu per proprium accidens, qđ eſt prædicatum in 2. modo, dicẽdi per ſe, facit ſcire per accidens reſpectu demonſtrationis ſimpliciter, quæ facit ſcire per cauſam, & per propter quid, hinc dicit Auer. ꝙ demonſtrationes ſimpliciter ſunt illæ, quæ faciunt ſcire per cauſam, & ſumma, & veraci ſcientia (nam propter quid ſcire eſt per cauſam ſcire) nunc reddit cauſam, Ariſt. quare, demonſtrationes; quia non faciunt ſcire ꝓp quid, hoc eſt non faciunt ſcire ſcientia perfecta, & per cauſam. ¶ Dices, da mihi exemplũ, de demonſtratione quia, quę habet medium, quod eſt per ſe, & tñ ille, qui facit hanc demõſtrationem, nõ ſcit per ſe, hoc eſt per cauſam exemplum hoc eſt, vt omne riſibile eſt rationale, omnis homo eſt riſibilis; ergo omnis homo eſt rationalis; in hac demonſtratione ly riſibile eſt ſignũ propriũ, accidens propriũ, quod 1. poſt. 31. eſt prædicatũ per ſe in 2. modo, per quod, tamquam per medium concluditur cauſa, quę eſt ipſa rationalitas, modò ille qui ſcit rationalitatem, per hoc mediũ nõ ſcit illam, per ſe, ideſt per cauſam, dicentem propter quid, qm̃ ly riſibile, non eſt cauſa, ſed eſt effectus cauſatus. ¶ Sed dices contra, ſi riſibile eſt prædicatum, per ſe in 2. modo, ergo, qñ rationalitas concluditur, per ly riſibile, concluditur: per id quod eſt per ſe; & per conſequens ille, qui ſcit rationalitatẽ per ly riſibile, ſcit per ſe. ¶ Dicitur ꝙ, & ſi ipſum riſibile ſit prædicatum per ſe in 2. modo, tamẽ ſcientia: quæ habetur per ipſum, non eſt ſcientia ꝑ ſe. i. non eſt ſcientia per cauſam, & hoc vult intelligere Ar. qñ dicit (ꝑ ſe ſciet) .i. nõ ſciet per cauſam. ¶ Dices demonſtrationes, quæ procedunt per ſigna, ſi non faciunt ſcire per cauſam, ergo non ſunt demonſtrationes. ¶ Reſpondet Auer. & dicit, ꝙ hæ demonſtrationes, non ſunt verę, nec ſummæ demonſtrationes, qm̃ demonſtratio ſimpliciter, eſt illa, quæ largitur ſummam veritatem: ex quo demonſtratio quia, non dr̃ demonſtratio ſimpliciter; qm̃ non facit ſcire per cauſam: ſed non per hoc remouetur à genere demõſtrationis, qm̃ demonſtratio eſt triplex; alia ſimpliciter 1. poſt. 7. alia propter quid. 1. poſt. 95. alia demonſtratio quia 1. poſt. 99. & 1. Phyſ. 2. & 2. de anima. 12. 6. met: 1. quæ tres ſpecies demonſtrationis, ad inuicem differunt: qm̃ demonſtratio ſimpliciter, habet medium, quod abſoluit, ſimul duo quæſita: ſcilicet eſſe, & cauſam 1. poſt. 7. & 2. poſt. 12. demonſtratio propter quid, abſoluit vnum quæſitum, ſcilicet propter quid effectus, ſed demonſtratio; quia abſoluit vnum quæſitũ, ſcilicet eſſe cauſæ, & ſic variæ ſunt ſpecies demõſtrationis, qm̃ abſoluunt varia quæſita: ſunt etiam diuerſæ; qm̃ habent diuerſa media, demonſtratio .n. ſimpliciter habet medium, quod eſt notum ſm̃ nos, & ſm̃ naturam 1. poſt. 12. & eſt ſola cauſa formalis 1. poſt. 11. & 95. demonſtratio verò propter quid habet medium; quod eſt notũ natura tantùm, & poteſt eſſe, omne genus cauſæ 2. poſt. 48. demonſtratio quia: habet mediũ quod eſt notum ſm̃ nos: tantùm 1. poſt. 96. & 1. phyſ. 2. quod eſt ſignum ſenſatum effectus, poſterius in eſſe 1. poſt. 8. & ſic vna ſpecies, nõ conuenit, cum alia, ſed ſunt ad inuicem valde diuerſæ, tum ratione medij, tum etiam ratione quæſiti, vnde demonſtratio ꝓpter quid non eſt demonſtratio ſimpliciter, & demonſtratio quia, non eſt demõſtratio ſimpliciter, nec propter quid, ſed eſt demonſtratio in genere, ſuo vera, & perfecta; & ſi nõ eſt vera, dr̃, quòd non eſt vera reſpectu demonſtrationis ſimpliciter quæ procedit per cauſam, duplex enim eſt demonſtratio vera: Alia quæ procedit per cauſam veram, Alia eſt demonſtratio vera; quæ procedit per effectum, verum demonſtratio, quia eſt vera demonſtratio, qm̃ procedit per effectũ verum, ſed non eſt vera; qm̃ non procedit per cauſam verã. ¶ Dices demon-

demõſtratio quia, procedit ꝑ cauſam 1. poſt. 8. ergo eſt vera demonſtratio: qm̃ procedit, Sol. per veram cauſam. ¶ Dicitur ꝙ ſi procedit per veram cauſam, non per cauſam veram eſſendi, ſed per cauſam veram, cognoſcẽdi, quæ cauſa cognoſcẽdi, eſt effectus, vt fumus facit cognoſcere ignem, vt ſi fumus eſt, ergo ignis eſt, fumus enim eſt ſignum, ſignificans ignem; ſed ignis eſt cauſa eſſendi, fumum vt 1. poſt. 8. & hic dicit Auer. ex quibus omnibus collige, ꝙ ſcire eſt triplex, ſicut demonſtratio eſt triplex, ſcire ſimpliciter, quod habetur, per cauſam notam nobis; & natura 1. poſt. 12. ſcire ꝑꝑ quid, quod habetur per cauſam, quæ eſt nota ſm̃ naturam per ſe: tamẽ eſt notificata nobis per effectum: ſcire quia, quod habetur per ſignum, ſeu per effectum proprium, primũ habetur per demonſtrationẽ ſimpliciter, ſecundum per demonſtrationem propter quid, tertium verò per demonſtrationem, quia, iuxta illud Ar. 1. phyſ. 43. & 1. de par. an. cap. 1. non quodlibet fit ex quolibet ſed determinatũ ex ſuo determinato: ſic non quodlibet ſcire habetur per quamlibet demonſtrationem; ſed tale ſcire per talem demonſtrationem, vt ſcire ſimpliciter, per demonſtrationem ſimpliciter: ſcire ꝑꝑ quid, per demonſtrationẽ ꝑꝑ quid, & ſcire, quia per demonſtrationẽ quia.

Tex. 56. *Propter ipſum igitur oportet, & medium tertio, & primum medio ineſſe.*

Aver. hunc textum continuat hoc pacto poſtquàm Ar. enunciauit, ꝙ ſigna ſui occaſione non faciant ſcire concluſiones, vera ſcientia, quia ſcitur prius, per poſterius, & enunciauit etiam, ꝙ ſuæ præmiſſæ, etiam non ſciãtur, vera ſcientia: niſi qñ ſciunt: per ſuas cauſas, narrauit cauſam communem ambabus rebus, ſimul. i. eſſendi ſignorum concluſiones neſcitæ, vera ſcientia, dicens, ꝙ ideò ſcientia cõcluſionum non eſt vera: qm̃ qui curat rẽ, ſcire vera ſcientia non eſt, ei aditus ſciendi illam niſi per cauſam quæ ſcientia per cauſam eſt ſcientia in ſummo, & eſt conformis operi naturæ, & qui neſcit per cauſam, ſed per ſignũ, non ſcit in ſummo, & ſicut res reperitur in rerũ natura, & enunciauit etiam, ꝙ oportet mediũ in demonſtratione eſſe cauſam, vt 1. poſt. 7. & 11. ex quibus omnibus concludit Auer. ꝙ Ariſt. vult in hoc textu, ꝙ medium oportet in eſſe primo eſſentialiter, & medium ineſſe mi-

Diuiſio textus. nori eſſentialiter, ex quo. ¶ Diuidit iſte textus, in 2. partes; in 1. facit quod dictum eſt in 2. ibi (non igitur) infert corolarium, ꝙ impoſſibile eſt demonſtrationem transgredi de arte, ſeu de genere in artem, ſeu in genus, quo igitur ad primum concludit, Ar. & dicit (igit) q. d. ſequitur ex dictis, ꝙ (oportet) nota verbum ſignificans neceſſitatẽ (medium ineſſe tertio) ideſt neceſſe eſt medium (ineſſe) ideſt prædicari de tertio. i. de minori extremo hoc eſt de ſubiecto (propter ipſum). i. per ſe neceſſario, & cõuertibiliter (& primum medio ineſſe). i. oportet primum, ideſt maiorem extremitatem. ſ. prædicatum, ineſſe medio, propter ipſum, hoc eſt oportet prædicatum cõcluſionis ineſſe; hoc eſt prædicari de medio, propter ipſum. i. per ſe propriè, & neceſſario, q. d. Ariſt. ꝙ illi tres termini, qui ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, hoc modo ſe habere debent videlicet, ꝙ medius terminus q. eſt cauſa per ſe prædicetur de ſubiecto, & prædicatum per ſe; prædicetur de medio v. g. in hac demonſt. omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt riſibilis, & Nota ꝙ per hæc verba Ar. intelligit demonſtrationem factam in 1. figura, in qua medium ſubijcitur in maiori, & prædicatur in minori: & non ſine cauſa, qm̃ demonſtrationes fiunt in 1. figura ſolum: qm̃ prima figura eſt ſcientialior omnibus alijs, 1. poſt. 103. ¶ Dices, ſi medium, quod eſt cauſa ſubi- Dub. citur in maiori, & prædicatur in minori: dicendo omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, tunc ſequeretur, ꝙ prædicatio innaturalis, ingrederetur demonſtrationem: quod eſt cõtra Auer. in Epit. log. cap. de demon. vbi inquit, ꝙ inter alias conditiones, quæ requirũtur ad demonſtrationem, eſt vt in ea ſit prædicatio naturalis, conſequentia probatur: qm̃ vt ipſemet inquit, in cap. allegato: tunc eſt prædicatio naturalis: qñ cauſa prædicatur de cauſato modo qñ dicitur omne rationale, eſt riſibile, cauſatum prædicatur de cauſa: & ſic eſt prædicatio innaturalis. ¶ Dicas, ꝙ duplex eſt prædicatio innaturalis Sol. alia eſt ſm̃ modum, alia eſt ſm̃ rem: tunc dicitur ꝙ prædicatio innaturalis. ſm̃ modum ingreditur demonſtrationem, & non ſm̃ rem: de his vide quæ diximus in quæſito de medio demonſt. & in textu 11. ¶ Amplius, Dices ſi Dub. illi tres termini ingredientes demonſtrationem, ſunt ad inuicem conuertibiles, & per ſe ad inuicem prædicantur ergo medium per ſe prædicatur de duobus. ſ. de minori extremo & de maiori extremo; quòd eſt contra Auer. 1. cæli 125. vbi ait, ꝙ illud quod prædicatur de vno, & conuertitur cum illo, non prædicatur de alio: qm̃ vnum non conuertitur cum duobus: ſed medium prædicatur de tertio. ideſt de minori; ergo non poteſt prædicari de maiori, hoc eſt de prædicato. ¶ Dicitur cũ Auer. Sol. quòd qñ ſunt duo, quæ ad inuicem conuertũtur, tunc vnum poteſt prædicari de illis conuertibiliter, vt homo & riſibile, hæc duo ad inuicem prædicantur, & cõuertuntur, de quibus ipſum rationale conuertibiliter prædicatur. ¶ Dices, quid intelligit Ar. ꝑ ly (mediũ) Dub. Nota ꝙ medium eſt duplex: aliud naturale, aliud

Digitized by Google

nunc habens iſtas conditiones, ſcit, & dicitur ſciens: ergo quando prius non habebat medium neceſſarium, ſed contingens, non ſciebat, ergo pro firmo ſequitur, q vt aliquis dicatur ſciens, per demonſtrationem, vt demonſtratio fiat ex neceſſariis.

Corrumpi autem poſſet medium, ſi non eſt neceſſarium.

CVM Ar. fecit rationem, ponendo antecedens cum ſuo conſequente: nunc probat conſequens, ſed eſt Notandum, q dixit Ariſt. quando aliquis vult dici ſciens, debet habere medium: quod ſit ſaluum, non corruptum. hinc aliquis poſſet dicere, ò Ar. ego facio demonſtrationem, in qua ſumo medium, quod non eſt neceſſarium, ſed contingens, & hoc medium actu non eſt corruptum, non ne demonſtratio facta, cum illo medio facit ſcire? Reſpondet Ariſt. & dicit (corrumpi autem poſſet medium, ſi non eſt neceſſarium) .i. (autem) pro ſed ſi medium quod ſumitur in demonſtratione, non eſt neceſſarium, ſed contingens, & in actu non eſt corruptum: tamen corrumpi poteſt, vnde demonſtratio non ſolum non debet fieri ex illis, quæ poſſunt corrumpi, ad hoc vt faciat ſcire: quia demonſtratio eſt æternorum, & eorum quæ ſemper ſunt. vt 6. ethic. cap. 4. aſſerit Ar. & 1. poſt. 61. & 63. nec non 7. met. 53. & 55. clarius 11. met. 1.

Quare habebit rationem, ſaluus ſalua re, non autem ſciuit, neque igitur prius ſciuerat.

CVM probauit conſequentiam rationis factæ, nunc iterum infert illam conſequentiam, quod denotat illa particula (quare) ſed Nota aliquis enim poſſet dicere, ò Ar. ſi quis faceret demonſtrationem, & acciperet medium, quod non eſt corruptum, & facta demonſtratione, illud medium corrumperetur, ille dicitur ſciens? Reſpondet Ariſt. & dicit Quare qui habebit rationem .i. mediũ quod non eſt corruptum, adde tu ante demonſtrationem, & ipſe eſt ſaluus (ſalua re) .i. concluſione exiſtente neceſſaria: & adde tu, ipſe non eſt oblitus (non ſciuit) .i. non dicitur ſciens, poſt factam demonſtrationem (neque prius ſciuerat) antequam illud medium corrumperetur, nec dicebatur ſciens: quia habebat potentiam ad corruptionem.

Si verò non eſt corruptum, contingit corrumpi, quod accidit [illegible], vtique contingens, & poſſibile: ſed eſt impoſſibile, ita ſe habentem ſcire.

POSTQVAM Ar. intulit conſequentiam, nunc repetit probationem conſequentiæ, vt bene inquit Au. dicit ergo Ar. (ſi verò) adde tu medium, non eſt corruptum in actu (contingit corrumpi) .i. poteſt corrumpi, & neceſſario corrumpetur, & ſi aliquis negaret dicens, nego q ſi non eſt corruptum, contingit, & poteſt corrumpi, probat Ar. & dicit quod accidit eſſet, vtique contingens, & poſſibile) .i. illud, quod accidit eſt contingens, & poſſibile: & id quod eſt poſſibile, poteſt eſſe, & non eſſe: ſed medium accidit, ergo medium poteſt eſſe, & non eſſe. ¶ Sed dices, ò Ar. per hoc medium, quod poteſt corrumpi, quod eſt contingens, & non neceſſarium, homo poteſt dici ſciens? ¶ Reſpondet, & dicit (ſed eſt impoſſibile, ita ſe habentem ſcire) .i. impoſſibile eſt illum, qui ita ſe habet: .i. qui ſumit medium in demonſtratione, vel corruptum, vel quod poteſt corrumpi (ſcire) .i. dici ſciens per demonſtrationem: ſed potius dicitur ſyllogizans, quàm demonſtrator. Ex quibus omnibus Nota, q quatuor conditiones requiruntur, vt aliquis dicatur ſciens duæ ex parte inſtrumenti, q habeat mediũ neceſſarium, & concluſionem neceſſariam; & duæ ex parte ſcientis: ſ. q debet eſſe ſaluus, non mortuus, ſed viuus, & non ſolum viuus, ſed bene diſpoſitus, ſine infirmitate organi neceſſariò requiſiti, ad ſcientiam, quod eſt auditus, & viſus, & non debet eſſe oblitus: ſed debet eſſe memor, & debet habere bonam memoriam, vt apprehendat, & retineat id, quod apprehendit; quia dicit Ar. & Au. in libro de memoria, & reminiſcentia, cap. vltimo: q qui habet cerebrum huius diſpoſitionis, ſ. q in ipſo debet dominari ſiccitas, magis quàm humiditas, ſiccitas enim eſt innata recipere difficile. & cùm recipit formam, tunc eſt innata retinere, eam longo tempore, è conuerſo de humido, & ideo qui habent cerebrũ talis complexionis, ſunt bonæ rememorationis, qui autem habent locum dominatum humiditate, non rememorantur, quia formæ non figurantur in humido, ſed recipiunt cito, quia humor facile recipit formam, & ideo multæ ſiccitatis cerebrum eſt paucæ receptionis, & multæ rememorationis, & multæ humiditatis eſt velocis conſeruationis, & multæ obliuionis, & difficilis rememorationis, & qui habent mediam complexionem, habent bonam conſeruationem, & bonam memoriam: & ideo bonitas memoriæ attribuitur iuuenibus, & obliuio accidit pueris, & ſenibus, pueris, propter humiditatem naturalem, & ſenibus propter humiditatem accidentalem & quidam ſenes ſunt bonæ memoriæ, quando iſta complexio accidentalis, non fuerit dominans in eis complexio enim naturalis ſenis eſt ſiccitas, & ideo ſenex reperitur rememorans, & non conſeruans, pueri autem è conuerſo, iuuenes autem habent vtrunque, conclu-

concluditur ergo, ꝙ inter principales conditiones, quas ſciens debet habere; hæc eſt vna, ſ. ꝙ habeat bonam memoriam.

Tex 50. *Quando quidem igitur concluſio ex neceſſitate ſit: nihil prohibet medium non neceſſarium eſſe, propter quod monſtratum eſt, eſt enim neceſſarium ex non neceſſariis ſyllogizatum eſſe, quemadmodum verum non ex veris.*

CVM Ar. probauit, ꝙ demonſtratio fit ex neceſſariis, & debet habere medium neceſſarium, & non corruptum, nec poſſibile corrumpi, ſed æternum per quod concluditur concluſio neceſſaria, nunc declarat, ꝙ non ſic ſe habet in ſyllogiſmo: qm̃ in ſyllogiſmo ex propoſitionibus nõ neceſſariis, poteſt ſyllogizari concluſio neceſſaria; vnde valet dicere, præmiſſæ ſunt neceſſariæ, ergo concluſio eſt neceſſaria: ſed non valet è contra, ſ. concluſio eſt neceſſaria, ergo præmiſſæ ſunt neceſſariæ, qm̃ concluſio neceſſaria poteſt ſyllogizari ex præmiſſis non neceſſariis, ſed contingentibus, vt optimè aſſerit Ar. quod patet per hanc rationem, ſicut ſe habet verum ad non verum: ſic ſe habet neceſſarium, ad non neceſſarium, ſed poſſibile eſt ſyllogizare, concluſionem veram ex præmiſſis non veris, ergo ſic poſſibile eſt ſyllogizare, concluſionem neceſſariam ex præmiſſis non neceſſariis: v. g. lapis eſt animal, homo eſt lapis, ergo homo eſt animal: ecce modo ꝙ hæc concluſio eſt vera, ſ. homo eſt animal, & tamen dependet ex præmiſſis falſis non veris: ſic etiam concluſio neceſſaria ſyllogizatur ex præmiſſis non neceſſariis, ſed contingentibus, v. g. omne currens eſt animal, omnis homo eſt currens, ergo omnis homo eſt animal.

Diuiſio tex. ¶ Diuiditur iſte textus in 4. partes: in 1. declarat ꝙ ex præmiſſis, non neceſſariis ſequitur concluſio neceſſaria, In 2. ibi (quando autem) declarat, ꝙ quando medium eſt neceſſarium, ſemper concluſio eſt neceſſaria, in 3. ibi (ſit autem. a. de. b.) dat exemplum quando medium eſt neceſſarium, concluſio etiam eſt neceſſaria. in 4. ibi (quando autem non neceſſaria ſit concluſio) exemplo declarat, ꝙ ſi concluſio non eſt neceſſaria, nec medium oportet eſſe neceſſarium, quantum igitur ad primum dicit Ar. (quando quidem igitur concluſio ex neceſſitate ſit, nihil prohibet medium non neceſſarium, eſſe propter quod monſtratum eſt) q. d. quando aliquis ſyllogizat, & in illo ſyllogiſmo concluſio eſt ex neceſſitate. i. neceſſaria (nihil prohibet) i. non inconuenit nullum eſt inconueniens, nec ab arte prohibetur, ꝙ medium per quod illa concluſio eſt (monſtrata) i. ſyllogizata, non eſſe neceſſarium: qm̃ non eſt inconueniens, ꝙ in ſyllogiſmo præmiſſæ ſint non neceſſariæ. i. contingentes, & concluſio, quæ concluditur ex illis præmiſſis, ſit neceſſaria: ſed hoc eſt impoſſibile in demonſtratione, qm̃ in demonſtratione, ſi concluſio eſt neceſſaria: præmiſſæ etiam debent eſſe neceſſariæ, quod confirmat Ar. 1. poſt. 181. vbi aſſerit, ꝙ ſi propoſitiones ſunt neceſſariæ, & concluſio neceſſaria: ſi verò propoſitiones ſunt vt plurimum, & concluſio talis, hoc eſt, vt plurimum, qm̃ concluſio eſt effectus præmiſſarum qui effectus ſequitur naturam cauſæ; vnde ſi effectus eſt neceſſarius, cauſa etiam eſt neceſſaria, iuxta illud Ar. 7. met. 28. à ſimili non producitur, niſi ſimile; homo enim generat hominem, leo leonem 2. phy. 13. 26. 12. met. 18. necnon 1. de part. an. cap. 1. ſed dices, ò Ar. quomodo ex præmiſſis non neceſſariis, poteſt ſequi concluſio neceſſaria? Reſpondet & dicit (quemadmodum verum, ex non veris). i. v. g. ſicut (verum) i. concluſio vera ſyllogizatur, (ex non veris) . i. ex præmiſſis falſis (ſic) . i. ſimiliter concluſio neceſſaria ſyllogizatur, ſed non demonſtratur ex præmiſſis non neceſſariis, valet enim hæc ſimilitudo, ſicut poteſt ſyllogizari vera cõcluſio ex præmiſſis falſis, ſic poteſt ſyllogizari concluſio neceſſaria, ex præmiſſis non neceſſariis, veluti etiam docet Ar. 2. prior. cap. 2. 3. & 4. tamen hoc eſt per accidens, & non per ſe.

Quando autem medium ex neceſſitate, & concluſio ex neceſſitate: quemadmodum & ex veris verum ſemper.

CVM declarauit reſpectum concluſionis ad medium: ſ. ꝙ concluſio non neceſſaria, poteſt ſequi ex medio non neceſſario; nunc declarat proportionem, ſeu reſpectum medij ad concluſionem: ſ. ꝙ quãdo medium eſt neceſſarium, ſemper concluſio eſt neceſſaria, & dicit (quando autem medium ex neceſſitate) i. quando medium eſt neceſſarium, & concluſio ſ. quæ ſequitur ex tali medio neceſſario (eſt ex neceſſitate) i. eſt neceſſaria: dat exemplum, quemadmodum ex veris præmiſſis, ſemper ſequitur verum: hoc eſt concluſio vera, ex quo ſicut ſe habent præmiſſæ veræ, ad concluſionem veram, ſic ſe habent præmiſſæ neceſſariæ ad concluſionem neceſſariam; ſed præmiſſæ veræ ſemper inferunt concluſionem veram, ſic præmiſſæ neceſſariæ, ſemper inferunt concluſionem neceſſariam.

¶ Dices Ar. ſibi contradicit: nam dixit ſupra ꝙ ex præmiſſis non veris, ſequitur concluſio vera: hic verò aſſerit, ꝙ ex veris ſemper ſequitur verum. Dub.

¶ Dicitur, ꝙ ex non veris ſequitur verum, hoc valet in ſyllogiſmo, ſed in demonſtratione ſemper verum ex veris ſequitur. Sol.

Sit

Sit enim a. de. b. ex neceſſitate, & hoc de. c. neceſſarium igitur, & a. ipſi c. ineſſe.

C v m Ar. declarauit, quòd quando medium eſt neceſſarium, concluſio etiam eſt neceſſaria: nunc exemplificat, ſicut mos ſuus eſt in terminis communibus, & ſumit b. pro medio, & a. pro maiori extremo, & c. pro minori extremo, & primò ponit maiorem, ſecundò minorem, tertiò infert concluſionem: ſic dicens (ſit enim a. de. b. ex neceſſitate) q. d. ſumatur hæc pro maiori, ſ. omne b. eſt a. (& hoc de. c.) & hæc pro minori ſ (hoc) .i. b. prædicetur de c. dicendo c. eſt b. (neceſſarium igitur & a. ipſi c. ineſſe) igitur a. neceſſario

Petitio. ineſt ipſi c. id eſt c. eſt a. ¶ Dices, non intelligo iſtos terminos, declara facilius? ¶ Nota pro faciliori intelligentia, loco b. ſumatur rationale: & loco a. riſibile, & loco c. homo, & dicas ſic, omne b. rationale eſt a. riſibile, omne c. homo eſt b. rationale, ergo omne c. homo eſt a. riſibilis; ecce modo, ꝙ ex medio neceſſario, ſequitur concluſio neceſſaria.

Quando autem non neceſſaria ſit concluſio, neque medium neceſſarium poteſt eſſe, ſit enim a. ipſi c. non ex neceſſitate, & hoc ipſi c. ex neceſſitate, & a. igitur ipſi c. ex neceſſitate inerit: ſed non ſuppoſitum fuerat.

C v m Ar. exemplo manifeſtauit, ꝙ quando medium eſt neceſſarium, oportet etiam, ꝙ concluſio ſit neceſſaria, nunc oſtendit, ꝙ quando concluſio non eſt neceſſaria, nec medium neceſſarium poteſt eſſe, & dicit ſic (qm̃ autem non neceſſaria ſit concluſio, neque medium neceſſarium poteſt eſſe) q. d. ꝙ concluſio non poteſt eſſe contingens, & præmiſſæ neceſſariæ, quod probat per regulam de omni, & dicit (ſit enim a. ipſi. c. non ex neceſſitate ineſſe). i. ſit hæc concluſio non neceſſaria: omne c. eſt a. (ipſi autem b. ex neceſſitate) .i. ipſi b. ex neceſſitate inſit a: dicendo omne b. eſt a. & hæc ſit maior propoſitio neceſſaria) & hoc ipſi c. (.i.) b. (ſ. b. inſit ipſi c. dicendo, omne c. eſt b. & hæc ſit propoſitio minor, & a. igitur ipſi c. ex neceſſitate inerit) .i. ſequitur concluſio talis, ſ. omne c. eſt a. (ſed non ſuppoſitum fuerat) ergo per reductionem ad impoſſibile manifeſtum eſt, non eſſe concluſionem non neceſſariam per

Dub. propoſitiones neceſſarias. ¶ Dices hæc omnia fuerunt declarata in 2. prior. cap. 2. & 3.

Sol. quare Ar. eadem nunc repetit? ¶ Dicas, cum Au. q. hæc in libro prior. fuerunt explicata, hic verò ſolùm de eis mentionem fecit.

Tex. 51. *Quoniam igitur, quod ſcitur demonſtratiuè, oportet ex neceſſitate ineſſe, manifeſtum ꝙ per mediū neceſſariū oportet habere demonſtrationē.*

P o s t q v a m Ariſt. nonnullis rationibus notificauit demonſtrationē ſimpliciter fieri ex præmiſſis neceſſariis: nunc ex dictis infert concluſionē, nec non declarat inconuenientia, quæ ſequerentur ſi demonſtratio non haberet medium neceſſarium. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes; in 1. ex dictis infert concluſionem, in 2. ibi (aut non ſciet) declarat quæ ſunt illa inconuenientia, quæ ſequerentur, ſi medium non eſſet neceſſarium: quantum ad primum dicit Ar. (qm̃ igitur quod ſcitur demonſtratiuè, oportet ex neceſſitate ineſſe: manifeſtum ꝙ per mediū neceſſarium oportet habere demonſtrationem) q. d. Ar. manifeſtum eſt, adde tu ex dictis, ꝙ oportet demonſtrationem habere medium neceſſarium: (qm̃) aſſignat cauſam (quod ſcitur) .i. qm̃ prædicatum, quod ſcitur, adde tu de ſubiecto (demonſtratiuè) .i. per demonſtrationem (oportet ineſſe) ſ. ſubiecto (ex neceſſitate) .i. oportet, ꝙ ſit neceſſarium ſubiecto, de quo concluditur in concluſione: verùm Nota ꝙ medium, vt diximus debet eſſe cauſa neceſſaria, ſed non cauſa materialis, non finalis, non efficiens, ſed formalis: nec debet eſſe forma communis, quia hæc eſt genus, 2. phy. 28. quod genus 1. poſt. 41. non ingreditur demonſtrationem, ſed ſi cauſa finalis, vel efficiens erit medium: non niſi vt tenet locum formæ, veluti docuit Au. 1. poſt. 35. quæ forma primò, & per ſe eſt medium in demonſtratione ſimpliciter. ¶ Dices, quare Ar. à textu 44. vſque ad 50. ſemper dixit, ꝙ præmiſſæ debent eſſe neceſſariæ, & nunc non nominat præmiſſas: ſed nominat medium dicens, ꝙ medium debet eſſe neceſſarium. ¶ Dicas, verùm Nota, ꝙ nil aliud eſt dicere præmiſſas eſſe neceſſarias, niſi continere medium, quod eſt neceſſarium: ſicut nil aliud eſt dicere præmiſſas eſſe cauſam, niſi continere medium, quod eſt cauſa, vt retulit Au. 1. poſt. 11. ex quo quando Ar. aſſerit, quòd oportet præmiſſas eſſe neceſſarias, intelligitur ſic: videlicet quòd oportet præmiſſas continere medium quod eſt cauſa neceſſaria; omnes enim conditiones, quæ requiruntur ad præmiſſas, requiruntur ad medium, veluti dixit Ariſtot. 1. poſt. 9. quando dixit: ſi ſcire eſt vt poſuimus, neceſſe eſt ſcientiam demonſtratiuam eſſe ex veris, primis, immediatis, prioribus, & notioribus: & cauſa concluſionis, q. d. ꝙ oportet, ꝙ ſcientia demonſtratiua habeatur ex præmiſſis, veris .i. habentibus medium, quod eſt cauſa vera, prima, immediata, prior, & notior, ſecundùm nos, & ſecundùm naturam. ¶ Dices, ſi medium in demonſtratione, non eſſet neceſſarium: quid mali eſſet, & quod inconueniens ſequeretur? Reſpondet Ar. & dicit.

Diuiſio text. — Dub. — Sol. — Dub. — Sol.

Aut

Aut non ſciet, neq; propter quid: neq; quod neceſſe eſt illud eſſe, ſed vel exiſtimabit non ſciēs, ſi ſuſpicetur: tanquàm neceſſarium, quod non neceſſarium, aut neq; exiſtimabit ſimiliter, & ſi quid ſciat per media, & ſi propter quid, & per immediata.

CVM Ar. ex dictis intulit concluſionem, ꝙ medium debet eſſe neceſſarium, & aſſignauit cauſam: qm̄ concluſio, quæ eſt effectus, & operatio eſt neceſſaria, iuxta illud Auer. 1. cæli 8. operatio arguit cauſam, ſicut motus arguit naturam, nunc declarat inconuenientia, quæ ſequerentur ſi medium non eſſet neceſſarium.
Dub. ¶ Dices quid inconueniens ſequeretur?
Sol. ¶ Rñdet Ar. verùm Nota ꝙ demōſtratio ſimpliciter; de qua eſt ſermo vſq; ad textum 95. abſoluit duo quęſita. ſ. eſſe, & cauſam vt teſtatur Auer. 1. poſt. 7. & in 8. quæ poſt.
Petitio. ¶ Dices, quid ſibi vult hoc quæſitum ſ. eſſe?
Reſpon. ¶ Dicas, nil aliud niſi quod eſt, & cauſam. i. propter quid eſt vnde ſi medium in demonſtratione, non eſſet neceſſarium: tunc ſequeretur hoc primum inconueniens, qui demonſtrabit per medium, non neceſſarium, (non ſciet neq; propter quid) ideſt non ſciet ſcientia per eius cauſam, (neque ꝙ neceſſe eſt illud eſſe), ideſt neque ſciet ſcientia de eius eſſe: ſi quæſitum eſſet ſolum ipſum eſſe, neque ſcientia amborum, ſi quæſitum eſſet amborum, & vt bene inquit Auer. qui ſciuerit rem per medium, non neceſſarium, non peruenit ei nulla ſpecies demonſtrationis, ſcilicet neque demōſtratio propter quid; neq; demonſtratio quia; hoc eſt neque demonſtratio eſſendi, neque demonſtratio cauſæ; neque demonſtratio ſimpliciter: quæ continet ambas res ſimul, id eſt non ſciet per demonſtrationem ſimpliciter; neque per demonſtrationē propter quid; neque per demonſtrationem quia, qm̄ in omni demonſtratione requiritur, quòd medium ſit neceſſarium: ſed ſciet per viā accidentis, & ſophiſtico modo. Hinc nota, ꝙ Ar. in 1. poſt. conſiderat de medio demonſtrationis, non in 2. qm̄ in 1. docet prædicata, & conditiones, quæ competunt medio: ex quo fiat ratio demonſtratiua, contra græcos, & alios græcos inſectantes, vbi conſiderantur conditiones, attributa alicuius, ibi conſideratur illud: qm̄ conditiones ſunt inſeparabilia, & eſſentialia prædicata: ſed in 1. poſt. conſiderantur conditiones, & attributa de medio demonſt. & primò quòd medium eſt cauſa, vt 1. poſt. 7. & 11. Secundò quòd debet eſſe æternum, non corruptibile, vt 1. poſt. 49. Tertiò quòd debet eſſe verum, & non ſolum verum, ſed verum proprium, eſſentiale vt 2. poſt. 47. & quòd debet eſſe cauſa maioris 1. poſt. 9. & 71. & quòd debet eſſe neceſſarium, vt patet in hoc textu, ergo Ariſt. in 1. poſt. & non in 2. conſiderat de medio; hinc quidem Græci omnes æquo ferant animo, dicentes de medio, in 2. poſt verba fieri hoc quidem ſuſtineri nō poteſt.
¶ Dices, Ariſt. in 2. poſt. pluries nominat medium, vt patet in textu 67. 63. 66. 97. ergo de medio tractat in 2. poſt. Dub. et Sol.
¶ Dicas, ꝙ aliud eſt nominare aliquid, & aliud eſt conſiderare, & tractare de illo, ſi nominat medium, non per hoc ſequitur, ꝙ conſiderat, de medio qm̄ conſiderare de aliqua re nil aliud eſt niſi docere proprietates, conditiones, & accidentia propria illius rei quod quidem de medio non fit in 2. poſt. (ſed vel exiſtimabit non ſciens), q.d. Ariſt. ille qui ſcit per medium non neceſſarium eſt inter duo; aut vt exiſtimet ſe ſcire, & non eſt ſciens: i. non ſcit; & hoc euenit (ſi ſuſpicetur; tamquàm neceſſarium, quod non neceſſarium) i. ſi credet, ꝙ medium non neceſſarium ſit neceſſarium, (aut neque exiſtimabit ſimiliter,) q.d. Ariſt. (aut ſi non exiſtimabit,) i. credet medium eſſe neceſſarium, (ſimiliter) i. non ſciet. (Et ſi quid ſciat, per media, & ſi propter quid, & per immediata) i. non ſciet per media, hoc eſt per demonſtrationem, quia quæ procedit per propoſitiones mediatas: nec propter quid, i. per demonſtrationem propter quid, quæ procedit per immediata. i. per propoſitiones immediatas; vnde ſequitur, ꝙ omnis demonſtratio, & qui vult conſtruere quamlibet ſpeciem demonſtrationis, vt dicatur ſciens; debet habere medium neceſſarium: & debet etiam ſcire, ꝙ illud medium eſt neceſſarium, & ſi fortè illud medium; quod ſumit, non eſt neceſſarium: & credit ꝙ eſt neceſſarium & ſi re vera illud medium eſt neceſſarium, & ille non ſcit, ꝙ eſt neceſſarium, nullo modo dicitur ſciēs, nec per demonſtrationem ſimpliciter; nec per demonſtrationem propter quid, nec per demonſtrationē quia: qm̄ deficiente medio, neceſſario deficit, propoſitio neceſſaria, qua deficiente, deficit demonſtratio: & deficiente demonſtratione, deficit ſcientia: qua deficiente aliquis non poteſt dici ſciens, qm̄ à ſcientia dicitur ſciens, vt in capite de relatiuis, inquit Ariſt. relinquatur ergo tamquā præceptum omnino obſeruandum, apud omnes poſterioriſtas, qui ſcientes eſſe deſiderāt, quòd cōſtruant demonſtrationem ex medio neceſſario; & quòd certè ſciant, quòd illud medium eſt neceſſarium; & nō ſint dubij ſub verbo credo, & non credo; ſed certè debent credere, quòd medium debet eſſe neceſſarium; & debent ſcire, etiam quòd medium eſt neceſſarium; aliter nullo modo ſcientifici appellari poſſunt.
¶ Dices ſi omnis ſpecies demonſtrationis ſit ex neceſſariis, & neceſſaria ſunt immediata, 1. poſt. 36. quomodo dicit Ariſt. quòd demonſtratio quia: procedit Dub.

eſſe & non eſſe, in ſubiecto;cui ineſt,vt dictũ
Dub. eſt in 1.top.cap.de accidente.¶ Dicas nigre
do eſt accidens, & nunquam eſt ſine coruo:
ergo accidẽs, nõ contingit non ineſſe, ¶ Re
ſpõdet Ari.& dicit (de tali enim dico acci-
dente,) ¶ Dices, o, Ari. de quali accidente
Sol. loqueris? ¶ Reſpondet Ari.tacitè de accidẽ
te communi,ſeparabili:quod modo eſt in ſu-
biecto,vt deambulare,quod eſt accidẽs,mo-
Dub. do eſt & modo non eſt.¶ Sed Dices, ſi acci-
dens commune, & ſeparabile non eſt neceſ-
ſarium,ergo accidens inſeparabile,vt albe-
do in cigno, erit neceſſarium; quia ſemper
Sol. eſt in ſubiecto.¶ Dr̃ quòd non ſolum requi-
ritur ad hoc,vt accidens ſit neceſſarium, vt
ſit inſeparabile, a ſubiecto, ſed etiam vt ſit
Petitio per ſe,i.vt ſubiectum accipiatur in definitio
Sol. ne illius accidentis, modo albedo in cigno,
& nigredo in coruo,licet ſint accidentia in-
ſeparabilia, quia non ſunt per ſe, ideo non
ſũt neceſſaria,vt rectè inquit Ari. & clarius
Replica. Auer.in com. 55.¶ Dices cõtra:nam Auer.
in Epit.log.cap.de demonſt.dicit,ꝙ hæc pro
Sol. poſitio coruus eſt niger; eſt propoſitio ne-
ceſſaria; ergo ſolutio eſt falſa. ¶ Dr̃, quòd
eſt neceſſaria ſm̃ quid; ſed non eſt neceſſaria
ſimpliciter: ex qua propoſitione neceſſaria
ſm̃ quid: non fit demonſtratio; ſed tantũ ex
ꝓpoſitione neceſſaria ſimpliciter, vnde fiat
hæc ratio,omnis demõſtratio fit ex his,quæ
ſunt neceſſaria:& quæ contingunt non ineſ-
ſe;ſed accidentia, quæ non ſunt per ſe, non
ſunt neceſſaria,& contingunt non ineſſe; er
go demonſtratio non fit de accidentibus nõ
Dub. neceſſarijs. ¶ Dices accidentia propria ſũt
duobus modis:quædam à natura,vt riſibili-
tas in homine;innibilitas in equo;& mugibi
litas in boue, quædam verò ſunt ex actibus,
& operationibus:vt medicum eſſe, & muſi-
cum eſſe,vellem ſcire, quæ accidentia pro-
pria ſciuntur per demõſtrationem illã, quæ
ſunt à natura;vel quæ ſunt ex actibus, & ope
Sol. rationibus? ¶ Dr̃ quòd illa ſciuntur per de-
mõſtrationem,quæ ſunt à natura, ſeu ſm̃ na-
turam:qm̃ hæc ſunt accidentia propria, pro
prie dicta;& conuertibilia:& qm̃ demõſtra-
tio eſt ex conuertibilibus: ideo dicimus, ꝙ
demonſtratio eſt ſolum de accidentibus, ꝓ-
prijs propriè dictis; quæ competunt omni,
Dub. ſoli,& ſemper.¶ Sed iterum Dices; dictum
eſt,ꝙ ſcientia demonſtratiua eſt accidentiũ;
quæ ſunt per ſe, & eſſentialia ex quo vide-
tur ꝙ ſubſtantiæ non eſt demõſtratio, quod
eſt contra Auer.qm̃ dicit Auer.2.poſt. 12.ꝙ
demonſtrationes;quæ largiũtur eſſe;& cau-
ſam pro maiori parte ſunt,de accidentibus
ergo pro minori parte ſunt de ſubſtantijs;ꝓ
ergo non ſolũ demonſtratio facit ſcire acci-
Sol. dentia;ſed etiam ſubſtantiam. ¶ Dicitur ꝙ
quando dicit Auer. ꝙ demonſtrationes pro
maiori parte ſunt de accidentibus:intelligi
tur pro maiori parte,.i. ſemper, vt 2.poſt.12.
ipſe ſe ipſum exponit. ¶ Dices qr̃ Auer.di- Dub.
cit pro maiori parte, & deinde dicit & ſem- Sol.
per? ¶ Nota ꝙ ait Auer.in 8.quæſ. poſt.& in
cap.de defi. ꝙ demonſtratio ſimpliciter con
cludit definitionem de definito per aliã de-
finitionem,v.g.Eclypſis habet duas defini-
tiones,vnam quæ dicit eſſe, ſeu quid, aliam
quæ dicit cauſam: ſeu propter quid, & qm̃
cõtingit,ꝙ definitio quæ dicit eſſe,ſeu quid
eſt ignota, & demonſtratur per illã, quæ eſt
nota;quæ dicit cauſam, & propter quid, di-
cendo ſic interpoſitio,terræ inter Solem, &
Lunam eſt priuatio luminis, Eclypſis eſt in-
terpoſitio terræ,inter Solem, & Lunam. er-
go Eclypſis eſt priuatio luminis. Nota ꝙ
priuatio luminis eſt,eſſe & quid Eclypſis, &
definitio Eclypſis: vt ne credas ꝙ demõſtra
tio aliquando facit ſcire ſubſtantiam:qm̃ fa
cit ſcire eſſe:Ideo dicit Auer. ꝙ demonſtra-
tio pro maiori parte:& addit illam particu
lam,& ſemper: qm̃ licet faciat ſcire defini-
tionem Eclypſis,adhuc facit ſcire accidens:
qm̃ Eclypſis eſt accidens, & definitio ſua ẽt
eſt accidens,iuxta illud Auer.1.phy. 5.& 7.
met.40.definitio,& definitum ſunt idem, vt
ſi definitum eſt accidens,definitio ſua etiam
erit accidens,& ſic ſemper ſequitur,ꝙ demõ-
ſtratio,aut faciat ſcire accidens, aut eſſe q d.
& definitionem accidentis, ſemper facit ſci
re accidens. ¶ Nota etiam ꝙ ſi demonſtra-
tio facit ſcire ſubſtantiam, non facit ſcire
ſubſtantiam, vt eſt prædicatum in quid; ſed
ſm̃ aliquam ſpetiem accidentis,ideſt in quã-
tum eſt prædicatum per ſe, vt inquit Auer.
1. poſt. com. 1. & ſic intelligitur Ariſt. 1.
poſt. 64. cum dicit, ꝙ definitio eſt conclu-
ſio demonſtrationis: intelligas tu de defi-
nitione accidentis, quod denotat illa par-
ticula in illo textu: cum dicit definitio eſt
concluſio quædam: vel etiam dici poteſt,
quod definitio quæ eſt concluſio demon-
ſtrationis, nõ eſt definitio quid rei,ſed quid
nominis, vt optimè inquit Auer.in 8. quæ-
ſito poſt.

Atqui dubitare fortaſſe quiſpiam poſſet, cuius Tex.53.
*cauſa hæc oportet interrogare de his: ſi non
neceſſe eſt concluſionem eſſe, nihil enim dif-
fert, ſi quis interrogatus, quæcumq; poſtea
dicat concluſionem.*

CVM Ariſt.determinauit,ꝙ accidentiũ,
quæ non ſunt per ſe eo modo: quo determi-
nata ſunt per ſe:in textu 31. non eſt ſcientia
demonſtratiua, dicens qm̃ talia acciden-
tia, nõ ſunt neceſſaria: nunc mouet quan-
dam dubitationem, quam: Aliquis ex di-

Digitized by Google

Diuiſio textus. ctis facere poſſet ideo textus iſte ¶ Diuiditur in 2. partes; in 1. mouet dubitationem, in 2. ibi (oportet autem interrogare), ſoluit dubitationem, quãtum ad primum, ait Ariſt. ſic (Atqui dubitare fortaſſe quiſpiam poſſet) q. d. (atqui) pro ſed Aliquis, poſſet dubitare addetu, circa id, ꝙ dictum eſt: dicens ſic, ſi accidentium non per ſe, non eſt demonſtratio; qm̃ ſunt contingentia, & non neceſſaria, ex quibus non ſequitur concluſio neceſſaria: (cuius cauſa oportet interrogare de his .ſ. accidentibus, nõ per ſe: ſi non neceſſe eſt concluſionẽ eſſe) ideſt ſi de talibus non fit concluſio neceſſaria, & qua de cauſa ex talibus accidentibus, non per ſe; facimus propoſitiones, & ſyllogiczamus, & neceſſario infertur concluſio: cũ determinatum ſit, ex non neceſſarijs, non ſequi neceſſarium?

Oportet autem interrogare, non tanquam neceſſarium, ſit propter interrogata; ſed quoniam dicere ſi vere ſint inexiſtentia.

Postqvam fecit dubitationem, nunc illam ſoluit; ſed pro intelligentia ſolutionis eſt ſciendum, ꝙ aliud eſt dicere aliquod ſequi neceſſariò, veluti ſi lapis, ſurſum piceretur, neceſſariò deſcenderet; ſimiliter quando propoſitiones in ſyllogiſmo, ſunt contingentes, neceſſariò ſequitur concluſio, ex his, ſed quando ſunt neceſſariæ, tũc concluſio ſequitur neceſſariò, & neceſſaria, quod quidem patet ex definitione ſyllogiſmi, in 1. priorum, & 1. top. cap. 1. & in libro de motu ani. cap. 4. vbi definiens ſyllogiſmum, dicit ſic; ſyllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, ideſt duabus propoſitionibus ordinatis, neceſſe eſt .i. neceſſariò ſequitur concluſio, quomodolibet ſint propoſitiones, vel contingentes, vel neceſſariæ; his ſic declaratis, dicit Ariſt. ꝙ oportet interrogare propoſitiones contingẽtes, & non per ſe, (non tamquàm neceſſarium,) .i. non vt ex illis ſequatur concluſio neceſſaria: ſed tanquàm ex illis ſequatur concluſio neceſſariò. ¶ Circa dicta dubitatur, &
Dub. videtur, ꝙ id quod Ariſt. negat in alijs locis, hic affirmet: dicit enim, ꝙ demonſtrator non interrogat. hic verò dicit, ꝙ demõſtrator interrogat & ẽt ratione probatur, qm̃ qui diſputat, interrogat, vt patet. 1. elẽchorum cap. 2. vbi ait, ꝙ diſputatio eſt duplex; alia eſt doctrinalis, quæ demonſtratiua eſt; alia verò eſt dialectica tentatiua.
Sol. ¶ Pro ſolutione, Nota ꝙ topicus interrogat; & demonſtrator interrogat: ſed Alio modo, aliam rem, & ad alium finem: alio modo, nam 8. top. 1. topicus interrogat præmiſſam ſuam, expectando conſenſum, à reſpondente dando libertatem reſpondenti vt reſpondeat, per quam partem voluerit, aut veram, aut falſam, & ſi reſpondẽs non concedit eam: non poteſt arguere: ſed demonſtrator interrogat, non dando libertatem reſpondenti: ut reſpõdeat per quam partem, voluerit, aut veram, aut falſam: ſed per partem veram ſolum, & non expectando conſenſum: ſed interrogat præmiſſam à diſcipulo ſuo, non expectãdo cõſenſum ab illo: ſed ſumit illam ſine conſenſu; Aliam rem; nam demonſtrator non interrogat, niſi verum, qm̃ 1. poſt. 9. & 10. demonſtrator procedit: tantum ex veris; ſed topicus falſum, & verum interrogat, vt vincat reſpondẽtem, & propter victoriam: Demõſtrator verò vt ſciat veritatem, vt clare teſtari videtur, Ar. 1. poſt. 85. vnde patet ex dictis, ꝙ & ſi demõſtrator interrogat: tamen differenti modo à topico.

Quoniam autem ex neceſſitate inſunt circa vnum quodq; genus: quæcumq; per ſe inſunt, Tex. 54. Tex. 55.
& ſecundum, ꝙ vnumdoq; manifeſtum, ꝙ de his, quæ per ſe ſunt, ſunt ſcientiales demõſtrationes, & ex talibus ſunt, accidentia enim non neceſſaria: quare non neceſſe eſt, concluſionem ſcire, propter quid eſt, neq; ſi ſemper eſſet, non per ſe autem.

Cvm Ariſt. notificauit, ꝙ demonſtratio non eſt de accidentibus, quæ non ſunt per ſe; ſed tantùm de accidentibus, quæ ſunt per ſe, nunc intendit id, ꝙ dixit ratione cõfirmare: vnde optime inquit Auer. qui dicit, ꝙ poſtquàm Ariſt. enuntiauerat, ꝙ demonſtrationis præmiſſas oportet eſſe eſſentiales, & de omni prædicatæ predicatione, prima; cepit narrare, ꝙ demõſtrationum quæſita, oportet etiam eſſe eſſentialia, ¶ Diuidi- Diuiſio textus.
tur iſte textus in 2. partes: in 1. facit rationem, in 2. ibi (veluti per ſigna), exemplo manifeſtat, quod dixit quo igitur ad primum, ratio quæ ex textu ſumitur eſt talis: ſcilicet maior de foris de his, & ex talibus, quæ ſunt neceſſaria, & per ſe inſunt generi, ideſt ſubiecto ſunt ſcientiales demõſtrationes ſed quæcumq; per ſe inſunt, & ſecundum vnum quodq; ideſt inquantum ipſum, ideſt propria eſſentialia, ſunt neceſſaria generi, ideſt ſubiecto, ergo manifeſtum eſt, quòd de his, & ex talibus, quæ ſunt neceſſaria generi ideſt ſubiecto, quæ ſunt accidẽtia per ſe, nõ autem accidẽtia non per ſe, ſunt ſcientiales demonſtrationes: vnde ſumatur intelligentia verborum, hoc pacto, videlicet, manifeſtum, ꝙ demonſtrationes ſciẽtiales, ſunt de his: quæ ſunt per ſe, aſſignat cauſam, Ariſt. &

dicit

Digitized by Google

dicit quoniam quæcumq; per ſe inſunt: adde tu generi, ſubiecto ex neceſſitate inſunt, circa vnum quodque genus ſubiectū. ¶ Sed Nota, quod non ſine cauſa dixit Ariſ. demonſtrationes ſcientiales, denotando, ꝙ dantur quædam demonſtrationes, quæ non ſunt ſciētiales: veluti ſunt illæ, quibus verificatur per ſe intelligibile, hoc eſt id quod eſt per ſe notum veluti optimè inquit Auer. 1. top. cap. 1. in fine dum inquit, ꝙ demonſtrationum ſunt duæ ſpecies: quædā ſpecies quæ verificat naturaliter ignota, & alia ſpecies, qua verificatur p ſe intelligibile, apud illum, qui illud negaret.

Dub. ¶ Dices quid intelligit Ar. per genus? ¶ Dicas, ꝙ nō intelligit genus prædicabile, de pluribus, vt in 1. top. cap. de genere, & 1. de part. ani. cap. 1. nec genus pro aliquo prædicamento, vt in 1. phyſ. tex. 50. ſed ſumit genus, pro ſubiecta ſpetie: de qua indagantur propriæ paſſiones. Sol.

Dub. ¶ Dices ſi per genus intelligit ſpetiem: quare potius nominat genus, ꝗ ſpetiem? ¶ Dicitur, ꝙ quandoq; licet abuti generibus, loco ſpeticrum: Themiſto referente 1. de anima cap. 19. eoq; magis, qm̄ mos eſt Ar. ſumere genus, pro ſpetie, vt clariſſime patet, 1. de gen. ani. cap. 1. & 5. de hyſtoria an. cap. 1. & vt rectè inquit, ipſe met. Ariſt. in pñtis, cap. de qualitate, in principio, vbi inquit, vna quidē igit ſpecies qualitatis: deinde dicit aliud genus qualitatis, ac ſi diceret, alia ſpecies qualitatis denotando, ꝙ genus eſt ſpecies: tñ non intelligendo de genere generaliſſimo: ſed de genere ſubalterno, hæc ſunt; quidem vera, & optimè dicta. Ego dicerem, ꝙ ideo ſubyectū vocat genus, ab Ar. qm̄ ſicut genus, eſt quoddam cōe ſic, ſubiectum eſt quiddam cōmune ad omne id, de quo indagantur paſſiones, vt ad genus, ad ſpetiem ad principia, & ad accidentia. Sol.

Dub. ¶ Dices ſpecies, ſeu ſubiectum, de quo indagātur paſſiones, debet precognoſci, ſi eſt hoc eſt, ꝙ ſit in actu, 1. poſt. 2. & 76. ſed genus. 3. met. 11. eſt potentia ergo per genus, nō poſſumus intelligere ſpetiem, & ſubiectum. ¶ Dr ꝙ verum eſt qñ, per genus intelligeretur verè genus: ſed non intelligitur genus verè: quoniam Ariſt. abutitur illo vocabulo, & per genus intelligit ſpetiem. Sol.

Dub. ¶ Sed iterum dices, æquiuoci non eſt ſcientia 6. met. 2. ſed genus eſt æquiuocum 5. meth. 4. & 5. met. 33. ergo generis non eſt ſcientia. ¶ Dicitur, ꝙ genus dr̄ bifariam; vno modo vniuocè, & ſm̄ prius, alio modo æquiuoce, & per poſterius 12. met. 2. 1. de anima 7. nec nō 2. de anima 30. & 3. de anima 4. tunc dicitur, ꝙ generis æquiuoci, nō eſt ſcientia, ſed generis vniuoci, vel analogi eſt ſcientia: veluti Ariſt. 1. poſt. 179. notatum reliquit. Sol.

Dub. ¶ Dices ſi aliquis faceret demonſtrationem ex accidentibus, non neceſſarijs, nec per ſe, quid ſequeretur? ¶ Reſpondet Ariſt. in textu, & dicit, (quarè non neceſſe, eſt concluſionem ſcire propter quid eſt (q. d. ſequeretur hoc abſurdum, ſcilicet ꝙ non ſciret cōcluſionem per propter quid: idelt per verā, & propriam cauſam, dicentem propter quid prædicati inhærentis ſubiecto in cōcluſione. Sol.

¶ Iterum dices: eorū quæ ſemper ſunt in ſubiecto, ſunt demonſtrationes: vt riſibile ſemper eſt in homine; ſed accidens quod nō eſt per ſe, ſemper eſt in ſubiecto; vt albedo ſemp eſt in lacte ergo accidētis quod non eſt per ſe, eſt demonſtratio. ¶ Reſpondet Ariſt. in textu, & dicit, (neque ſi ſemper eſſet) q. d. neq; demonſtratio eſt eſt accidente, qđ ſemp eſt in ſubiecto: qm̄ licet ſemper ſit in ſubiecto, ſubſiſtens: tñ non eſt ſemper in ſubiecto (per ſe). i. ſubiectum nō accipitur in definitione ipſius, vnde non ſolū requiritur, ꝙ accidens ſemper ſit in ſubiecto, & inſeparabile à ſubiecto; ſed etiam requirit, ꝙ illud accidens ſit inſeparabile, & per ſe: ad hoc, vt de ipſo fiat demonſtratio; vnde oritur talis ratio eorum, ſunt demonſtrationes, quæ ſemper ſunt in ſubiecto, & per ſe; ſed accidētia inſeparabilia; licet ſemper ſint in ſubiecto vt albedo in lacte, & nigredo in coruo, quia non ſunt per ſe, ſequitur ergo, ꝙ talium accidentium non ſunt demonſtrationes. Dub. Sol.

¶ Dices quæſita quæ cōcluduntur per demonſtrationem 2. poſt. 94. & hic dicit Auer. debent eſſe prima; ſed accidentia inſeparabilia per ſe, nō ſunt prædicata prima, ergo ſicut accidētium non per ſe; ſic etiam accidentium per ſe, non eſt demonſtratio, minor probatur: qm̄ 1. poſt. 13. 36. & 2. poſt. 94. illud eſt prædicatum primum, quod non habet cauſam ſuperiorem, veluti etiam Auer. aſſerit in quæſito, 3. & 4. poſt. ſed accidentia per ſe habent cauſam ſuperiorem, vt riſibile rationalitatē, habet, ergo accidentia per ſe, non ſunt prædicata prima, & per conſequens eorum, non eſt demonſtratio. ¶ Dr̄, quod prædicata prima 2. poſt. 94 & 1. poſt. 36. & 54. ſunt duobus modis quædam ſunt prima primitate cauſæ, quædā verò ſunt prima primitate ſubiecti, tunc dr̄, ꝙ accidentia per ſe, non ſunt prima primitate cauſæ; ſed ſunt prima primitate ſubiecti, vnde hæc conditio ſcilicet primitas eſt conditio cōis; tàm præmiſſis quam quæſitis, vt in 3. & 4. quæſito poſt. Auer. fatetur, licet non ſit eadem primitas, qm̄ primitas in præmiſſis eſt primitas cauſæ; ſed primitas in ꝗſitis eſt primitas ſubiecti hinc ſileant qui dicunt, quod quæſita quia habent cauſam ſuperiorem, non dicuntur prædicata prima. Dub. Sol.

Veluti per ſigna ſillogiſmi: quod enim per ſe, non per ſe ſciet, neque propter quid; propter quid autem ſcire eſt per cauſam ſcire.

POSTQVAM Ariſt. notificauit; ꝙ accidentiū, quæ non ſunt per ſe, non eſt demonſtratio: quo-

quoniã concluſio nõ ſciretur per cauſam, nũc vt mos ſuus eſt, vult exemplo manifeſtare, qñ aliquis non ſcit per cauſam, & qui ſunt illi ſyllogiſmi, qui non faciunt ſcire per cauſam, & dicit (veluti per ſigna ſyllogiſmi) q.d. Ar. ſi tu ignoras, qui ſunt illi ſyllogiſmi, qui nõ faciũt ſcire, per cauſam (veluti) ideſt v. g. ſunt (ſyllogiſmi per ſigna.) ¶ Dices quid intendit Ar. per ſigna? ¶ Nota, ꝙ ſignum pro nunc ſumitur pluribus modis, vno modo pro propoſitione neceſſaria, alio modo pro propoſitione probabili, vti 2. priorum cap. 19. quod ſignũ ſignificat, vel rem factam, ſeu præteritam; vt lac ſignificat mulierem peperiſſe; vel ſignificat rem præſentem, quæ actu exiſtit, vt motus cæli ſignificat motorem eſſe, vel ſignificat rẽ futuram, vt nubes cõdenſatę ſignificãt pluuiã futuram

Additio. Additio vel ſignificat amorem v. g. qñ quis amplectitur, & oſculatur aliquẽ amat & diligit illum qm̃ amplexus, & oſculum eſt ſignum pacis & amoris hic Ar. per ſigna intelligit cauſata poſteriora in eſſe, quæ arguũt ſuas cauſas, veluti ſunt accidentia propria, & proprij effectus, ex quibus cauſatis poſterioribus in eſſe, & effectibus procedunt ſyllogiſmi, ideſt demonſtrationes, quia, quæ ideò dicuntur ſyllogiſmi, reſpectu demonſtrationis ſimpliciter; in quibus demõſtrationibus, quia licet medium ſit per ſe: tñ ille, qui ſcit per tales demonſtrationes, quia non per ſe ſciet, qm̃ illud medium per ſe, in ſecundo modo dicẽdi per ſe, eſt effectus, & non cauſa, modò ille qui ſcit per ſe, ſcit per cauſam, quæ eſt in primo modò dicendi per ſe vnde qui ſcit per ſe, in ſecundo modo: ſcit per accidens, reſpectu illius, qui ſcit per ſe, in primo modo; ex quo inferas, ꝙ demonſtratio, quia, quæ facit ſcire ꝑ ſignum, ideſt per effectum, ſeu per proprium accidens, qđ eſt prædicatum in 2. modo, dicẽdi per ſe, facit ſcire per accidens reſpectu demonſtrationis ſimpliciter, quæ facit ſcire per cauſam, & per propter quid, hinc dicit Auer. ꝙ demonſtrationes ſimpliciter ſunt illæ, quæ faciunt ſcire per cauſam, & ſumma, & veraci ſcientia (nam propter quid ſcire eſt per cauſam ſcire) nunc reddit cauſam, Ariſt. quare, demonſtrationes; quia non faciunt ſcire ꝓp quid, hoc eſt non faciũnt ſcire ſcientia perfecta, & per cauſam.

Dub. ¶ Dices, da mihi exemplũ, de demonſtratione quia, quę habet medium, quod eſt per ſe, & tñ ille, qui facit hanc demõſtrationem, nõ ſcit per ſe, hoc eſt per cauſam exemplum hoc eſt, vt omne riſibile eſt rationale, omnis homo eſt riſibilis; ergo omnis homo eſt rationalis; in hac demonſtratione ly riſibile eſt ſignũ proprium, accidens propriũ, quod 1. poſt. 31. eſt prædicatũ per ſe in 2. modo, per quod, tamquàm per medium concluditur cauſa, quę eſt ipſa rationalitas, modò ille qui ſcit rationalitatem, per hoc mediũ nõ ſcit illam, per ſe, ideſt per cauſam, dicentem propter quid, qm̃ ly riſibile, non eſt cauſa, ſed eſt effectus cauſatus.

Dub. ¶ Sed dices contra, ſi riſibile eſt prædicatum, per ſe in 2. modo, ergo qñ rationalitas concluditur, per ly riſibile, concluditur: per id quod eſt per ſe; & per conſequens ille, qui ſcit rationalitatẽ per ly riſibile, ſcit per ſe.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ, & ſi ipſum riſibile ſit prædicatum per ſe in 2. modo, tamẽ ſcientia: quæ habetur per ipſum, non eſt ſcientia ꝑ ſe. i. non eſt ſcientia per cauſam, & hoc vult intelligere Ar. qñ dicit (ꝑ ſe ſciet) .i. nõ ſciet per cauſam.

Dub. ¶ Dices demonſtrationes, quæ procedunt per ſigna, ſi non faciunt ſcire per cauſam, ergo non ſunt demonſtrationes.

Sol. ¶ Reſpondet Auer. & dicit, ꝙ hæ demonſtrationes, non ſunt verę, nec ſummæ demonſtrationes, qm̃ demonſtratio ſimpliciter, eſt illa, quæ largitur ſummam veritatem: ex quo demonſtratio quia, non dr̃ demonſtratio ſimpliciter; qm̃ non facit ſcire per cauſam: ſed non per hoc remouetur à genere demõſtrationis; qm̃ demonſtratio eſt triplex; alia ſimpliciter 1. poſt. 7. alia propter quid. 1. poſt. 95. alia demonſtratio quia 1. poſt. 99. & 1. Phyſ. 2. & 2. de anima. 12. 6. met. 1. quæ tres ſpecies demonſtrationis, ad inuicem differunt; qm̃ demonſtratio ſimpliciter, habet medium, quod abſoluit, ſimul duo quæſita: ſcilicet eſſe, & cauſam 1. poſt. 7. & 2. poſt. 12. demonſtratio propter quid, abſoluit vnum quæſitum, ſcilicet propter quid effectus, ſed demonſtratio; quia abſoluit vnum quæſitũ, ſcilicet eſſe cauſæ, & ſic variæ ſunt ſpecies demõſtrationis, qm̃ abſoluunt varia quæſita: ſunt etiam diuerſæ; qm̃ habent diuerſa media, demonſtratio .n. ſimpliciter habet medium, quod eſt notum ſm̃ nos, & ſm̃ naturam 1. poſt. 12. & eſt ſola cauſa formalis 1. poſt. 11. & 95. demonſtratio verò propter quid habet medium; quod eſt notũ natura tantùm, & poteſt eſſe, omne genus cauſæ 2. poſt. 48. demonſtratio quia: habet mediũ quod eſt notum ſm̃ nos: tantùm 1. poſt. 96. & 1. phyſ. 2. quod eſt ſignum ſenſatum effectus, poſterius in eſſe 1. poſt. 8. & ſic vna ſpecies, nõ conuenit, cum alia, ſed ſunt ad inuicem valde diuerſæ, tum ratione medij, tum etiam ratione quæſiti, vnde demonſtratio ꝓpter quid non eſt demonſtratio ſimpliciter, & demonſtratio quia, non eſt demõſtratio ſimpliciter, nec propter quid, ſed eſt demonſtratio in genere, ſuo vera, & perfecta; & ſi nõ eſt vera, dr̃, quòd non eſt vera reſpectu demonſtrationis ſimpliciter quæ procedit per cauſam, duplex enim eſt demonſtratio vera: Alia quæ procedit per cauſam veram, Alia eſt demonſtratio vera; quæ procedit per effectum, verum demonſtratio, quia eſt vera demonſtratio, qm̃ procedit per effectũm verum, ſed non eſt verã; qm̃ non procedit per cauſam verã.

Dub. ¶ Dices demon-

Sol. demōſtratio quia, procedit p cauſam 1. poſt. 8. ergo eſt vera demonſtratio: qm̄ procedit, per veram cauſam. ¶ Dicitur q̄ ſi procedit, per veram cauſam, non per cauſam veram eſſendi, ſed per cauſam veram, cognoſcēdi, quæ cauſa cognoſcēdi, eſt effectus, vt fumus facit cognoſcere ignem, vt ſi fumus eſt, ergo ignis eſt, fumus enim eſt ſignum, ſignificans ignem; ſed ignis eſt cauſa eſſendi; fumum vt 1. poſt. 8. & hic dicit Auer. ex quibus omnibus collige, q̄ ſcire eſt triplex, ſicut demonſtratio eſt triplex, ſcire ſimpliciter, quod habetur, per cauſam notam nobis; & natura 1. poſt. 12. ſcire pp quid, quod habetur per cauſam, quæ eſt nota ſm̄ naturam per ſe: tamē eſt notificata nobis per effectum: ſcire quia, quod habetur per ſignum, ſeu per effectum proprium, primū habetur per demonſtrationē ſimpliciter, ſecundum per demonſtrationem propter quid, tertium verò per demonſtrationem, quia, iuxta illud Ar. 1. phyſ. 43. & 1. de par. an. cap. 1. non quodlibet fit ex quolibet ſed determinatū ex ſuo determinato: ſic non quodlibet ſcire habetur per quamlibet demonſtrationem: ſed tale ſcire per talem demonſtrationem, vt ſcire ſimpliciter, per demonſtrationem ſimpliciter; ſcire pp quid, per demonſtrationē pp quid, & ſcire, quia per demonſtrationē quia.

Tex. 56. *Propter ipſum igitur oportet, & medium tertio, & primum medio ineſſe.*

AVER. hunc textum continuat hoc pacto poſtquàm Ar. enunciauit, q̄ ſigna ſui occaſione non faciant ſcire concluſiones, vera ſcientia, quia ſcitur prius, per poſterius, & enunciauit etiam, q̄ ſuæ præmiſſæ, etiam non ſciātur, vera ſcientia: niſi qn̄ ſciunt: per ſuas cauſas, narrauit cauſam communem ambabus rebus, ſimul. i. eſſendi ſignorum concluſiones neſcitæ, vera ſcientia, dicens, q̄ ideò ſcientia cōcluſionum non eſt vera: qm̄ qui curat rē, ſcire vera ſcientia non eſt, ei aditus ſciendi illam: niſi per cauſam quæ ſcientia per cauſam eſt ſcientia in ſummo, & eſt conformis operi naturæ, & qui neſcit per cauſam; ſed per ſignū, non ſcit in ſummo, & ſicut res reperitur in rerū natura, & enunciauit etiam, q̄ oportet mediū in demonſtratione eſſe cauſam, vt 1. poſt. 7. & 11. ex quibus omnibus concludit Auer. q̄ Ariſt. vult in hoc textu, q̄ medium oportet in eſſe primo eſſentialiter, & medium ineſſe minori eſſentialiter, ex quo.

Diuiſio textus. ¶ Diuidit iſte textus, in 2. partes; in 1. facit quod dictum eſt in 2. ibi (non igitur) infert corolarium, q̄ impoſſibile eſt demonſtrationem transgredi de arte, ſeu de genere in artem; ſeu in genus, quo igitur ad primum concludit, Ar. & dicit (igit̄) q. d. ſequitur ex dictis, q̄ (oportet) nota verbum ſignificans neceſſitatēm (medium ineſſe tertio) ideſt neceſſe eſt medium (ineſſe) ideſt prædicari de tertio. i. de minori extremo hoc eſt de ſubiecto (propter ipſum). i. per ſe neceſſario, & cōuertibiliter (& primum medio ineſſe). i. oportet primum, ideſt maiorem extremitatem. ſ. prædicatum, ineſſe medio, propter ipſum, hoc eſt oportet prædicatum cōcluſionis ineſſe; hoc eſt prædicari de medio, propter ipſum. i. per ſe propriè, & neceſſario, q. d. Ariſt. q̄ illi tres termini, qui ingrediuntur demonſtrationem ſimpliciter, hoc modo ſe habere debent videlicet, q̄ medius terminus q̄ eſt cauſa: per ſe prædicetur de ſubiecto, & prædicatum per ſe; prædicetur de medio v. g. in hac demonſt. omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt riſibilis, & Nota q̄ per hæc verba Ar. intelligit demonſtrationem factam in 1. figura, in qua medium ſubijcitur in maiori, & prædicatur in minori: & non ſine cauſa, qm̄ demonſtrationes fiunt in 1. figura ſolum: qm̄ prima figura eſt ſcientialior omnibus alijs, 1. poſt. 103. ¶ Dices, ſi medium, quod eſt cauſa ſubijcitur in maiori, & prædicatur in minori: dicendo omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis, tunc ſequeretur, q̄ prædicatio innaturalis ingrederetur demonſtrationem: quod eſt cōtra Auer. in Epit. log. cap. de demon. vbi Inquit: q̄ inter alias conditiones, quæ requirūtur ad demonſtrationem, eſt vt in ea ſit prædicatio naturalis, conſequentia probatur: qm̄ vt ipſemet inquit, in cap. allegato: tunc eſt prædicatio naturalis: qn̄ cauſa prædicat̄ de cauſato modo qn̄ dicitur omne rationale, eſt riſibile, cauſatum prædicatur de cauſa: & ſic eſt prædicatio innaturalis. Dub.

¶ Dicas, q̄ duplex eſt prædicatio innaturalis alia eſt ſm̄ modum, alia eſt ſm̄ rem: tunc dicitur q̄ prædicatio innaturalis, ſm̄ modum ingreditur demonſtrationem, & non ſm̄ rem: de his vide quæ diximus in quæſito de medio demonſt. & in textu 11. Sol.

¶ Amplius, Dices ſi illi tres termini ingredientes demonſtrationem, ſunt ad inuicem conuertibiles, & per ſe ad inuicem prædicantur ergo medium per ſe prædicatur de duobus. ſ. de minori extremo & de maiori extremo; quòd eſt contra Auer. 3. cæli 125. vbi ait, q̄ illud quod prædicatur de vno, & conuertitur cum illo, non prædicat̄ de alio: qm̄ vnum non conuertitur cum duobus: ſed medium prædicatur de tertio. ideſt de minori; ergo non poteſt prædicari de maiori, hoc eſt de prædicato. Dub.

¶ Dicitur cū Auer. quòd qn̄ ſunt duo, quæ ad inuicem conuertūtur, tunc vnum poteſt prædicari de illis conuertibiliter, vt homo & riſibile, hæc duo ad inuicem prædicantur, & cōuertuntur, de quibus ipſum rationale conuertibiliter prædicatur. Sol.

¶ Dices, quid intelligit Ar. p ly (mediū) Nota q̄ medium eſt duplex: aliud naturale, Dub.

alìud

aliud logicum medium naturale dicitur tribus modis, vno modo ſumitur pro loco inferiori, alio modo pro medio ſphære, alio modo pro medio, quod eſt inter duo extrema cōtraria; Adhuc medium eſt duplex 4. cæli 26. Aliud eſt medium ſecundum comparationē, vt aer, & aqua, ſunt elementa media inter ignem, qui eſt ſimpliciter leuis, & terram, quæ eſt ſimpliciter grauis Aliud eſt medium per compoſitionem, ex extremis, vt ſunt medij colores 5. phyſic. 52. & in cap. de oppoſitis Medium logicum eſt duplex, aliud prioriſticum, aliud verò poſterioriſticū medium, prioriſticum eſt terminus bis ſumptus, in præmiſſis ante concluſionem, in præmiſſis; & dicitur prioriſticum, qm̄ definitur 1. priorū capite 7. vbi ait Ariſt. medium quidem voco, quod, & ipſum in alio, & aliud in ipſo eſt; medium verò poſterioriſticum eſt illud, quod eſt cauſa ſciētiæ, & dicitur poſterioriſticum, qm̄ Ariſt. declarauit ipſum 1. poſt. 97. & 11. 48. 49. 51. quibus ergo ſignificatis, ſic ſtantibus dr̄, ꝙ Ar. hic non intelligit mediū naturale; ſed logicum, non prioriſticum; ſed poſterioriſticū, quo .i. eſt cauſa propria per ſe neceſſaria, habens tres conditiones, videlicet de omni, per ſe, & in quantum ipſum. ¶ Dices, quare vocatur medium? ¶ Dicas, qm̄ participat de natura vtriuſque extremi: qm̄ eſt ſubiectū, & prædicatum in maiori ſapit naturam maioris, & in minori ſapit naturam minoris, ex quibus concludas, ꝙ in demonſtratione demonſtrat primum de tertio per medium hoc eſt demōſtratur, quod de quo mediāte quo, ideſt prædicatum de ſubiecto mediante medio termino, quæ omnia debent eſſe propria .i. vnius ꝓpriæ, & peculiaris ſcientiæ, & nō vnus terminus, debet eſſe vnius ſcientiæ, & alter alterius ſcientiæ aſſignat cauſam Ariſt. & dicit.

Dub. / Sol. (margin, beside "Dices, quare vocatur medium? ¶ Dicas")

Non igitur eſt ex alio genere tranſcendentē monſtrare: vt geometriam arithmetica.

Cvm Ar. concluſit, ꝙ oportet medium per ſe, & primo ineſſe tertio, & primum eſſentialiter ineſſe medio, hoc eſt, ꝙ iſti tres termini, .ſ. medium, primum, & tertium, debent eſſe proprij vnius, & eiuſdē ſcientiæ, nunc infert corrolarium, ꝙ impoſſibile eſt tranſgredi de vna ſcientia, in aliam ſcientiam, & qm̄ hanc rem Auer. in hoc cōm. & in 5. quæſito poſt. ab vnde declarat, ideo cum Auer. dicamus, verum ꝙ nil aliud eſt dicere demonſtratio fit ex ꝓprijs: niſi ꝙ ꝓpoſitiones, ex quibus fit demonſtratio: & quæſitum quod concluditur per illas propoſitiones, ſint vnius generis, .i. vnius propriæ, & peculiaris ſcientiæ: hoc eſt ſi propoſitiones ſunt mathematicæ, quæſitum etiā quod concluditur debet eſſe mathematicum: & ſic in alijs ſciētijs: ſed qn̄ propoſitiones ſūt mathematicæ, & quæſitū eſt naturale, vel alterius ſcientiæ: tunc demonſtratio non conſtat ex proprijs, immo illa non dr̄ demonſtratio, & talis tranſgreſſus non datur, quibus ſic declaratis, dicit Ar. (nō igitur eſt ex alio genere tranſcendentem monſtrare (quaſi dicat (igitur) ex dictis ſequitur, ꝙ ſi termini ingredientes demonſtrationem, debent eſſe ꝓprij, & sm̄ quòd ipſum, ideſt quòd illius ſcientiæ, cuius eſt medium debet etiam eſſe quæſitum: quod concluditur per illud medium (nō eſt) .i. non licet (traſcendere) ideſt accipere præmiſſas, ſeu medium, (ex alio genere) .i. ex alia ſcientia, (& monſtrare) .i. demonſtrare) quæſitum alterius ſcientiæ) vt geometricum arithmetica) nunc Ar. dat exemplum dicēs (vt) v.g. non licet demonſtrare, (geometricum) .i. quæſitum, (Arithmetica) .i. demonſtratione, hoc eſt per arithmeticam demonſtrationem: hoc eſt non licet demonſtrare concluſionem in geometria, per propoſitiones arithmeticas, ex quibus omnibus ſequitur, ꝙ omnis demonſtratio debet cōſtare ex proprijs: hoc eſt propoſitiones, ſi ſunt vnius ſcientiæ eiuſdem etiam ſcientiæ debent eſſe concluſiones: quæ concludunt per illas propoſitiones, aliter cōmicteretur tranſgreſſus, qui eſt impoſſibilis? ¶ Dices, contra nam Ar. in textu 59. aſſerit clariſſimè, ꝙ tranſgreſſus eſt poſſibilis, & pōt fieri, ergo ſibi contradictorius. ¶ Dr̄, ꝙ ſcientiæ ſunt bifariæ, quædam habent ſubiectum idem ſimpliciter, .i. vniuocum; vel quodam modo .i. analogum: quædam verò ſunt ſcientiæ, quæ habent ſubiectum æquiuocum, quam diſtinctionem innuit Ar. his verbis: quare aut ſimpliciter, neceſſe eſt idē eſſe genus, aut aliquo modo; ſi debet demonſtratio tranſgredi: qua diſtinctione præhabita conceditur, quòd tranſgreſſus poteſt fieri in ſcientijs habentibus, idem ſubiectum ſimpliciter, ideſt vniuocum, vel idem quodam modo, ideſt analogū; non autem in ſcientijs habentibus ſubiectum æquiuocum, vnde poſſunt defendi duæ concluſiones, vt patet ex dictis.

Nota. (margin, beside "ꝙ nil aliud eſt dicere demonſtratio fit ex ꝓprijs")

Dub. / Sol. (margin, beside "¶ Dices, contra nam Ar. in textu 59." and "¶ Dr̄, ꝙ ſcientiæ")

Tria enim ſunt, quæ ſunt in demonſtrationib⁹, vnum concluſio demonſtrata hoc autem eſt; quod ineſt generi, alicui, per ſe vnum autem dignitates: dignitates autem ſunt, ex quibus tertium genus ſubiectum: cuius paſſiones, & per ſe accidētia declarat demonſtratio. Tex. 57. Idē text. 56.

Postqvam Ariſ. notificauit, ꝙ oportet medium tertio, & primum medio ineſſe propter ipſum, vnde non contingit demonſtrantem traſcendere; de genere in genus: volens nunc declarare, ꝙ non datur tranſgreſſus, vt hoc probet paulo altius orditur numerando ea, quæ ingrediuntur demonſtrationem, ſimul ea declarando vnde. ¶ Diuiditur iſte textus

in

Digitized by Google

in 2. partes in 1. determinat numerum eorũ, quæ ingrediuntur demonſtrationem, in 2. ibi (vnum concluſio) nominat proprio nomine, quæ ſunt illa, quæ ſunt in demõſtrationibus, ſimul declarãdo illa, ſic dicens tria enim ſunt, quæ ſunt in demonſtrationibus, aliquis enim quærens, ab Ariſt. quot ſunt numero illa, quæ ſunt in demonſtrationibus? Reſpondet, vt interrogatus q. d. hoc fuit declaratum in libro priorum, cap. 5. & 1. poſt. 26. tamẽ iterum dicamus, nũc ſi tu neſcis, quot ſunt dico ꝙ ſunt tria, & quæcumque eſſe ponuntur non plura, nec pauciora: quæ ſunt in demõſtrationibus.

Petitio ¶ Dices, quare dixit in demonſtrationibus?

Sol. ¶ Dicas, qm̃ 1. poſt. 7. 8. & 95. 99. demonſtrationes; prima ſimpliciter 1. phy. in prologo, & 2. poſt. 12. propter quid 1. poſt. 96. tertia, quia primo phyſ. 2. & 6. met. 1. nec non 2. de anima 12. & 2. poſt. 20.

Petitio. ¶ Iterum dices, à quo habet hoc demonſtratio, ſcilicet ꝙ fit ex tribus?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ habet hoc a ſyllogiſmo genere ſuo, vt dicit Au. 1. poſt. in prologo, & 1. priorum cap. 5. Ariſt. hoc enim per accidens competit demonſtrationi: qm̃ in tantũ demõſtratio fit ex tribus: in quantum eſt ſyllogiſmus, & ſic ratione generis, & per accidens: qm̃ quod cõpetit ſpeciei, ratione generis per accidens, cõpetit: & è contra vt 1. poſt. 38. 39. nec non 4. phy. 45. & 5. phy. 1. luce clarius reperitur.

Dub. ¶ Dices, ò Ariſt. ſi tria ſunt illa quæ ſunt in demonſtrationibus, vellem ſcire, ꝙ eſt primum, & quomodo vocatur?

Sol. ¶ Reſpondet, & dicit (vnum) .i. primum (concluſio) .i. vocatur proprio nomine concluſio.

Dub. ¶ Dices, quid ſibi vult concluſio?

Sol. ¶ Reſpondet, & dicit (demõſtrata) .i. quæ demonſtratur adde tu per demonſtrationem.

Dub. ¶ Dices quid ſibi vult concluſio demonſtrata?

Sol. ¶ Dicas, .i. prædicatum concluſionis, quod demõſtratur de ſubiecto concluſionis.

Dub. ¶ Dices, prædicatum eſt duplex aliud per ſe aliud vero per accidẽs 1. poſt. 32. quod eſt illud prædicatum, quod demonſtratur?

Sol. ¶ Reſpondet Ari. & dicit (hoc autẽ eſt, quod ineſt generi, alicui per ſe) q. d. ſi tu neſcis quod prædicatum eſt illud, quod demonſtratur, eſt (hoc) ideſt eſt illud, quod (ineſt generi) ideſt quod prædicatur de ſuo ſubiecto (per ſe) .i. quod eſt proprium, & eſſentiale.

Dub. ¶ Dices, prædicatum per ſe, eſt duplex, aliud eſt in 1. modo dicẽdi, per ſe, aliud verò in 2. modo dicendi per ſe, ꝙ prædicatũ per ſe demonſtratur de ſubiecto?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ eſt prædicatum per ſe, in 2. modo, ꝙ eſt accidens propriũ, & eſſentiale, vt ait Ariſt. 1. poſt. 92. (vnum autem dignitates, dices, ò Ari. ꝙ eſt ſecundum; quod eſt in demonſtratione, & quo appellatur?

Sol. ¶ Reſpondet, Ariſt. & dicit (vnum) .i. ſecundum (dignitates) .i. vocatur dignitates.

Sol. ¶ Dices, quid ſibi vult dicere

Dub. dignitates. ¶ Reſpondet, & dicit ſi tu neſcis hoc vocabulũ dignitates, dico ꝙ ſunt (illa ex quibus) .i. cõſtat demonſtratio, vt dicit in textu 58. vel ſunt illa ex quibus, .i. per quas demonſtratur prædicatum de ſubiecto, in concluſione, vt ſe exponit in textu 76. quæ dignitates ſunt propoſitiones, ſeu præmiſſæ demõſtrationis.

¶ Dices, quod eſt tertium, ꝙ eſt in demonſtrationibus? Dub.

¶ Reſpõdet, & dicit (tertiũ) ſupple tu, quod eſt in demõſtrationibus: eſt & vocatur (genus). Sol.

¶ Dices, quid ſibi vult genus. Dub.

¶ Reſpondet, & dicit genus, (ſubiectum) .i. genus, nil aliud ſignificat, niſi ſubiectum, Ariſt. ſe exponit in textu 69. & 79. Sol.

¶ Dices, quid eſt ſubiectum? Dub.

¶ Reſpõdet, & dicit, ſi neſcis quid eſt ſubiectum, dico ꝙ ſubiectũ eſt illud, (cuius paſſiones, & per ſe accidẽtia declarat demonſtratio) .i. illud eſt ſubiectũ, adde tu, poſterioriſticum (cuius) .i. de quo ſubiecto, ipſa demonſtratio declarat. (paſſiones) adde tu ignotas, ineſſe; non paſſiones cõmunes, & ſeparabiles, ſed illas paſſiones ignotas, quæ ſunt per ſe, vt ſe ipſum declarat in textu 76. quæ ſunt accidentia eſſentialia 3. cæli 1. & 1. cæli 1. quæ ſunt predicata, in 2. modo dicendi per ſe 1. poſt. 179. de quibus accidentibus fiunt demoſtrationes eſſendi, & cauſarum, .i. demonſtrationes ſimpliciter, & Nota ꝙ Ariſt. dixit, ꝙ demonſtratio declarat accidentia, ad differentiam definitionis, quæ declarat ſubſtantiam dixit etiam (cuius) notando, ꝙ paſſiones, quas declarat demõſtratio, ſunt propriæ ipſius ſubiecti. Sol.

¶ Sed dices, contra nam demonſtratio declarat definitionem accidentis, vt aſſerit Auer. poſt. 40. 42. & in 2. quæſit. poſt. quæ definitio eſt ſubſtantia: ergo demonſtratio non ſemper declarat accidentia. Dub.

¶ Dicitur, ꝙ verum eſt ꝙ demõſtratio declarat definitionem accidentis; Tamen illa definitio accidentis, eſt accidens, & demonſtratur per modum paſſionis, nam definitio, & definitum idẽ eſt 1. phy. 5. & 7. met. 40. ſed nota ꝙ dixit Ari. ſubiectũ eſt id, cuius paſſiones, & per ſe accidentia declarat demõſtratio: intelligendo de ſubiecto poſterioriſtico, ad differentiam ſubiecti prioriſtici de quo conſideratur 1. priorum cap. 1.

¶ Sed Dices ſic demonſtratio, 1. poſt. 9. conſtat ex proprijs 1. poſt. 66. ſed dignitates 1. poſt. 74. ſunt cõmunes, ergo dignitates non ſunt in demõſtrationibus, nec demonſtrationes conſtant ex dignitatibus. Dub.

¶ Dicas, ꝙ aliquod ingredi demõſtrationem, bifariam intelligitur, vno modo actu, & formaliter, alio modo virtute: tũc dicitur, ꝙ dignitates non ingrediũtur demonſtrationem formaliter, & actu; ſed aptitudine, & virtute, p̃miſſæ vero propriæ, & peculiares actu, & formaliter Sol.

¶ Dices, quare Ari. potius nominauit dignitates communes, & non nominauit præmiſſas proprias, quæ actu ſunt in demonſtrationibus? Dub.

¶ Dicitur, qm̃ allo- Sol.

qui-

quitur nouitios, quibus ſatisfaciendum eſt p notiora: & qm̃ dignitates ſunt notiores, qm̃ ſunt communes, primo phy. 4. 57. & 3. phy. 2. nec non 2. de gen. & corr. ſi ideo potius nominauit dignitates; quàm proprias præmiſſas.

Dub. Dices, Ari. numerans ea, quæ ſunt in demonſtrationibus, primo numerat concluſionem, ſecundo dignitates, tertio ſubiectum, ſed in textu 76. numerans eadem peruerſo ordine vtitur; primo enim numerat genus, ſecundo dignitates, tertio paſſiones, ideſt concluſiones: ex quo videtur; q̃ non ſit memor ſeruati ordinis, in his quæ numerauit in hoc textu.

Sol. ¶ Dicitur, q̃ Ariſt. in hoc non habuit ſollicitudinẽ, ſed ſatis eſt numeraſſe omnia, quæ ingrediuntur demonſtrationem, & nullum relinquere.

Dub. ¶ Dices qũo probatur, quòd illa, quæ ponuntur in demonſtratione, nõ ſunt niſi tria?

Sol. ¶ Dicas, q̃ demonſtratio non habet hoc a ſe; & vt demonſtratio eſt à propria natura ſua: ſed à ſyllogiſmo, qui eſt genus, cui p ſe competit hoc, vt patet 1. priorum in cap. de prima, ſecunda, & tertia figuris, vnde fiat ratio talis ſyllogiſmus fit ex tribus terminis, primo poſteriorum 26. & 134. nec pluribus, nec paucioribus: ſed demõſtratio eſt ſyllogiſmus, 1. poſt. 8. ergo demõſtratio fit ex tribus, nec pluribus, nec paucioribus.

Dub. ¶ Amplius, dices, ait Ari. quòd demonſtratio declarat accidentia, ſi hoc eſſet verum, tunc demonſtratio, vel eſſet infinita, vel faceret ſcire quæſitum infinitum: quod eſt impoſſibile, & probatur: qm̃ accidentia 4. met. 12. ſunt infinita: ſed demõſtratio declarat accidentia 2. poſt. 12. 17. 18. 19. ergo demõſtratio eſt infinita, vel facit ſcire q̃ſitũ infinitũ

Sol. ¶ Dicas. q̃ accidentia ſũt infinita, quæ ſunt communia: qm̃ inſequntur materiam quæ eſt cauſa infinitatis 3. phy. 65. non autem accidentia propria, quæ ſequntur formam de quibus eſt demonſtratio 1. poſt. 52. 35. 153.

Tex. 50. *Ex quibus quidem igitur demonſtratio contingit eadem eſſe.*

POSTQVAM Ariſt. declarauit numerũ, & qualitatem, ideſt quot, & quæ ſunt illa: quæ ſunt in demõſtrationibus, determinãdo tria tãtum eſſe, nec plura, nec pauciora: vt ſunt dignitates, ſeu præmiſſæ: & concluſio; & ſubiectum, nunc declarat quod horum triũ eſt, & poteſt eſſe commune in diuerſis ſciẽtijs, & q̃ nõ poteſt eſſe commune in diuerſis ſcientijs vt bene ſentit Auer.

Diuiſio textus. ¶ Diuiditur iſtæ textus in 3. partes, in 1. declarat quod horum trium eſt commune, pluribus ſciẽtijs & quod nõ in 2. ibi (quemadmodum) exemplo manifeſtat ſciẽtias diuerſas, in 3. ibi (nõ eſt arithmeticã declarat, q̃ non licet per demonſtrationem arithmeticam demõſtrare accidẽtia de magnitudinibus, quo igitur ad primum ait ſic, ex quibus quidem igitur demonſtratio .i. illa ex quibus fit demõſtratio, quæ ſunt dignitates, ſeu maiores propoſitiones (cõtingit eadem eſſe) .i. poſſunt eſſe eadem, & communia diuerſis ſcientijs: quorum autem genus alterum, .i. quarum ſcientiarum (genus) .i. ſubiectum (eſt alterum) .i. diuerſum adde tu, propoſitiones minores, nõ poſſunt eſſe eedẽ, & communes (quemadmodum arithmeticæ, & geometricæ (nũc dat exemplum, ſicut mos ſuus eſt de ſciẽtijs: quæ habẽt ſubiectum alterum, ſeu diuerſum (nõ eſt arithmeticam demõſtrationem coaptare ad accidẽtia magnitudinibus) .i. nõ licet coaptare demõſtrationem arithmeticam, & per illam demõſtrationem, demõſtrare accidẽtia de magnitudinibus: quæ magnitudo eſt ſubiectum in geometria (niſi magnitudines, numeri ſint) q. d. Ariſt. tũc demõſtratio arithmetica poſſet demõſtrare accidẽtia de magnitudine, qm̃ magnitudines eſſẽt numeri: .i. qm̃ ſubiectũ vnius ſciẽtiæ, cõtineretur ſub ſubiecto alterius ſciẽtiæ, ſicut ſi magnitudines cõtinerẽtur ſub numeris.

¶ Dices, quõ poſſibile eſt hoc? Dub. ¶ Reſpõdet, & dicit excuſando ſe, hoc velle declarare in ſequẽtibus, per hæc verba dicẽs, (hoc Sol. autem, vt cõtingit in quibuſdam) ideſt quomodo hoc fieri poteſt in quibuſdam ſciẽtijs poſterius dicetur?

¶ Dices vbi hoc dicitur? Dub. ¶ Dicas in 1. poſt. 59. 60. 61. 62. Sol. ¶ Sed dices qũo vna ſciẽtia eſt diuerſa ab alia? Dub. ¶ Reſpõdet Ariſt. hic, & in textu 179. & dicit q̃ tunc ſciẽtia eſt vna; quando habet vnum ſubiectũ: & tunc ſunt plures, & diuerſæ ſcientiæ, qm̃ habẽt plura, & diuerſa ſubiecta, vnde ex vnitate vel pluralitate, & identitate, & diuerſitate ſubiectorum ſumitur vnitas pluralitas, & ſciẽtiarum diuerſitas.

¶ Dices cõtra, ſi hoc eſſet Dub. verum; tunc ſciẽtia naturalis mathematica, & medicina quæ ſunt tres ſciẽtiæ diſtinctæ, & diuerſæ, eſſent vna ſciẽtia, qm̃ habẽt vnum ſubiectum, quod eſt corpus.

¶ Dicas q̃ intelli- Sol. gitur ſic; videlicet quòd ab vnitate ſubiecti, cum ſuo modo conſiderandi, & à pluralitate ſubiectorum, cum ſuis modis cõſiderandi ſumitur vnitas, pluralitas, & ſciẽtiarum diuerſitas, modo, & ſi hæ tres ſciẽtiæ habeant vnum ſubiectum, tamen nõ habẽt vnum modum cõſiderãdi; ſed habẽt plures modos conſiderãdi, per quos ad inuicem differunt, ex quibus collige, q̃ tranſgreſſus fieri nõ poteſt de vno genere, ſeu de vna ſcientia in aliud genus, ſeu in aliã ſciẽtiam v. g. ſi fit demõſtratio in ſciẽtia arithmeticã, oportet q̃ illa demonſtratio demõſtret accidẽtia propria de numero: quũ eſt ſubiectum in arithmetica; & nõ de magnitudine, quæ eſt ſubiectum in geometria; qm̃ accidentia, quæ per ſe competunt vni ſubiecto, per accidens, competunt alteri, vnde illa de-

Digitized by Google

demonſtratio: ſed per accidens, qm̃ faceret ſcire per accidens.

Tex. 59. Vid. in tex. 71. idem.

Arithmetica verò demonſtratio, ſemper habet genus, circa quod demõſtratio, & alia conſimiliter.

CVM Ariſt. notificauit, ꝙ dignitates, ſeu maiores propoſitiones, poſſunt eſſe communes pluribus ſcientijs minores verò propoſitiones, non poſſunt eſſe communes pluribus ſcientiis, ex eo quia non datur tranſgreſſus, de vna ſcientia in aliam ſcientiam: quemadmodum non licet demonſtrare, quæſitum geometricum per demonſtrationem arithmeticam, nunc vult oſtẽdere, ꝙ demõſtratio arithmetica debet notificare accidentia propria de genere ſuo; .i. de ſubiecto ſuo proprio; & non de ſubiecto geometriæ quæ eſt alia ſciẽtia àb arithmetica, cauſa intentionis eſt; qm̃ nullo modo poteſt dari tranſgreſſus de vna ſcientia in aliam ſcientiam: ſed pro faciliori intelligentia. ¶ Diuiditur iſte textus in 3. partes, in 1. declarat, quòd arithmetica ſcientia, & non ſolum ipſa ſed omnes aliæ ſcientiæ, habent proprium ſubiectum: de quo demõſtrãt propria accidentia, in 2. ibi (quare) notificat quõ poſſibile eſt tranſcedere de genere in genus, in 3. ibi (aliter verò) declarat quõ impoſſibile eſt tranſcendere de genere in genus, quo igitur ad primum, dicit ſic arithmetica, verò demonſtratio, ſemper habet (genus) ideſt ſubiectum propriũ (circa quod) nota quod illud verbum (circa) græce dicitur (peri) hoc eſt (de) q. d. ꝙ arithmetica demõſtratio ſemper habet genus ſubiectum: (circa quod) ideſt de quo genere ſubiecto ꝓprio, demõſtrantur propria accidẽtia, in ſciẽtia arithmeticæ. ¶ Dices ſola arithmethica, habet ſubiectum proprium? ¶ Reſpondet q. d. non ſolum arithmetica habet proprium ſubiectum: ſed etiam aliæ ſcientiæ conſimiliter habent ſubiectum proprium determinatum, de quo demonſtrant propria, & determinata accidẽtia. ¶ Vel dicas, vt dicit Auer. in com. ꝙ ſicut tres termini demonſtrationis; quæ fit in arithmetica non traſcendunt naturã arithmeticæ, ideſt naturam numeri, ſimiliter etiã eſt in aliis ſcientiis. ¶ Dices, ſi per ly (circa) debemus intelligere (de) quare Ariſt. potius dixit (circa) & non dixit (de?) dicens circa quod eſt demonſtratio, & non de quo eſt demõſtratio? ¶ Nota ꝙ demonſtratio eſt de ſubiecto, & eſt de accidentibus ſubiecti: tamẽ eſt de accidentibus in recto, vti ſi dicamus accidentia demonſtrantur de ſubiecto, eſt etiã demonſtratio de ſubiecto in obliquo, ideſt de accidentibus ipſius ſubiecti, volens Ari. declarare ꝙ de ſubiecto non eſt demonſtratio, in recto, ſed in obliquo, vti ẽ illa præpoſitione (circa) quæ denotat obliquum caſum: vnde poſſumus dicere, ꝙ demonſtratio eſt de ſubiecto oblique .i. de accidentibus ſubiecti, quæ accidentia verè demonſtrantur de ſubiecto, & ſic demonſtratio per ſe eſt de accidentibus, & ꝑ accidens eſt de ſubiecto: attribuere enim ſubiecto, quod attribuitur accidẽti eſt attributio per accidẽs, & indirectè, vt teſtatur Auer. 4. phy. 45. hinc patet intelligentia textus 1. libri priorum: quando dicit circa demonſtrationem, & 1. poſt. quando dicit circa orationes; & 76. & 1. phy. in textu 1. manifeſtum, ꝙ quæ ſunt circa principia, & in 1. cæli 1. & 3. cæli 1. ſcientia de natura eſt circa corpora, & in 1. de anima vbi dicitur, quæcumque accidunt circa ipſam in textu 3. & in 2. de gen. & corr. 1. vbi inquit circa vocata elementa, .i. de vocatis elementis, vbiq; enim ly (circa) exponitur pro (de).

Dinifio textus.

Dub. Sol.

Alia expoſitio.

Dub.

Sol.

Quare, aut ſimpliciter neceſſe eſt idem eſſe genus aut aliquo modo: ſi debet demonſtratio tranſcendere.

POSTQVAM Ariſt. declarauit, ꝙ ſciẽtia arithmetica habet genus hoc eſt ſubiectũ ꝓprium, de quo oſtendit accidentia propria: nunc oſtendit quõ eſt poſſibile tranſgredi de genere, in genus, ideſt de vna ſcientia, in aliã ſcientiam, & dicit, (Quare aut ſimpliciter neceſſe eſt idẽ eſſe genus, aut aliquo modo,) quaſi dicat ex dictis ſequitur, quòd ſi demonſtratio debet trãſcendere, ideſt debet accipere medium vnius ſcientiæ & concludere concluſionem alterius ſcientiæ, neceſſe eſt, (aut genus) ideſt ſubiectum vtriuſque ſcientiæ eſſe, (idem ſimpliciter) ideſt vniuocum, (aut aliquo modo,) ideſt aut ſi non eſt vniuocum debet eſſe idem; (aliquo modo) ideſt analogum, & ſic q. d. Ariſt. eſt poſſibilis tranſitus de vna ſcientia, in aliam ſcientiam ex quo ſumitur, quòd in ſcientiis habentibus ſubiectum, idem ſimpliciter ideſt vniuocum poteſt fieri tranſitus: aut in ſcientiis habentibus ſubiectũ aliquo modo ideſt analogum.

Tex. 6.

Aliter vero, quòd impoſſibile, manifeſtum: ex eodem enim genere neceſſe eſt extrema, & media eſſe: namq; ſi non per ſe, accidentia erunt.

CVM Ar. declarauit, quomodo poteſt fieri trãſitus de vna ſciẽtia in aliã ſcientiã: nunc declarat quõ tranſitus, non poteſt fieri: ſed ꝓ intelligentia, nota quòd dictum eſt, ꝙ quando plures ſcientiæ habent vnum ſubiectũ vniuocũ vel analogũ tũc poteſt fieri tranſitus de vna ſcientia in aliam: nunc declarat, ꝙ quando plures ſcientiæ, non habẽt ſubiectum vniuocum,

Digitized by Google

uocum, vel analogum: tunc non poteſt fieri tranſitus de vna ſciētia in aliam,& dicit(aliter vero)ideſt ſi ſubiectum vnius ſciētiæ,(aliter eſt) ideſt eſt aliud,& diuerſum ideſt nō eſt vniuocum; nec analogum à ſubiecto alterius ſcientiæ, (impoſſibile eſt) ideſt impoſſibilis eſt tranſitus: hoc eſt non poteſt fieri trāgreſſus de vna in aliam. ¶ Vel ſi præmiſſæ ſunt vnius ſcientiæ,manifeſtum eſt quòd impoſſibile eſt concludere concluſionem alterius ſciētiæ, (ex eodem enim genere neceſſe eſt extrema,& media eſſe), nunc aſſignat cauſam; & dicit(enim) pro quia quaſi dicat: Ideo non poteſt fieri tranſitus de vna ſcientia in aliam ſcientiam,quia (extrema) ideſt maius, extremum,& minus extremū,& media neceſſe erit vt ſint, (ex eodem genere), ideſt eiuſdem ꝓprij generis,ideſt ſubiecti: q.d. maius extremum, quod concluditur de minori extremo, hoc eſt prædicatum quod concluditur de ſubiecto,per medium debet eſſe proprium: & ꝑ ſe hoc eſt prædicatum debet eſſe propriū de ſubiecto proprio,per medium proprium; qm̄ extrema non poſſunt eſſe de genere magnitudinis,& media de genere numerorum, veluti exemplo paret;nam non licet in ſtatua facere capud ex auro, & pedes ex argento; ſed tota ſtatua debet eſſe ex eodem genere, & ex eadem materia,veluti capud, & pedes ex auro, (namq; ſi non ſunt per ſe accidentia erunt) nunc aſſignat cauſam quare extrema, & media debent eſſe propria,& per ſe dicens:quoniam ſi nō (ſunt per ſe,) ideſt propria, (erūt per accidens valet enim conſequentia, quod non eſt per ſe, eſt per accidens, .i. poſt. 32. & per conſequens demonſtratio, quæ fieret ex illis per accidens, non eſſet demonſtratio ꝑ ſe;ſed per accidēs, & potius ſyllogiſmus diceretur,vnde ſequitur concluſio vera,ꝙ tunc demōſtratio traſcendit de vna ſciētia in aliam: quādo illæ ſcientiæ habent ſubiectum vniuocum;vel analogum,& tunc demonſtratio, nō traſcendit,qn̄ ſcietiæ habēt ſubiectum diuerſum;& æquiuocum,& ex hoc textu nota regulam,quæ eſt.ꝙ id quod non eſt per ſe eſt, per accidens.

Alia expoſitio.

Tex.60. *Propter hoc geometriæ non licet monſtrare: ꝙ contrariorum vna eſt ſcientia: ſed neq; quod duo cubi, cubus 3. neq; alij ſcientiæ, quod alterius.*

POSTQVAM Ari.notificauit, ꝙ demonſtratio debet fieri ex his:quæ ſunt propria, & eiuſdem generis ſubiecti, & quòd non licet demonſtrationem tranſgredi de vna ſcientia in aliam ſcientiam: nunc quæ dixit concludit & de ſingulis, exempla aſſignat. ¶ Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. parte concludit, quæ ſupra dixit in 2.declarat quō eſt poſſibile vni ſcientiæ demonſtrare quæſitum alterius ſcientiæ:& dicit (propter hoc) ideſt propter cauſam aſſignatam. ¶ Dices,quæ eſt iſta cauſa aſſignata. ¶ Dicas,qm̄ demonſtratio conſtat ex propriis. Ideo q. d. (geometriæ non licet monſtrare: quòd contrariorum vna eſt ſcientia (ideſt non conuenit ſcientiæ geometriæ(monſtrare.) Nota ꝙ hoc verbum ſignificat duo, videlicet manifeſtare,vt 1. poſt. 1.& ſic conuenit inductioni, quæ monſtrat ideſt manifeſtat,& ſignificat demonſtrare naturaliter ignotum,hic autem non ſumitur pro manifeſtare:ſed pro demonſtrare, vnde dicitur, ꝙ ſcientiæ geometriæ non licet demonſtrare videlicet hoc quæſitum, ſcilicet (quòd contrariorum vna eſt ſcientia, quoniam non eſt proprium ſcientiæ geometriæ,ſed potius ſpectat ad dialecticam, vel methaphiſicam:quæ dialectica in hoc imitatur methaphiſicam: quoniam ſicut methaphiſica, quæ eſt ſcientia communis. 1. poſt. 70. & in hoc com. ait Auer. poteſt demōſtrare quæſita omnium artium:quoniam ipſa eſt domina,& regina omnium ſcientiarum,ſic dialectica tentat demōſtrare omnia quæſita omnium ſcientiarum: tamen methaphiſica cum maiori certitudine aſſignat cauſam quæſitorum, aliarum artium, dialectica vero magis probabiliter, & ſic hoc quæſitum, quod pertinet ad dialecticam, quæ eſt facultas diuerſa à geometria, non demonſtratur in geometria, (ſed neq;, quòd duo cubi cubus, nunc aſſignat ſecundum exemplum; q. d. non ſolum, non licet ſcientiæ geometriæ demonſtrare hoc quæſitum;ſcilicet ꝙ contrariorum eadem eſt ſciētia, ſed neq; licet ſcientiæ geometriæ demōſtrare hoc aliud quæſitum; ſcilicet quòd duo cubi; ſint vnus cubus, cauſa eſt quoniā hoc quæſitum pertinet ad ſtereometriam, (neq; alij ſcientiæ, quod alterius,) concludit dicens, quòd non ſolum illud quæſitum; quod pertinet ad dialecticam,& ad ſtereometriam non licet, vt demonſtrentur in geometria;ſed etiam vniuerſaliter,non licet cuicumq; ſciētiæ, (quod alterius) ideſt demonſtrare adde tu quæſitum quod eſt alterius ſcientiæ diuerſæ ab illa vt optime inquit Auer. in commento, vbi dicit ſic non eſt alicuius particularis artificis demōſtratiuarū artium cō monſtrare,quod peculiare eſt arti communi conſideranti,ens inquantum ens:ſicut non eſt geometriæ conſiderare contraria; neq; conſiderare vnum, & multa; nec etiam eſt alicuius particularis artis conſiderare, quod propriū eſt alterius particularis artis. ¶ Sed nota ꝙ ſi ars particularis cōſiderat aliquā paſſionem artis communis, illam conſiderat, quatenus facit illam contrahi ad ſuum ſubiectum,pro vt in phyſica, conſideratur de ani-

Diuiſio textus.

Petitio.

Petitio.

mæ

mæ potentijs,ex quo ſequitur,ꝙ non licet imponere falcem in meſſam alienam, quod nil aliud ſignificat: niſi quod eſt proprium vni, non competit alteri, nec demonſtratur de altero. ¶ Sed Dices,o,Ariſt.dixiſti, quod tranſitus de vna facultate,in aliam fieri poteſt,quomodo nunc dicis,ꝙ eſt impoſſibilis huiuſmodi tranſitus?
Reſpon. ¶ Reſpondet & dicit.

Niſi quæcunq; ita ſe habent inter ſe,vt ſit alterum ſub altero.

CVM Ariſt. intulit concluſionem eorum, quæ ſupra dixit,ꝙ tranſgreſſus de vna ſciẽtia in aliam fieri non poteſt:nũc declarat,in quibus ſcientijs hoc fieri poteſt, & dicit verum Nota ꝙ ſcientiæ ſunt duobus modis,quædam ſunt ſcientiæ ſubalternatæ, & quædam ſubalternantes, & ideo dicuntur ſic quoniam habent ſubiectum alterum, ſub altero, tunc dicit Ariſt.quod tranſitus non poteſt fieri (niſi) adde tu in ſcientijs,(quæcunq; ita ſe habent inter ſe,) vt ſit alterum ſub altero) ideſt quæ habent ſubiectum ſubalternatum,& ſub alternans & ſic in iſtis ſcientijs ſubalternatis,& ſubalternãtibus,poteſt fieri tranſgreſſus. ¶ Sed
Petitio. Dices da exemplum?
Reſpon. ¶ Reſpondet per exempla dicens,q.d.ſi tu ignoras, quæ ſunt ſciẽtiæ ſubalternæ, & ſubalternatæ, (vt perſpectiua ad geometriam,& armonica ad arithmeticã) .i. perſpectiua ſubalternatur geometriæ:& armonica .i. conſonãtia,ſeu muſica ſubalterna-
Petitio. tur aritmeticæ,& ſic iſtis ſcientijs, & nõ aliis licet,& conuenit demonſtrare quæſitum alterius ſciẽtiæ,quod innuit Auer. in illis verbis, qñ dicit;aliquando autem inuenitur in artibus ſpecies conuenientiæ, quædam, videlicet vna ars vtatur pro principio, vel principijs cuius moris eſt commonſtrari in alia arte, ꝙ quidem pro maiori parte inuenitur in arte: quæ alteri eſt ſubalterna,quam mer ſententiã ipſe Auer. aſſerere quoq; videtur in quæſitis poſterioriſticis, in quæſito quinto.

Tex.61. *Neque ſi quid ineſt lineis,non ſecũdum quòd lineæ,& ſecundũ quod ex principijs proprijs.*

POSTQVAM Ariſtoteles declarauit ꝙ non licet trãſcendere de vna ſcientia in aliã ſcientiam: nunc vult illud iterum cõfirmare.
Diuiſio textus. ¶ Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in 2. ibi (vt ſi recta pulcherrima linearum) exemplo declarat ꝙ dixit,quo ad primum, verum pro intelligentia dicendorum eſt Notandum, ꝙ tunc vna ſcientia demonſtrat aliquod prædicatum de ſubiecto quãdo illud prædicatum ineſt illi ſubiecto,ſecundum quòd illud proprie per ſe:& cõuertibiliter:vt riſibile ineſt homini,in quãtum homo, & non per aliud, & ratione alterius veluti, ſi ſortes eſt riſibilis; non niſi per accidens,& inquantum eſt homo: ſed quando eſt aliquod prædicatum,quod ineſt alicui ſubiecto,non ſecundum ꝙ ipſum: tunc illa ſciẽtia,non poteſt demonſtrare illud prædicatũ, de illo ſubiecto. 1.poſt.36.& 76.quo ſtante exponatur textus ſic (Neque) q.d.Ariſt.nõ ſolum non licet ſcientiæ geometriæ non demõſtrare quæſita ſupra ditta, quæ ſunt alterius ſcientiæ, ſed etiam (neque) ſcientię geometrię,& aliis ſcientiis,omnibus adde tu licet,& conuenit, (ſi quid) ideſt ſi aliquod prædicatum (ineſt) ideſt competit, (lineis) vt ſubiectis,(non ſecundum quòd lineæ) .i. non primo,& per ſe demõſtrare de lineis:qm illa prędicata demonſtrantur de ſubiectis, quæ ſunt propria eſſentialia illis, nõ autem prædicata quæ in ſunt ſubiectis cõmuniter, & per accidens.¶ Dices,quæ ſunt iſta prædicata,quæ inſunt lineis, nõ ſm quod lineæ, ideſt proprie, & per ſe? ¶ Reſpondet Ari.& dicit, (& ſecundum, quòd ex principiis propriis,) q.d. illa ſunt prædicata propria,quæ inſunt ſubiectis, ſm ipſum, quæ fluunt ex principiis illius ſubiecti,& è contra, illa nõ ſunt prædicata propria, & ſecundum quòd ipſum quæ non fluũt ex principiis propriis illius ſubiecti; ex quo ſequitur,ꝙ non licet geometriæ demonſtrare prædicatum aliquod, quod competit lineis, non ſm quòd lineæ, ideſt ſm quòd non prouenit, & fluit ex propriis principiis linearum, adde tu, & ſimiliter non licet vlli ſcientiæ demonſtrare de ſuo ſubiecto aliquod prædicatum:quod non fluat ex propriis principiis illius ſubiecti,ideſt quod non eſt proprium, & eſſẽtiale illi ſubiecto. ¶ Dices,o,Ariſt. quod Dub.
eſt hoc prædicatum quod ineſt lineis non ſm ꝙ lineæ ſunt, & quod nõ fluit ex propriis principiis linearum? ¶ Reſpondet, & dicit. Sol.

Vt ſi recta pulcherrima linearum: aut ſi in contrarium ſe habet circumferentiæ: non enim ſecundum quòd proprium genus ipſorum eſt: ſed ſecundum quòd commune aliquod eſt.

CVM Ariſt. aſſeruit,quod non conuenit demonſtrare prædicatum de lineis, quod non competit lineis inquantum lineæ ſunt, .i. primò,& per ſe,nunc exemplo, vt mos ſuus eſt, vult declarare, id quod dixit, & q. d. ſi tu ignoras quod eſt illud prædicatum, quod cõpetit lineis,non inquantum lineæ ſunt, .i.non propriè nec per ſe: ſed communiter, hoc eſt, (vt) .i.v.g. ſi diceres in hac propoſitione, linea recta eſt pulcherrima omnium linearũ: hoc prædicatum ſcilicet: (pulcherrima) eſt prædicatum quod competit lineæ,non inquãtum linea proprie,& per ſe: qm nõ fluit ex ꝓpriis principiis lineæ,ſed eſt prædicatum cõmune,

Digitized by Google

mune,quod competit multis aliis, & ideo nõ licet geometriæ demõſtrare hoc prædicatum de linea recta:qm̃ inquit Auer. illa demõſtratio,quæ fieret ex tali prædicato, nõ fluẽte ex propriis principiis ſubiecti:non eſt demõſtratio per ſe conſtans ex eſſentialibus, ſed potius dicitur ſyllogiſmus: qui non eſt demonſtratiuus,vnde Nota regulam, quæ eſt talis, quæcunq; prædicata quæ competunt ſubiectis,& illa prædicata non ſunt inquantum ipſum,non propria eſſentialia, non demõſtrantur de illis ſubiectis,vera demõſtratione, ſed probantur de illis per ſyllogiſmos communes; & non demõſtratiuos,ex quo bene inquit Ariſt.2.de gen.anim.cap.6. qñ dicit logicam appello demõſtrationem, quæ fit ex communibus,& non ex propriis principiis, immo rationes, quæ non ex principiis ducuntur ſunt inanes,quod idem 8. top. ſcriptum reliquit.

Letitio ¶ Dices quod nam eſt prædicatum, quod cõpetit alicui in quãtum ipſum, & fluit ex principiis illius?

Reſpon. ¶ Dicitur, ꝙ eſt ipſum riſibile, ꝙ competit homini in quantum homo eſt, & demonſtratur de homine per propria principia hominis; ſ.per ipſam rationalitatem, dicẽdo ſic omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis; ergo omnis homo eſt riſibilis: & hæc dicitur vera demonſtratio,ſi vero riſibile non eſſet prædicatum proprium de homine;tunc non diceretur demõſtratio;quia non fieret ex propriis,ſed ſyllogiſmus communis; & demonſtratio logica,& inanis ratio (aut ſi in contrarium ſe habet circumferentiæ,) nõ contentus vno exemplo nunc aſſignat aliud exemplum, Ariſt. ad maiorem declarationẽ: q.d.ſiue fuerit illud prædicatum ſ. quòd linea recta eſt pulcherrima linearũ (aut) ſiue fuerit hoc aliud prædicatum ꝙ linea recta (ſe habet) pro (eſt) in contrarium, .i. contraria, (circumflexe) .i.lineę circulari q. d.nec illud prius dictum,nec hoc, nunc dictum, nõ competit geometriæ demonſtrare de lineis: qm̃ illa demõſtratio, non eſſet ex eſſentialibus.

Dub. ¶ Dices quare hæc duo prædicata nõ poſſunt demõſtrari de lineis

Sol. ¶ Reſpõdet Ariſt. & dicit (non enim ſecundum quòd proprium genus ipſorum eſt) enim pro quia adde tu lineæ,non ſunt proprium (genus) .i.ſubiectum proprium (ipſorum) .i. prædicatorum ſ.pulcherrimi,& cõtrarij circũflexe, q.d. hæc duo prædicata ſ.pulcritudo,& contrarietas nõ ſũt prædicata propria de lineis,qm̃ lineæ nõ ſunt proprium ſubiectum ipſorum, (ſed ſecundũ commune aliquod eſt) q.d.ſed ſi hæc prædicata inſunt lineis,nõ inſunt lineis inquantum lineæ ſunt, ſed ſm̃ quod commune aliquod eſt .i. ſed in quantum inſunt alicui ſubiecto cõmuni ſm̃ quod commune .i., per quod commune inſunt;& competunt lineis: & proprie & per ſe.

Dub. ¶ Dices linea circularis eſt pfectior & pulcrior omnibus lineis,teſte Ariſt. 1. cæli à 20.vſque ad 32.& in textu 12.quomodo hic dicit,ꝙ recta eſt pulcherrima? ait etiam ibidem,ꝙ linea recta non eſt cõtraria circulari, quõ hic dixit ꝙ recta eſt cõtraria circulari?

Sol. Dicitur, ꝙ hic Ariſt. non loquitur aſſertiue ſ. ꝙ linea recta eſt pulcherrima:ſed per modũ exempli, & in figura ſimiliter linea recta eſt contraria circulari: ly contraria intelligitur diſperata: & diuerſa, veluti Auer. 1. phy. 41. vnde recta,& circularis ſunt duo cõtraria,.i. diſperata,& diuerſa: & ſic intelligitur 1.phy. 41.& 1.poſt.31.ex quibus omnibus:ſequit̃, ꝙ prædicatum quod in ſciẽtia demõſtratur de ſubiecto, debet eſſe proprium eſſentiale illi ſubiecto; non commune;& accidentale, & ſic demonſtratio erit propria vnius artis, & non tranſcendens de vna arte in aliam artem.

Manifeſtum autem, & ſi fuerint propoſitiones vniuerſaliter: ex quibus eſt ſyllogiſmus: quòd neceſſe eſt, & cõcluſionem perpetuã eſſe huius modi demonſtrationis, & vt ſimpliciter dicã demonſtrationis. Tex. 62.

Cvm Ari. oſtendit propoſitiones demõſtrationis ſimpliciter eſſe per ſe, & neceſſarias,& vniuerſales,& oſtendit etiam,ꝙ non licet tranſgredi de vna ſcientia in aliam ſcientiam,& ꝙ demõſtratio non poteſt fieri de accidentibus communibus; nunc vult declarare,ꝙ concluſio:quæ ſequitur ex propoſitionibus vniuerſalibus,debet eſſe æterna, ꝑpetua; & non corruptibilis;& per conſequens,ꝙ corruptibilium non eſt ſciẽtia demonſtratiua.

Diuiſio textus. ¶ Diuiditur iſte textus in 2.partes, in 1. facit quod dictum eſt,in 2.ibi (non eſt ergo.) Reſpondet cuidam tacitæ obyectioni, quo igitur ad primum, dicit Ari. manifeſtum autẽ) adde tu ex dictis ſupra, (&) ideſt quòd (ſi fuerint propoſitiones vniuerſaliter,) ſicut in rei veritate ſunt; ex quibus propoſitionibus ſuppletu) eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus: (quòd neceſſe eſt, & concluſionem) adde tu quæ ſequitur ex illis præmiſſis, (eſſe perpetuam); 1. vniuerſalem, (huiuſmodi demonſtrationis,) ſ.quæ fit ex præmiſſis vniuerſalibus,) & vt ſimpliciter dicam demonſtrationis) quæres cuius demonſtrationis, præmiſſæ debent eſſe vniuerſales, & concluſio, quæ ſequitur ex illis præmiſſis, etiam debet eſſe vniuerſalis?Reſpondet,& dicit exponẽdo ſic, (&) pro .i. demõſtrationis ſimpliciter.

Dub. ¶ Dices demõſtratio propter quid, & quia: nonne fiunt ex præmiſſis vniuerſalibus?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ ſic tamen hic primo, & per ſe eſt ſermo de demonſtratione ſimpliciter ſecũdario, & analogice de demõſtratione ꝑpter quid;& quia; ex quibus ſequitur clara textus ſententia, ꝙ ſi propoſitiones, ex quibus eſt demonſtratio ſim-

Digitized by Google

ſimpliciter fuerint neceſſariæ, & vniuerſales neceſſarium eſt, vt concluſio huius demõſtrationis, ſit neceſſaria, & vniuerſalis. ¶ Sed Dices, ſi verum eſt in dubitanter, ꝙ propoſitiones demonſtrationis debent eſſe vniuerſales quare hic loquitur conditionaliter, dicens ſi fuerint propoſitiones vniuerſaliter, nam cõditio (ſi) non ponit in eſſe; ſed dicit dubitationem. ¶ Dicit ꝙ ly (ſi) hic nõ ſumitur dubitatiue; ſed aſſertiue veluti ſumpſit Ariſt. 1. poſt. 8. vnde legatur textus ſic ſi ꝓ quia, q. d. Ariſt. ſi propoſitiones fuerint, (ſi) .i. quia ꝓpoſitiones fuerint vniuerſales. ¶ Iterum Dices, quare Ariſt. dixit propoſitiones vniuerſaliter, & non dixit vniuerſales? ¶ Dicas ꝙ non ſufficit in demonſtratione præmiſſas eſſe vniuerſales, ſolum: ſed etiam debent eſſe vniuerſales vniuerſaliter: nã hæc propoſitio eſt vniuerſalis, tantum homo eſt rationalis; ſed hæc omnis homo eſt rationalis eſt vniuerſalis vniuerſaliter qm̃ additum eſt illud ſignum vniuerſaliter ſignificatiuum quod eſt ly omnis veluti docuit Ariſt. 1. perihermenias cap. 5. ¶ Sed iterum Dices quare propoſitiones demonſtrationis, debent eſſe vniuerſales? ¶ Dicas, qm̃ propoſitiones particulares, & ſingulares non ingrediuntur demonſtrationem, qm̃ demõſtratio fit in prima figura, & non in omnibus modis primæ figuræ; ſed tantum in primo modo primæ figuræ, qui dicitur barbara, vt notat Ariſt. 1. poſt. 103. quod etiam innuit Auer. 1. poſt. 8. vbi inquit demonſtratio enim eſt ſyllogiſmus veræ figuræ, & per veram figuram intelligit primam figuram. ¶ Dices, qm̃ dicit Ariſt. quòd ſyllogiſmus fit ex propoſitionibus ly (ex) quomodo ſumitur hic? ¶ Dicas, ꝙ non ſumitur hic, vt dicit cauſam efficientem, vt 5. met. cap. de ly ex nec ſumitur pro poſt. vt 1. phy. 43. ſed pro vt dicit cauſam materialem; qm̃ propoſitiones ſunt materia demonſtrationis, ex quibus: tanquàm ex materia, vt ait Auer. 1. poſt. in prologo fit demonſtratio. ¶ Dices quo valet hæc conſequentia, ſi propoſitiones ſunt vniuerſales, ergo concluſio eſt perpetua? ¶ Nota: ꝙ quæ ſunt neceſſaria ſunt ſempiterna, & perpetua. 6. ethic. cap. 4. ſed id quod eſt vniuerſale eſt neceſſariũ. 1. poſt. 36. ergo vniuerſale eſt ſempiternum: & perpetuũ propoſitiones demõſtrationis ſunt neceſſariæ: & vniuerſales ſequitur quòd ſunt ſempiternæ, & perpetuæ, & quoniam à ſempiternis, & perpetuis, non ſequitur niſi ſempiternum: & perpetuum: ergo ſi propoſitiones in demonſtratione ſunt vniuerſales, & perpetuæ ex ipſis, neceſſariò ſequitur concluſio perpetua; & vniuerſalis: iuxta præceptum Ariſt. à tali non ſequitur niſi tale, 7. met. 28. & 12. met. 13. & 18. nec non 2. phy. 13. & 26. & 1. de par. an. cap. 1. homo generat hominem, equus equum per ſe, ſi verò aliter nõ niſi per accidẽs, ex quo ſequitur, ꝙ tàm præmiſſæ, quàm concluſiones demonſtrationis, debent eſſe vniuerſales & perpetuæ: non ſingulares; nec particulares & corruptibiles, de quibus non eſt ſciẽtia, nec ex quibus prouenit ſciẽtia. ¶ Dices ſingularium, & corruptibilium poteſt ne eſſe ſcientia aliquo modo? ¶ Reſpõdet Ariſt. & dicit.

Dub. | Sol. | Petitio. | Sol. | Petitio. | Sol. | Petitio. | Reſpon. | Dub. | Sol. | Dub. | Dub. | Reſpon.

Non eſt igitur demonſtratio corruptibilium, neque ſcientia ſimpliciter: ſed ita ſicut ſecundum accidens quoniam non vniuerſalis ipſius eſt, ſed aliquando, & quodam modo.

Postquam dixit Ariſt. ꝙ concluſio demõſtrationis ſimpliciter; debet eſſe vniuerſalis, & perpetua: nunc reſpondet tacitè obyectioni, inferẽdo quoddam correlarium quæ obyectio eſt talis, an corruptibilium poſſit eſſe demonſtratio, & ſcientia ſimpliciter, & inferendo dicit, (non eſt ergo demonſtratio corruptibilium,) .i. ſi præmiſſæ ex quibus fit demõſtratio ſimpliciter ſunt vniuerſales & perpetuæ, ex quibus ſequitur concluſio vniuerſalis & perpetua cuius demonſtrationis vniuerſalis, & perpetuæ eſt ſciẽtia ſimpliciter, ergo ſequitur ꝙ demonſtratio non eſt corruptibiliũ hoc eſt eorum quæ nõ ſunt vniuerſalia, & ꝑpetua, nec ſcientia demonſtratiua ex quibus ſumatur hæc ratio, ſumendo maiorem de foris 6. ethic. cap. 4. 7. met. 53. 11. met. 1. æternorum, & perpetuorum eſt ſcientia ſimpliciter, ſed corruptibilia, non ſunt æterna; nec ſempiterna: qm̃ hæc ſunt oppoſita, & nõ ſe cõpatiũtur, ergo corruptibilium non eſt demonſtratio: nec ſcientia ſimpliciter: quod quidem cõfirmat Ari. 7. met. 35. ¶ Dices, quare Ari. dicit corruptibilium non eſt demonſtratio, nec ſciẽtia ſimpliciter? ¶ Dicas, ꝙ ſumit hæc, vt ſinonima, & vt vnum exponit reliquum, dicendo ſic demonſtratio, (&) .i. ſcientia ſimpliciter. ¶ Dices, contra finis differt. ab inſtrumento, cuius eſt finis, vt ſecare differt à ſerra, ſed ſcientia ſimpliciter eſt finis, demõſtrationis, vt teſtatur Ariſt. 1. priorum cap. 1. & 1. poſt. 7. & demonſtratio eſt modus ſeu inſtrumentum 1. poſt. 8. ergo ſcientia ſimpliciter, toto cælo differt à demonſtratione & per conſequens vnũ non eſt expoſitiuum alterius. ¶ Dicitur, ꝙ verum eſt, quod finis differt, ab inſtrumento ratione, & definitione: tamen re, & ſubiecto ſunt idem: vnde licet ſcientia demonſtratiua ſit finis demonſtrationis, eſt tamen idem ſubiecto, cum demonſtratione, & ideo Ari. multotiens hæc nomina ſolet confundere, & alterum ſumere, pro altero, (ſed ita ſicut ſm̃ accidens,) nunc declarat quomodo de corruptibilibus poteſt eſſe ſciẽtia, aliquis enim poſſet dicere, o, Ariſt. dixiſti ꝙ corruptibilium non eſt ſcientia, vellem ſcire corruptibilium, omnino non eſt ſciẽtia, vel aliquo modo non, & ali-

Sol. | Dub.

Digitized by Google

& aliquo modo ſic? Reſpondet Ariſt. & dicit verum, Nota ꝙ ſciẽtia de aliqua re poteſt haberi duob' modis: vno modo per ſe, Alio modo per accidẽs: quo ſtante, dicit Ari. ꝙ de corruptibilib' nõ habetur ſcientia per ſe, ſed de corruptibilibus habetur ſciẽtia per accidẽs.

Dub. ¶ Dices, quare de corruptibilibus non habetur ſciẽtia per ſe, ſed per accidens? **Sol.** Reſpõdet & dicit (qm̃ non vniuerſalis ipſius ſed quodammodo) q. d. qm̃ ſcientia per ſe eſt ipſius vniuerſalis, ſed ſcientia rei corruptibilis, non eſt ſcientia ipſius vniuerſalis: ꝙ ſemper eſt. & vniuerſaliter, & omni modo, ſed ipſũ corruptibile eſt aliquãdo, in aliquo tempore & quodammodo ſm̃ quid, & per accidens.

Dub. ¶ Dices vniuerſale eſt corruptibile: ergo nõ eſt perpetuum, ergo ex præmiſſis vniuerſalibus non ſequitur concluſio perpetua; antecedens ꝓbatur 1. met. 27. aſſerit Auer. quod vniuerſale eſt corruptibile.

Sol. ¶ Auer. ibidem reſpondet dicẽs, ꝙ vniuerſale eſt corruptibile per accidẽs non per ſe ſed per aliud ad corruptionem ſingularium: qm̃ vniuerſale eſt in ſingularibus 7. met. 57. quod confirmat Ari. in cap. de ſubſtãtia, cum dicit non exiſtentibus primis ſubſtãtijs, impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere: hoc eſt non remanent ſecundæ ſubſtantiæ, nec accidentia, nec remanet vniuerſale; vt 1. poſt. 67. clare liquet.

Replica. ¶ Dices contra, qñ ſũt duo indiuidua, quibus cõpetit vnum prædicatum, veluti eſſe corruptibile, & vni nõ cõpetit ratione alterius, tũc illud prædicatum cõpetit indiuiduis, ratione tertij, ſed hoc tertiũ eſt vniuerſale: ergo vniuerſale primo, & per ſe eſt corruptibile, & nõ per accidẽs

Sol. ¶ Dicit, ꝙ illud tertium, cui competit illud prædicatu, ſcilicet corruptibile, nõ eſt ipſum vniuerſale, ſed eſt materia prima, quæ eſt cauſa corruptionis, in indiuiduis, vt teſtať Ar. 7. met. 53. vbi aſſerit, ꝙ ſingularium, nec eſt definitio nec demõſtratio: qm̃ habent materiam, cuius natura talis eſt: vt eſſe, & nõ eſſe contingat: quare corruptibilia ſunt omnia ſingularia.

¶ Dices contra, ſi per materiam; indiuidua ſũt corruptibilia: ergo materia eſt magis corruptibilis quoniã ſemper propter quod vnũquodq; tale, & illud magis primo poſt. 15. & 2. met. 4. ſed indiuidua ſunt corruptibilia, ꝓpter materiam: ergo materia eſt magis corruptibilis: ꝙ eſt contra Ar. 1. phy. 82. vbi aſſerit materiam eſſe Ingenitam, & æternam.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ regula Ari. allegata 1. poſt. 15. eſt vera in prædicatis analogicæ dictis, .i. in prædicatis quæ competunt duobus. vnĩ tamen, vt cauſæ alteri, verò vt cauſato modo licet corruptibile competat indiuiduis, vt petto, & antonio, propter materiam, non per hoc ſequitur, ꝙ competat materiæ: qm̃ materia eſt cauſa corruptionis: tamen ipſa non corrumpitur, per ſe, ſed per accidens 1. phy. 82. & 12. met. 12.

Dub. ¶ Iterum Dices, ꝙ corruptibiliũ eſt ſciẽtia, ex auctoritate Ariſt. 7. met. 35. 53. & 11. met. 1.

Sol. ¶ Dicitur ibidem ab Ariſt. ¶ corruptibilium eſt ſcientia, ſub ratione vniuerſali: non ſub ratione particulari: quod confirmat Auer. 1. poſt. 167. hoc eſt ſub ratione ſpetiei, nõ ſub ratione ſingularis, ꝙ declarat Auer. 2. poſt 94. cum dicit nos enim ſcire ſocratẽ eſſe rationalem eſt ob nos ſcire ipſum eſſe hominem.

Replica. ¶ Dices cõtra, nã quorũ ſunt definitiones eorũ ſũt demõſtrationes & ſciẽtiæ per ſe, & nõ ꝑ accidẽs 1. poſt. 64. ſed cõpoſitorũ ſingulariũ, ſũt definitiones 1. poſt. 32. Auer. & 1. de aĩa 11. nec nõ 8. met. 9. & vltimo 7. met. 12. ergo cõpoſitorũ ſingulariũ corruptibiliũ eſt ſciẽtia, per definitionem per demonſtrationẽ & per ſe non per accidẽs, & ſub ratione particulari, non ſub ratione vniuerſali.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ ſi corruptibilium eſt definitio, non ſub ratione periculari, ſed ſub ratione ſpecifica, & vniuerſali, non enim ſortes definitur, vt ſortes: ſed vt eſt homo: vnde qñ dicitur ſortes eſt animal, rationale non eſt animal rationale inquantum eſt ſortes, ſed inquantum eſt homo: nam quod competit per ſe ſuperiori ſpeciei per accidens competit inferiori indiuiduo: & quod per ſe competit generi, per accidẽs competit ſpeciei 1. poſt. 38. hinc dicebat Ariſt. 7. met. 35. & 55. corruptibilia namq; nõ ſunt manifeſta his, qui ſcientiam habent, cũ a ſenſu abſceſſerint: & rationibus eiſdem in animo ſeruatis, non erit amplius, neq; definitio, neq; demonſtratio. Additio vel dicas ꝙ corruptibilium ẽ ſciẽtia quatenus ab intellectu vniuerſaliter concipiunť vel Dicas ꝙ non quatenus, ab intellectu ſingulariter vt pote per notionem rei ſingularis ſingulariter repreſentatiuam ſed quo res ipſe ſingulares ac corruptibiles per rationes ipſorum vniuerſaliter repreſentatiuas ab intellectu concipiunť ex quo ſequiť ꝙ corruptibilium ẽ ſciẽtia non vt corruptibilia ſunt, ſed inquantum incorruptibiliter à nobis intelliguntur hinc etiã ſequiť ꝙ de mutabilibus non quo mutabilia ſunt, ſed quo immutabiliter intelliguntur.

Diuiſio textus. **Tex. 63.**

Quando autem ſit: neceſſe eſt alteram nõ vniuerſalem eſſe propoſitionem: & corruptibilẽ quidem quoniam, & concluſio exiſtente non vniuerſalem autem quoniã hoc quidẽ erit, illud verò non erit, in quibus; quare non eſt ſyllogizare vniuerſaliter ſed quod nunc.

POSTQVAM Ariſt. declarauit, ꝙ ſi propoſitiones demonſtrationis ſunt vniuerſales, & æternæ oportet etiam concluſionẽ eſſe vniverſalem, & æternam, & cum concluſio ſit vniuerſalis, & æterna ſequitur, ꝙ ſciẽtia eſt æternorum: & non corruptibilium, nunc vult declarare, ꝙ ſi concluſio quæ ſequitur ex propoſitio-

ſitionibus,nô eſſet vniuerſalis,& æterna oportet eſſe ſingularis,& ſi eſſet ſingularis:tunc eſſet corruptibilis, & per conſequens, vna ex propoſitionibus eſſet ſingularis: & corruptibilis,& qm̃ iſte textus eſt continuus, & nõ patitur diuiſionem, ideo relicta diuiſione ad ſententiam declarandã deueniamus:ſed eſt Notandum id,quod dicit Auer.1.poſt. 160. & in hoc commẽtó quod qm̃ ſyllogiſmus cõcludit cõclusionem ſingularem: ſeũ corruptibilem, neceſſe eſt,vt altera præmiſſa .i. minor pmiſſa,ſit ſingularis & coruptibilis: qm̃ concluſio ſemper ſequitur debiliorem partem ſyllogiſmi,quo ſtante dicit Ariſt.(quãdo autem ſit) .i. quando autem ſit ſupple,tu concluſio: non vniuerſalis,ideſt ſingularis: & corruptibilis (neceſſe eſt) .i. neceſſariò: ſequitur alteram .i. minorem propoſitionem, (non vniuerſalem) .i. ſingularem,non perpetuam,ſed corruptibilẽ eſſe & ſequi,ex illa propoſitione corruptibili qm̃ à tali, non ſequitur niſi tale, vt à corruptibili, corruptibile, ſicut ab æterno æternum: iuxta illud quod ſeminatur in præmiſſis,colligitur in concluſione (qm̃, & concluſio exiſtente) .i. qm̃ cõcluſione exiſtente particulari,ſingulari corruptibili: (non vniuerſalem autem), .i. oportet minorem propoſitionem, non eſſe vniuerſalem, .i. perpetuã,ſed ſingularem:& caducam:& corruptibilem (qm̃ hoc quidem erit,illud verò non erit in quibus) nunc aſſignat cauſam: quare minor propoſitio eſſet corruptibilis ſi concluſio eſſet corruptibilis,& dicit qm̃ ſubiectum concluſionis erit;& non erit, v. g. in hoc ſyllogiſmo omnis homo eſt animal, ſortes eſt homo ergo ſortes eſt animal, ly ſortes qui eſt ſubiectum cõcluſionis, eſt corruptibilis modo eſt, & modo non eſt,nũc eſt viuus,& nũc erit mortuus, vnde propoſitio quæ ſit ex tali ſubiecto corruptibili,& ſingulari eſt ſingularis, & corruptibilis (quare non eſt ſyllogizare vniuerſaliter,ſed quod nunc) ex quibus concludit, & dicit q qm̃ minor eſt ſingularis,& corruptibilis,ex illa non poſſumus ſyllogiczare, hoc eſt ex illa non ſequitur concluſio vniuerſaliter, ſeu vniuerſalis ſed vt nunc, .i. ſequitur cõcluſio ſingularis de ſubiecto,& de tempore,& ideo dixit,vt nunc:vnde ſequitur q qm̃ in ſyllogiſmo eſt aliqua propoſitio ſingularis, non dicitur demõſtratio ſimpliciter,nec quia,nec propter quid, ſed dicit ſyllogiſmus in communi:& Nota,q neq; dicitur ſyllogiſmus:niſi ſm̃ figuram;ſed non ſm̃ modum:quoniã propoſitio ſingularis, non ingreditur verum ſyllogiſmum ¶ Sed Dices cõtra, nam Ariſt. 1. poſt.38.& 40.inquit q de ſingulari, ſubiecto, demonſtratur prædicatum vniuerſale, ergo ſingulare ingreditur demõſtrationem, & per conſequens ſyllogiſmũ. ¶ Dicitur, q ſm̃ phyloſophos,ſingulare eſt duplex, aliud æternum — Dub. / Sol.

vt cælum Luna, Sol. phenix, aliud corruptibile,vt ſortes & Plato:tunc dicitur, q de ſingulari æterno, demõſtratur prædicatum vniuerſale, & hoc ingreditur demonſtrationem: & ſyllogiſmum & de hoc ſingulari eſt ſcientia; non autem de ſingulari corruptibili,quod nõ ingreditur demõſtrationem,nec ſyllogiſmũ, nec de eo habetur ſciẽtia 7.met.35.51. & 11. met. 1.ſed nota,q nec ſingulare æternũ,vt ſingulare eſt, ingreditur demõnſtrationem; ſed inquantum habet naturam communem vniuerſalem prædicabilem de pluribus, de quã natura communi;& vniuerſali demonſtratur prædicatum vniuerſale, & ſic ingreditur demonſtrationem. ¶ Dices cõtra nam Auer. 1. poſt. 160. 161. & 162. clare inquit,q ſingulare corruptibile ingreditur demonſtrationem; Replica.
¶ Dicas q non ingreditur demõſtrationem ſimpliciter:ſed demõſtrationem, quæ dicitur ſm̃ quid,& per accidens, & æquiuoce dictã, quæ nil aliud eſt,niſi ſyllogiſmus ſm̃ figuram, & non ſm̃ modum. ¶ Dices quid eſt iſte ſyllogiſmus ſecundum figuram, & non ſecundum modum? ¶ Dicas q iſte eſt vt omnis homo eſt rationalis,ſortes eſt homo,ergo ſortes eſt rationalis,iſte eſt ſm̃ primam figuram, quia habet medium quod ſubycitur in maiori,& prædicatur in minori, ſed non eſt ſm̃ modũ: quia eſt in nullo modo primę figurę:qm̃ nullus modus eſt in prima figura:nec in ſecunda, nec in tertia,qui ſit ex aliqua propoſitione ſingulari:ſed omnes fiunt ex vniuerſali,& particulari,quæ particularis propoſitio differt à ſingulari,ſicut vniuerſale differt, à particulari: vt latius diximus. — Sol. / Petitio. / Reſpon.

Conſimiliter autem ſe habet, & circa definitiones,quoniam definetio aut eſt principium demonſtrationis,aut demonſtratio poſitione differens, aut concluſio quædã demonſtrationis. Tex.64.

CVM Ar. oſtẽdit, q nec demõſtratio,nec ſcientia ſimpliciter eſt de rebus corruptibilibus,ſed ſolum de rebus æternis,nunc declarat,q hoc non eſt proprium demonſtrationis ſed etiam competit definitionibus fieri de rebus æternis:verum pro intelligentia eſt ſciẽdũ,q inquit Ariſt. 2. poſt.46.& Auer. in Epit. log.cap.de def.& in cap.de triplici ſpetie definitionis,nec non 2.de anima 12.ac 6.met.1. q genera definitionis ſunt tria,quæ omnia reſpiciunt demonſtrationem:& ſunt aliquid ipſius demonſtrationis;& ideo multæ conditiones,quæ competunt demonſtrationi:competunt etiam definitionibus, teſte Auer. 1. poſt. in prologo ex quo ſequitur, q ſi vna de conditionibus competentibus demõſtrationi, eſt vt fiat,ex æternis:& non corruptibilibus: neceſſe eſt etiam quòd definitiones fiant de rebus æternis, & non corruptibilibus; & ratio eſt

eſt in promptu qm̃ propoſitiones demõſtrationis,& concluſiones demonſtrationis; & demonſtratio ſunt æterne, ſed quælibet definitio, aut eſt principium demõſtrationis, aut concluſio demonſtrationis, aut tota demonſtratio, ergo omnis definitio eſt de reb' æternis Ideo inquit Ar. ſic (conſimiliter autẽ ſe habet, & circa definitiones) q. d. ſicut ſe habent demonſtrationes, (conſimiliter).i. ſimili ratione ſe habent definitiones; ſed demõſtrationes ſunt de rebus æternis: ſic etiam definitiones ſunt de rebus æternis, & hac ratione motus Ariſt. in 7. met. 53. dixit & 11. met. 2. ꝙ neq; demonſtratio, neq; definitio corruptibilium eſt, & hoc non niſi propter quamdam affinitatem, quam habent demonſtrationes cum definitionibus & è contra.

Dub. ¶ Dices quõ ſequitur hæc conſequentia; ſ. ꝙ ſi demonſtratio eſt de rebus æternis, definitio & eſt de rebus æternis?

Sol. ¶ Reſpondet aſſignando cauſam & dicit.

Quoniam definitio, aut eſt principium demõſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens, aut concluſio quædam demonſtrationis.

POSTQVAM Ari. declarauit conſimilitudinem, quam habet demonſtratio, cum definitione; & è contra nunc aſſignat cauſam, in hac 2. parte textus; quare definitio eſt de rebus æternis, ſicut demonſtratio, & dicit (Quoniam definitio omnis; aut eſt principium demonſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens: aut concluſio demonſtrationis,) q. d. ideo definitio eſt de rebus æternis, & nõ de corruptibilibus: qm̃ definitio, vel eſt tota demonſtratio, vel eſt aliquid demonſtrationis, hoc eſt, vel principiũ demõſtrationis, vel concluſio demõſtrationis, & ſicut demonſtratio eſt de æternis; & non de corruptibilibus ſimiliter definitio eſt de æternis, & non de corruptibilib'. ¶ Dices quæ definitio eſt principiũ demõſtrationis?

Petitio. Replica. ¶ Nota ꝙ definitiones, quæ ſunt principia demõſtrationis, ſunt duobus modis; quædam ſunt poſitiones in ſcientia, quæ dãtur per res intrinſecas definiti, & iſtæ dicuntur definitiones ſubiectorum, quæ ſunt notæ per ſe, non per aliud niſi via compoſitionis, vel diuiſionis, & iſtæ definitiones, quæ ſũt principia, non demõſtrant alias definitiones illorum ſubiectorum: quorum ſunt definitiones, qm̃ 7. top. cap. 2. & 2. poſt. 20. vnius rei vna eſt definitio vna forma, vna quiditas; & ſi per has definitiones, demonſtrarentur aliæ definitiones illorum ſubiectorum, ſequeretur vt ait Auer. 2. poſt. 22. idem demonſtrari per idem, & fieri petitiones in principio; ſed per iſtas definitiones demonſtrantur ſolum accidentia eſſentialia ignota: vt 1. de anima 11. inquit Auer. quædã verò ſunt definitiones, quæ ſunt principia demõſtrationis, quæ cõſtãt ex cauſis extrinſecis, vt ex cauſa efficiẽte; & finali connexa: tamẽ cum re definita per quas demõſtrãtur definitiones accidentium, nõ ſubiectorum 2. poſt. 37. 44. & 8. quæſito poſt. nec non in cap. de deff. quibus ergo ſic ſtãtibus, dicas reſolutè ꝙ Ar. hic intendit per definitionem, quæ eſt principium demõſtrationis, quę eſt per ſe nota, & daſ per cauſas extrinſecas, vt dicit Auer. hic & in cap. de def. illa vero definitio, quæ eſt concluſio demõſtrationis; eſt naturaliter ignota, & datur ꝑ cauſam intrinſecam, ſ. per formam, quæ definitio naturaliter ignota demõſtratur, per definitionem naturaliter notam.

Dub. ¶ Dices da exemplum de illa, quæ eſt principium demonſtrationis, hæc eſt, vt Eclypſis eſt interpoſitio terræ, inter ſolem, & Lunam, illa verò quæ eſt concluſio demonſtrationis, hæc eſt vt Eclypſis eſt priuatio luminis, in Luna prima datur per cauſam extrinſecam; vt per cauſam efficientem: ſecũda verò datur, per cauſam intrinſecam, ſ. per formam; & hæc ſecunda demonſtratur ꝑ primã; vt in hac demõſtratione, patet Interpoſitio terrę inter Solẽ, & Lunã, eſt priuatio luminis, ſed Eclypſis eſt interpoſitio terræ, ergo Eclypſis ẽ priuatio luminis.

Dub. ¶ Iterũ Dices, ergo vni' Eclypſis erũt duæ definitiones, ꝙ eſt cõtra Ariſt. 3. top. ca. 2. & 3. met. 3. vbi inqt, ꝙ vni' rei vna tãtũ eſt definitio,

Sol. ¶ Dicit, ꝙ vni' rei vna eſt definitio, vnius generis; ſed vnius rei poſſunt eſſe plures definitiones, diuerſi generis, prima enim dicit propter quid qm̃ aſſignatur, per cauſam efficientem: ſecũda verò dicit quiditatem, qm̃ aſſignatur, per cauſam formalem.

Petitio. Reſpon. ¶ Iterum Dices, quõ definitio eſt demõſtratio poſitione differens? ¶ Reſpõdet Auer. & dicit ꝙ hic locus eſt fortis, & difficilis perſeruationis: tamẽ dicamus, & nos: ſed Nota: ꝙ qñ dicit Ariſt. ꝙ definitio eſt demõſtratio, intelligitur ſic hoc eſt illi termini: qui faciunt demõſtrationem, illi met faciunt definitionẽ: vnde qñ dicitur, ꝙ definitio eſt demõſtratio, nil aliud ſignificat, niſi ꝙ ex illis terminis, ex quibus fit demonſtratio, ex illis met fit ipſa definitio: ſed definitio differt à demõſtratione, ordine, modo, & figura terminorum, nam alius eſt ordo, terminorum, qui ſeruatur in demõſtratione: quàm ille qui ſeruaſ in definitione; qm̃ in demõſtratione, primò ponitur differentia; ſecundò ponitur genus 2. poſt. 78. 79. 7. met. ſed in definitione, primò ponitur genus, de inde differẽtia hoc eſt demõſtratio incipit à cauſa, & finit in eſſẽtiam, definitio verò incipit ab eſſentia, & finit in cauſam: ſed ſi facile hoc intelligere deſideras, habeas hoc exemplum; accipiantur tres termini, ex quibus fit demõſtratio, vt interpoſitio terræ. pro medio termino, priuatio luminis, pro maiori extremo; Eclypſis ꝑ minori extremo, & fiat hæc demonſtratio, interpoſi-

poſi-

Digitized by Google

poſitio terræ inter Solem, & Lunam, eſt priuatio luminis; Eclypſis eſt interpoſitio terræ, ergo Eclypſis eſt priuatio luminis, in hac demõſtratione, primo ponitur differentia, quæ eſt interpoſitio, vel id quod tenet locum differentiæ, ſecundo ponitur genus, vel id quod tenet locum generis, quod eſt priuatio luminis, ex iſtis met. terminis fit definitio: ſed mutat ordo: nam id quod primo fuit poſitum in demõſtratione, vltimo ponitur in definitione, & ꝙ vltimo fuit poſitum in demõſtratione, primo ponitur in definitione: vnde ſumatur Eclypſis, pro re definita, quæ eſt minor extremitas: dicendo ſic, Eclypſis eſt priuatio luminis, propter interpoſitionẽ terræ; ex quo habes, quomodo definitio eſt tota demonſtratio, poſitione; ſeu ordine terminorum differens; quæ demõſtratio: abſoluit eſſe, & cauſam abſoluit eſſe in concluſione: qm̃ concludit eſſentiam, & quiditatem, & abſoluit cauſam, in medio: qm̃ illud medium eſt cauſa, & dicit propter quid ex quo definitio; quæ reſultat ex ipſa demonſtratione dicit quid, & propter quid, dicit quid, qñ dicit Eclypſis eſt priuatio luminis, & dicit propter quid, quando dicit propter interpoſitionẽ terræ, & in hoc conuenit definitio, cum demõſtratione, ſ. in cauſa dicere quid & propter quid, & Nota ꝙ qñ in demonſtratione concluditur illa definitio, quæ dicit eſſe, quæ eſt priuatio luminis, dicitur definitio; cum cauſa: vt teſtatur Auer. 8. met. 13, & illa definitio, quæ dicit propter quid, & eſt medium, dicitur definitio ſine cauſa: quia eſt immediata, ſi enim quis diceret propter quid Eclypſis eſt interpoſitio terræ, non poſſet aſſignare aliam cauſam; qm̃ ipſa eſt ꝓpter quid, vnde ait Auer. ꝙ demonſtratio eſt definitio, in potentia, hoc eſt, ꝙ illi termini, qui actu cõtinent formam demõſtrationis, potẽtia continent formam definitionis; verum vt actu fiat definitio, oportet, vt mutetur forma dmõſtrationis; ab illis terminis; & introducatur forma definitionis; quæ forma demonſtrationis eſt hæc; vt primo ponatur differẽtia, ꝓ medio termino: & ſecundo ponatur genus pro maiori extremo: ſed in definitione oppoſito modo ſ. vt primo ponatur genus, ſecundo differẽtia; exemplum in demonſtratione quo vtiť Auer. 2. poſt. 45. & in 8. quæſ. 5. poſt. extinctio ignis in nubibus, eſt ſonus in nubibus: ſed tonitrus eſt extinctio in nubibus ergo tõitrus eſt ſon⁹ in nubibus, in hac demõſtratione; primo poniť differẽtia, quæ eſt extinctio ignis, ſecũdo ponitur genus, ꝙ eſt ſonus in nubibus, mutent modo iſti termini, hoc modo, videlicet id ꝙ fuit primo poſitum, in demonſtratione poſtponatur in definitione: & id quod fuit poſtpoſitum in demonſtratione, præponatur in definitione, dicendo ſic, tonitrus eſt ſonus in nubibus, propter extinctionẽ ignis: ecce iã patet, ꝙ illimet termini, qui potentia continẽt definitionem, ex illis actu eſt facta, & æducta definitio: quæ eſt definitio perfecta 1. poſt. 8. & agregata vt in cap. de difinitione inquit Auer. ex duabus definitionibus imperfectis, ex vna dicẽte, quid, quæ datur per formã, & dicit eſſentiã, & quiditatẽ: quæ eſt cõcluſio demõſtrationis, & ex alia dicente propter quid quæ eſt medium in demonſtratione, & datur per cauſam efficientem. & hoc eſt illud quod dicit Auer. 8. met. 13. cũ dicit, ſed ſi definitio non continuerit cauſam, propter quam inuenitur forma: tunc definitio non erit manifeſta nec perfecta, q. d. ꝙ definitio, quæ ſolum aſſignatur per formam, non eſt perfecta: ſed diminuta, ſed vt ſit perfecta, & completa, debet dari per ambas cauſas, ſ. per formam, & per efficientem, vt per formam dicat quid, & per efficientem dicat propter quid. ¶ Dices, quare Ar. dixit, ꝙ definitio eſt concluſio quædam demonſtrationis? ¶ Dicas, ꝙ definitio eſt duplex: quædam ſubiecti, & hæc eſt concluſio demõſtrationis, quia qñ fuerit ignota, quædam eſt definitio paſſionis; quæ eſt concluſio demõſtrationis, ſimpliciter declarans, ꝙ loquitur de definitione paſſionis, quæ eſt concluſio demonſtrationis ſimpliciter, ideo dixit (quædã) ¶ Dices quare definitio paſſionis eſt definitio quædam? ¶ Dicitur, ſed nota quod ſicut accidens 7. met. 2. eſt quodam ens non ſimpliciter, ſed ſecundum quid ſic definitio accidentis, non eſt vera, & ſimpliciter definitio; ſed ſm̃ quid 7. met. 13. 14. & 17. & qm̃ definitio, quæ eſt concluſio demonſtrationis, non eſt definitio ſubſtantiæ 6. met. 1. & 2. de anima 12. ſed eſt definitio accidentis, ideo dixit definitio eſt cõcluſio quædam, & nota aliud, ꝙ multis modis definitio vocatur ab Ariſt. vocatur enim principium demõſtrationis, vt hic, & 2. poſt. 46. & 1. de anima 11. vocatur medium, vt 2. poſt. 97. vbi inquit, ratio maioris eſt medium, vocatur etiam cauſa, nõ ſine maximo artificio, vocatur enim principiũ: qm̃ eſt principium in compoſitione demonſtrationis, & vltimum, & finis in reſolutione eiuſdem, vocatur cauſa, quoniam ab ipſa dependet effectiue paſſio, ideo dixit 1. poſt. 11. ꝙ demonſtratio eſt ex cauſis, non ſolum in cognoſcendo; ſed etiam in eſſendo, vocatur medium, qm̃ non ſolum per ipſum cognoſcitur concluſio: ſed eſt medium, inherentiæ paſſionis cum ſubiecto. ¶ Dices, ſi definitio dicens propter, quid ſumitur pro medio in demonſtratione, ergo ſequitur, quòd definitio, vt definitio erit medium; & non vt cauſa. ¶ Dicitur, ꝙ nõ accipitur, vt definitio: ſed vt cauſa dicens propter quid, vt teſtatur Auer. in 2. & 8. quæſt. & 2. poſt. 37. dum inquit, non poſſe definitionẽ naturaliter occultã, alia ratione innoteſcere, quàm per demonſtrationem, dum modo eius

Petitio.

Reſpon.

Petitio.

Reſpon.

medius ſumatur, tamquàm cauſa illius cõclu
dendæ definitionis. ¶ Amplius dices, ſi defini
Dub. tio educitur in actu, a demõſtratione mutan
do tantùm terminos, tunc ſequeretur, ꝙ ge-
nus ingrederetur demõſtrationem, quod qui
dem eſt contra Ar. 1. poſt. 9. & contra Auer. 1
Sol. poſt. 41. & 2. poſt. 94. ¶ Dicit, ꝙ definitio eſt
duplex, alia quæ fit ex vero genere, ꝙ prædi
catur de definito, & non conuertitur, veluti
eſt animal, & conſtat ex differentia, vti eſt ra
tionale, dicendo animal rationale eſt differẽ-
tia hominis: alia vero eſt definitio quæ non
conſtat ex vero genere, ſed ex aliquo, ꝙ tenet
vicem generis, & differentiæ & hæc eſt illa de
finitio, quæ perfectiſſima vocat; ab Auer. quæ
dicit agregata, ex duabus definitionibus im-
perfectis: v.g. interpoſitio terræ, eſt definitio
æclypſis imperfecta; quæ tenet locum differẽ
tiæ, & priuatio luminis, eſt alia definitio æcly
pſis, & quæ tenet locũ generis: ex quibus dua
bus imperfectis, fit vna perfecta: dicendo ſic,
æclypſis eſt priuatio luminis, ob interpoſitio
nem terræ: nota quòd priuatio luminis, eſt de
finitio æclypſis, & conuertitur cum æclypſi, &
tenet locum generis, in definitione perfecta,
& interpoſitio tenet locum differẽtiæ, & ideo
ait Auer. in cap. de definitionibus, quòd ge-
nus eſt concluſio demõſtrationis, ideſt defini
tio, quæ datur per formam, vt eſt priuatio lu-
minis, eſt genus; hoc eſt tenet locum generis;
& ſic genus non concluditur, nec ingreditur
demonſtrationem; qñ eſt vere genus & prædi
catum; ſed id quod tenet locum generis, & ſi
verum genus ingreditur demõſtrationem: nõ
niſi demonſtrationem æquiuocã 2. poſt. 94.
Dub. inquit Auer. ¶ Dices, dixit Ariſt. ꝙ definitio
eſt demonſtratio, & ſi differt a demonſtratio-
ne, non niſi ordine terminorum, vellem ſcire
ſunt ne plures differentiæ, per quas definitio
differt a demõſtratione? ¶ Dicas, quòd ſunt
Reſpon. multæ aliæ, prima eſt declarata ſecunda eſt,
qñ definitio ſemper eſt vniueſalis, & affirma
tiua 2. poſt. 10. Ariſt. demõſtratio autẽ poteſt
eſſe negatiua, & particularis, tertia eſt quod
demõſtratio eſt accidentium, ſed definitio eſt
ſubſtantiarum 11. met. 1. & 1. poſt. 52. 6. met.
1. & 2. poſt. a textu 9. vſque ad 19. quarta diffe
rentia eſt, qñ demonſtratio dat quæſitum; ꝙ
in concluſione, & propter quid in medio: ſed
definitio dat quid eſt 2. poſt. 17. quinta diffe-
rẽtia eſt, quia definitio eſt ſola formatio rei;
ſiue conceptio, ſed demonſtratio eſt aſſertio
fides, & verificatio: qñ definitio nihil probat
diſcurrendo, demõſtratio vero ſemper quæſi-
tum naturaliter ignotum cõcludit, vt 2. poſt.
1. & 1. poſt. 1. & 8. vnde dicebat Themiſtus 2.
poſt. cap. 12. demonſtrationes, & definitiones
minus minimo differre. ¶ Dices demon-
Dub. ſtratio notificat definitionẽ quæ eſt cõcluſio
demonſtrationis, per aliã definitionem: quæ
eſt principium demõſtrationis: ergo erit ſyl-
logiſmus logicus, & non demõſtratiuus, vt 2.
poſt. inquit Auer. com. 47. ¶ Dicitur ꝙ tunc Sol.
dicitur ſyllogiſmus logicus, qñ concludit de
finitionem: quæ nõ eſt naturaliter ignota; ſed
qñ concludit definitionem naturaliter igno-
tam dicitur demonſtratiuus. ¶ Dices; illa de Petitio.
finitio naturaliter ignota, quæ demõſtratur,
quæ definitio eſt? ¶ Dicas, ꝙ eſt definitio im-
perfecta, & quid nominis 2. poſt. 44. & dicitur pon.
quid nominis; qñ dicit quid mediatum & nõ
propter quid, & non concluditur vti defini-
tio eſt, ſed vti quæſitum. ¶ Dices, 2. poſt. 16.
partes definitionis ad inuicem, non prædicã- Dub.
tur, ergo vna definitio non demonſtratur per
aliam: ergo non eſt verum, qñ dicitur; ꝙ defi
nitio dicens, quid demõſtratur per definitio-
nem, dicentem propter quid: quæ ambæ ſunt
partes definitionis pfectæ. ¶ Dicitur, ꝙ par-
tes definitionis imperfectæ ad inuicẽ, nõ præ Sol.
dicãtur; ſed partes definitionis pfectæ ad in-
uicẽ, prædicãtur; & vna demonſtratur per re-
liquam v.g. ſi dicerẽ, homo eſt animal bipes,
animal, & bipes ſunt partes huius definitio-
nis, & vna non prædicatur de altera, nõ enim
dicim' animal eſt bipes, nec bipes eſt animal
& harum partiũ vna non demonſtratur per
aliã, vti Auer. 2. poſt 16. declarauit, ſed par-
tes definitionis perfectæ ad inuicem prædicã
tur, & qñ vna fuerit ignota, demonſtratur p
aliã, vti priuatio luminis, eſt vna pars; & in-
terpoſitio terræ; eſt alia pars, vna prædicat
de altera, & demonſtratur, per alterã veluti ſi
diceremus, interpoſitio terræ, eſt priuatio lu-
minis: æclypſis eſt interpoſitio terræ, ergo
æclypſis eſt priuatio luminis, ꝙ quidẽ tamq̃
poſterioriſti cum arcanũ, inter alia declarat
Auer. in quæſ. poſt. cap. de definitionibus.

Eorum verò, quæ ſepe fiunt demonſtrationes, & Tex. 65.
ſcientiæ, vt Luna defectus; manifeſtum quòd Idem 1.
ſecundum quòd quidẽ tales ſunt, ſemper ſunt: poſt. 181.
ſecundum quòd verò non ſemper ſecundum 2. poſt.
partem: ſecundum partem ſunt quemadmo- 67. 2 phy.
dum autem defectus, conſimiliter alijs. 55.

POSTQVAM Ar. oſtendit ſcientiã demõſtra
tiuã, & definitiuã non eſſe particulariũ; & cor
ruptibiliũ, ſed rerũ vniuerſaliũ, & æternarũ:
nũc reſpõdet tacitæ obiectioni, quam aliquis
afferre poſſet ¶ Diuidit iſte text' in 2. partes, Diuiſio
in 1. parte Ar. aſſignat ſolutionẽ, ad dubitatio textus.
nẽ, in 2. ibi (manifeſtum) declarat quo ſolu-
tio illa eſt vera: ſed Nota ꝙ in rerum natura
ſunt quædã res, quæ ſẽper ſunt quædã vero nũ
quã, & quædã ſucceſſu temporũ fiunt, quæ ali
quo tẽpore fiunt, & aliquo tẽpore non fiũt; &
iſte tertius modus eſt alius a duobus primis;
ꝙ enim ſemper inuenitur impoſſibile eſt, vt
in aliqua hora priuetur: & quod ſemp eſt pri-
uatum impoſſibile eſt, vt in aliqua hora inue-
nia-

Digitized by Google

niatur,quæ omnia videre eſt ab Auer. ī. dogē. & cor. com. 51. & 2. phy. 48. quibus ſtantibus; quæritur ab Ariſt. tu dixiſti ſupra, ꝙ rerũ æternarum, quæ ſemper ſũt, ſunt demõſtrationes & definitiones: vellem ſcire illarum rerum; quæ non ſunt ſemper, ſed aliquando non ſunt ſunt ne demõſtrationes, & ſcientiæ? ¶ Reſpõdet Ariſt. & dicit aſſerendo, ꝙ eorum quæ nõ ſemper ſunt, ſed ſepe ſiunt, & generantur ſunt demõſtrationes ſcientiæ ideſt demõſtratiua, & definitiua. ¶ Dices o, Ari. quæ ſunt illæ res,

Petitio. quæ ſepe, & non ſemper ſiunt? Reſpondet Ar. q. d. ſi tu neſcis quæ ſunt illa, quæ ſepe ſiunt, (vt) ideſt v. g. ſunt multa tamen inter alia eſt vnũ quod vocatur hoc nomine (defectus)

Dub. ideſt Eclypſis Lunæ. ¶ Dices, o, Ariſt. dixiſti ſupra, ꝙ eorum ſunt demonſtrationes, & definitiones, quæ ſunt ſemper modo defectus Lunæ non eſt ſemper. Ergo non eſt vndique verum quod dicis.

Manifeſtum quòd ſecundum quòd quidem tales ſunt ſemper ſunt: ſecundum quòd verò non ſemper, ſecundum partem ſunt: quemadmodũ autem defectus, conſimiliter alÿs.

Posᴛqᴠᴀᴍ Ari. aſſignauit ſolutionem, ad obiectionem nunc declarat illam ſolutionem eſſe veram, & dicit (manifeſtum, ꝙ ſecundum quòd quidem tales ſunt ſemper ſunt,) q. d. quòd defectus Lunæ, & alia, quæ ſepe ſiunt, poſſunt ſumi duobus modis: vno modo in vniuerſali; alio modo in particulari, quo ſtãte dicit Ariſt. ꝙ in tantum de Lunæ defectu ſunt demonſtrationes, & ſcientiæ, in quantum cõſideratur in vniuerſali; vt defectus eſt non autem in particulari; & pro hoc ſignato defectu & ne credas; ꝙ Ariſt. loquitur ſolum de defectu Lunæ, addit in textu, & dicit (conſimiliter in alÿs,) ſ. nõ ſolum Lunæ defectus in vniuerſali conſideratus, ſed etiã omnia alia, quæ ſepe ſiunt, (con ſimiliter,) ideſt quæ qñ in vniuerſali conſiderantur, & non in particulari, de illis ſunt demõſtrationes, & definitiones.

Dub. ¶ Dices, quæ ſunt hæc alia, quæ ſæpe ſiunt?

Sol. ¶ Dicas, vt ſunt tonitrua, terræmotus, ortus, occaſus, hiems, & æſtas, cometa, ſtellæ cadentes, ſtipulæ ardentes æges, dali, ſidus volans, candele, trabes, columnæ, teretres, lanceæ, clyper, globbi, faces, pyramides, draco volans, & alia, quæ ſiunt in prima regione aeris. vt teſtatur Ariſt. in 1. meteororum per totum, de quibus omnibus, non ſub ratione ſignata ſingulari, & particulari, ſed ſub ratione vniuerſali, ē ſcientia: vt teſtis eſt Auer. in hoc com. & Ari. 7. met. 35. & 11. met. 1. nec non Auer. 1. poſt. 167. & ſic de his habetur ſciētia per accides: non per ſe & primo, & ſi de his habetur aliqua veritas, ſub rõe particulari, illa veritas, ē corruptibilis; ſed veritas, quæ de his habetur, ſub rõe vniuerſali eſt in corruptibilis. Vt inquit

Dub. Auer. 1. poſt. 164. ¶ Dices, qũo intelligitur, quando dicitur, ꝙ de Eclypſi in vniuerſali habetur ſcientia, & non in particulari?

Sol. ¶ Pro intelligentia ſcias, ꝙ ſpecies, vt homo ſub ſe habet plura indiuidua, quæ ſpecies eſt æterna, & vniuerſalis indiuidua, verò ſũt corruptibilia, ſcientia primo, & per ſe propriè habetur de ſpetie de homine 7. met. 37. & 1. poſt. 38. ſi habetur ſcientia de indiuiduis, non niſi per accidens, & reſpectu ſpetiei, v. g. ſi de quodã homine, vti de franciſco habetur ſcientia, non habetur ſciētia, vt quidam homo ſignatus, & ſingularis eſt: qm̃ ſic eſt corruptibilis, ſed de frãciſco habetur ſciētia, & ſimiliter de omnibus indiuiduis in vniuerſali, inquantum eſt homo 2. poſt. 94. Auer. à pari, de hac ſignata ſingulari Eclypſi, quæ fit nunc, non habetur ſciētia: qm̃ ſic eſt particularis, & corruptibilis, ſed de ipſa habetur ſciētia in vniuerſali, ideſt vt Eclypſis eſt, quod quidem aſſerit Ariſt. 7. met. 35. 53. 11. met. 1. & Auer. 1. poſt. 167. hinc dicebat. Ariſt. 1. poſt. 181. & 2. poſt. 67. eius quod eſt à fortuna non eſt ſcientia per demõſtrationem, umqm̃ non eſt vt neceſſarium, neq; tamquã vt plurimũ eſt, quod à fortuna, ſed quod præter hæc fit, demõſtratio autem alterius, horũ omnis enim ſyllogiſmus, aut per neceſſarias, aut per eas, quæ vt plurimum propoſitiones, quæ omnia confirmans 2. phy. 55. ſic ait ratio enim eſt, aut eorum, quæ ſemper ſunt, aut eorum, quæ frequẽter.

Dub. ¶ Dices ſciētia de rebus eſt per cauſã 1. poſt. 27. poſt. 48. 1. phy. 1. 2. phy. 27. 8. met. 12. & 2. met. 4. ſed æterna ſunt cauſa, & non habent cauſam 2. cæli in paraphraſi ſumma 2. quæſito 4. ergo de æternis nõ habetur ſciētia; ſed de corruptibilibus, quæ habẽt cauſam.

Sol. ¶ Dicitur cum Auer. 2. cæli in paraphraſi ſumma 2. quæſito 4. quod æterna ſunt in duplici differentia, quædã enim ſunt æterna, quæ non habent cauſam; ſed ſunt cauſa, quædam vero ſunt æterna, quæ nõ ſunt cauſa ſed habent cauſam vt confirmat Ariſt. 8. phy. 15. quo ſtante, dicitur, ꝙ æternorũ, quæ habẽt cauſam eſt ſcientia per cauſam; ſed æternorũ quæ non habẽt cauſã nõ eſt ſciētia per cauſã.

Dub. ¶ Iterũ Dices eorũ, quæ ſepæ ſiunt, per quam demonſtrationē eſt ſciētia? vel per demonſtrationē ſimpliciter, vel propter quid, vel quia?

Sol. ¶ Dicas, ꝙ eſt ſciētia per demõſtrationē ſimpliciter.

Reſpon. ¶ Dices cõtra ſciētia, quæ habet demõſtrationem ſimpliciter 1. poſt. 11. & 2. poſt. 95. eſt p cauſã formalē, ſed ea quæ ſæpe ſiunt; nõ habẽt cauſã formalē: ſed habet cauſã efficiētē 2. poſt. 77. ergo nõ poſſunt ſciri p demõſtrationē ſimpliciter.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ licet non habeãt cauſam formalē: tñ ipſa ſciuntur per cauſã efficientē.

Replica. ¶ Dices ergo ſequæretur quod cauſa efficiens, eſſet medium in demonſtratione ſimpliciter; quod eſt contra Auer. 1.

poſt. 12.& 2.poſt. 95. ¶ Dicit ꝙ in rebus quæ Sol. dicũtur tranſeũtes medium eſt cauſa efficiẽs, ſed in rebus, quæ ſunt ſemper medium eſt forma. ¶ Dices ergo medium in demonſtratione Replica. ſimpliciter, erit cauſa efficiens. ¶ Dicas, ꝙ Sol. cauſa efficiẽs eſt medium, non vt efficiens eſt, ſed vt tenet locum formæ, vt teſtatur Auer. 1. Replica. poſt. 34. clarius 35. ¶ Dices, cõtra cauſa quæ eſt medium in demõſtratione ſimpliciter, eſt illa qua poſita ponitur effectus, & qua remota remouetur effectus, & qua exiſtente exiſtit effectus, qua futura futurus eſt effectus 2. poſter. 58. & 1. poſter. 34. & 35. ſed poſita cauſa efficiente, nõ ponitur: nec remouetur effectus 1. poſt. 34. & 2. poſt. 67. ergo cauſa efficiens nõ eſt medium in demõſtratione ſimpliciter: vnde ſequitur, quòd nec vt efficiẽs, nec vt tenet locum formæ eſt medium in demonſtratione ſimpliciter. ¶ Reſpondet Auer. 1. poſt. 34. & Sol. 35. 2. poſt. 67. & dicit, ꝙ cauſa efficiens eſt duplex, alia neceſſaria, alia vero cõtingens: tũc dicit ipſe, ꝙ cauſa efficiens cõtingens, nõ infert effectum; ſed poſita, & remota cauſa efficiente neceſſaria ponitur; & remouetur effectus: & hæc eſt medium in demõſtratione ſimpliciter, vt tenet locum formæ. ¶ Dices, ſi res Dub. tranſeuntes, vt æclypſis habet formam, vt inquit Auer. 8. met. 13. quare non ſciuntur per formã, ſed per cauſam efficientem? ¶ Reſpõdet Auer. ibidem, & dicit, ꝙ in iſtis, quæ ſæpe fiunt reperitur forma. tñ illa forma eſt ignota, & cum ſit ignota, nõ poteſt eſſe mediũ in demonſtratione: qm̃ medium in demonſtratione debet eſſe, notum imo notiſſimum: & qm̃ quæ dicit Auer. in com. ſunt clara, ideo non amplius oportet immorari in his.

Tex. 64. *Quoniam autem manifeſtum, quòd vnumquodque demonſtrare non eſt, niſi ex vniuſuſque principijs.*

POSTQVAM Ariſt. probauit, ꝙ demonſtratio ſimpliciter debet fieri ex veris, primis, & immediatis, neceſſariis, & ex his, quæ ſunt per ſe, & non per accidens, nec ex corruptibilibus ſed ex æternis vniuerſalibus, nũc vult declare, ꝙ non ſufficit hoc in demonſtratione; ſed ẽt requiritur, ꝙ principia ſint propria in demonſtratione; & nõ communia, cauſa intentionis eſt: qm̃ vt dicit Auer. illa, quæ non ſunt propria, numerantur cum illis: quæ ſunt per accidens: vt 3. meteororum 1. inquit Auer. quæ per accidens nullo modo intrãt demonſtrationem, 1. poſt. 41. 2. poſt. 94. ideo id ꝙ demonſtrat debet demõſtrari per illas res quæ ſunt per ſe, proportionatæ; propriæ, quæ quidem res intantum dicuntur per ſe, in quã tum prædicatũ ſumitur in definitione ſubiecti, vel e contra vt 1. poſt. 30. 31. 35. & 153. & illæ res in tantum dicuntur proportionatæ, in quãtum ſunt eiuſdem generis, ideſt ſubiecti; de quo ars conſiderat, & quatenus conuertuntur cum ſubiecto, appellantur propriæ, & per iſtas res ſic conditionatas. vnumquodq; quæſitum debet demonſtrari de ſuo ſubiecto, vt optime inquit hic Auer. ¶ Diuiditur iſte Diuiſio. teſtus in 2. partes in 1. parte declarat, ꝙ de- textus. monſtratio debet fieri ex propriis; in ſecunda ibi (ſi quod demõſtratur) aſſignat cauſã: quare debet fieri ex proprijs, quo ad primũ, ait Ari. (qm̃ autem manifeſtum) ſupple tu ex dictis, & ex dicendis. ¶ Dices quod eſt manifeſtum ex dictis, & dicendis? ¶ Reſpondet, & dicit (quod vnum quodq; demõſtrare) ideſt ꝙ (demonſtrare) ideſt ſcire per demõſtrationem ſimpliciter, vel vnumquodq; demonſtrare, ideſt demonſtratio (non eſt) ideſt non fit niſi ex vniuſcuſq; principiis (ideſt niſi ex principiis, hoc eſt præmiſſis (vniuſcuiuſque). i. prædicati, q.d. Ariſt. quòd vnaqueque demõſtratio conſtat ex principiis propriis, non com- Petitio. munibus. ¶ Dices, quæ ſunt principia ꝑpria? Reſpon. ¶ Dicas ꝙ principia propria dicuntur illa, quæ fiunt ex ſubiecto, proprio conuertibili & ex prædicato proprio, & conuertibili, ꝙ proprium demonſtratur de ſuo ſubiecto proprio; per cauſam propriam. ¶ Dices, quare princi Petitio. pia debent eſſe propria? ¶ Reſpõdet, & dicit. Reſpon:

Si quod monſtratur, inſit ſecundum quod illud.

NVNC aſſignat cauſam, propter quã principia debent eſſe propria, ex quibus fit demõſtratio & dicit (ſi) pro quia (quod monſtratur) illud quod monſtratur, ideſt prædicatũ ignotum quod demonſtratur adde tu de ſubiecto (inſit ſecundum, quòd illud). i. in eſt adde tu ſubiecto (ſecundum quòd illud). i. primo, propriè; & per ſe, vnde fiat hæc ratio, ſic prædicatum quod demonſtratur de ſubiecto, eſt proprium; ergo principia per quæ demonſtratur illud prædicatum de ſubiecto, debent eſſe propria: ex quibus nota ꝙ ſicut id, quod generatur, non generatur niſi ex determinatis, & propriis & nõ ex cõmunibus, vt ait Ar. 1. phy. 43. & 1. de par. an. cap. 1. ſic id, ꝙ demõſtratur nõ demõſtrat ex qbuſlibet principiis, vt 1. top. in 1. loco de finitionis, & 1. poſt. 101. ideſt non quodlibet quæſitum demõſtratur ex quolibet medio termino: ſed ex medio proprio; quod eſt cauſa propria immediata, & conuertibilis, cum eo, quod demõſtratur. ¶ Sed dices, quid intelligit Ari. per ly (vnius Dub. cuiuſque) dicas, quòd intelligit prædicatum Sol. q.d. quòd vnumquodque prædicatum proprium demõſtratur de ſubiecto proprio, per propria principia illius prædicati, ex quo nota quòd medium in demõſtratione, non eſt cauſa minoris, ſed maioris, hoc eſt prædicati de- dum. monſtrandi de ſubiecto, veluti teſtatur Ariſt. Nota.

1. poſt.

Digitized by Google

1.poſt.7.& 9.nec non 2.poſt.97.Auer.1.poſt. com.11.ſed ſi medium fuerit cauſa minoris, non niſi ad bene eſſe ob melius;& per accidēs & hac gloſa gloſantur omnes auctoritates in cōtrarium, exemplum eſt clariſſimum in hac demonſtratione; interpoſitio terræ inter Solem, & Lunam eſt priuatio luminis; æclypſis eſt interpoſitio terræ inter Solem, & Lunam, ergo æclypſis eſt priuatio in Luna, nota quòd ly interpoſitio quæ eſt medium,eſt cauſa priuationis,quæ priuatio eſt maius extræmum: ſi vero eſt cauſa minoris ſ.ipſius æclypſis,hoc eſt ob melius,& per accidens: primo tamen; & per ſe eſt cauſa priuationis: quæ eſt maius extremum, hæc eſt rei veritas.

Tex.67. *Et ſi ex veris, & indemonſtrabilibus monſtratum ſit, & immediatis.*

POSTQVAM Ari.oſtendit ꝙ demōſtratio ſimpliciter debet fieri ex præmiſſis propriis, nunc infert correlarium contra Briſonem;qui facit demonſtrationem ex præmiſſis communibus,dicens ꝙ non ſufficit quòd præmiſſæ demōſtrationis ſimpliciter ſint veræ: & indemonſtrabiles,& primæ,ſed etiam debent eſſe propriæ;non communes, vt faciant ſcire propriè,& per ſe,& non per accidēs: qm̄ intētum demonſtrationis eſt,ꝙ res ſciatur per ea, ex quibus eſt, illa enim eſt ſciētia cōcors operi naturæ,vt teſtat̄ Auer.1. poſt.41. & 2. poſt. 94. & in hoc com. ꝙ quidem Ari. decretauit in 2.met.4. qn̄ dixit ſicut res ſe habet ad eſſe. ſic ſe habet ad cognoſci. ¶ Diuiditur iſte textus,in 2.partes principales,in 1.infert corrolarium contra Briſonē,in 2.ibi (eſt enim ſic) ducit rationem Briſonis;quo ad primum, ſed eſt notandum,ꝙ quæ libet demonſtratio, quæ facit ſcire,neceſſe eſt vt fiat, ex præmiſſis ve- indemōſtrabilibus,primis, & propriis, & ſi p̄miſſæ fuerint veræ, indemōſtrabiles:& primæ & non fuerint propriæ,tunc erūt communes; & demōſtratio illa,quæ fit ex talibus præmiſſis communibus,non facit ſcire propriè, & ꝑ ſe, ſed communiter; & per accidens,quæ ab Ari. logica demonſtratio appellatur: qm̄ eſt vniuerſalior,& remotior a ꝓpriis principiis, veluti Ar.in 2.de gene.an.cap. ſeſto teſtatur, immo ait ibidem Ari.ꝙ rationes; quæ non ex propriis principiis fiunt, inanes ſunt veluti etiam in 8.top.& 1.met.44. clarius 1.cęli 70. & 4.phy.87.nec non 8.phy.70.quibus ſic ſtantibus,lege literam hoc pacto: (& ſi) ideſt licet,id quod (monſtratum ſit,) ideſt demōſtratum ſit, (ex veris) ideſt ex premiſſis veris, & immediatis,adde tu, & non ex propriis, ideſt licet præmiſſæ demonſtrationis, ſint veræ,& & immediatæ: non ſunt ſufficientes ad faciēdam ſcientiam; ſed q.d. Ar.debent eſſe etiam proprie.

Diuiſio textus.

Eſt enim ſic monſtrare: quemadmodum Briſo quadraturam: ſecūdum commune enim monſtrant tales rationes: quod & alteri inerit: quocirca & in aliȷs coaptabuntur rationes, non cognatis; igitur non ſecundum quod illud ſed:ſecundum accidens:neque enim coaptari poſſet demonſtratio, & in aliud genus.

POSTQVAM Ari. narrauit ꝙ nō ſufficit, ꝙ præmiſſæ demonſtrationis ſimpliciter, ſint veræ in demonſtrabiles,& immediatæ, qm̄ cū his conditionibus non faciunt ſcire ſimpliciter;& propriæ,ſed ſm̄ accidens,nunc adducit demōſtrationem Briſonis;quæ cōſtat ex præmiſſis veris,indemonſtrabilibus;& immediatis,ſed non propriis,& ſic non facit ſcire ſimpliciter;& proprie;ſed communiter, & per accidēs,ſed Nota, ꝙ Briſo cupiēs ſcire hoc quæſitum, ſ. circuli quadraturam, & faciens demonſtrationem, accipiebat præmiſſas veras, indemonſtrabiles,& immediatas; ſed non ꝓprias, ſed communes, vnde nūquam poterat ſcire illud quæſitum, ꝓprie,& per ſe; ſed pro accidens;& hoc quidem rationabiliter, qm̄ a tali non ſequitur, niſi tale: vt homo generat hominem;& equus equum 2.phy. 13.26.& 7. meth.28.nec nō 12.met 18.ſed præmiſſæ; quæ accipiūt̄ a briſone ſunt cōes, & ꝑ accidēs:ergo ſciētia q̄ depēdet ab illis nō erit niſi cōis, & ꝑ accidēs.¶ Dices quę eſt demōſtratio,quā facit Briſo? ¶ Dicas ꝙ hæc eſt videlicet illa inter ſe patria ſunt,quæ eiſdem maiora minoraque habentur, hoc eſt in quibus reperitur manus,& minus, in his æquale dabit̄, ſed datur quadrangulus maior circulo,& quadrāgulus minor circulo, ergo dabitur quadrangulus equalis circulo; manifeſtum enim eſt, ꝙ hæc demōſtratio eſt ex communibus, vnde dicit Ariſt. (eſt enim ſic monſtrare quemadmodū Briſo quadraturam) q.d. ꝙ qui demonſtrat, ſolum ex præmiſſis veris indemonſtrabilibus,& immediatis: & nō propriis (eſt mōſtrare quemadmodum Briſo quadraturam) ideſt mōſtrat,eo modo: quo Briſo demōſtrat quadraturam. ¶ Dices quō Briſo demōſtrat quadraturam? ¶ Dicas hoc modo, videlicet ex præmiſſis veris,indemonſtrabilibus, & immediatis:tamen non propriis, ſed communibus (ſecundum commune enim monſtrāt tales rationes) q.d. Ariſt.quæ rationes,ideſt demonſtrationes æquiuocæ dictæ demonſtrant (ſecundum) .i. per commune) .i. per mediū cōmune,hoc eſt ꝑ præmiſſas communes, (ꝙ, & alteri inherit) dices quid eſt commune? Reſpondet,& dicit, quod alteri ineſt: hoc eſt quod competit vni ſubiecto, & alteri ab illo ſubiecto (quocirca, & in aliis coaptabuntur rationes, non cognatis) concludit Ariſt. & dicit,ꝙ (rationes) ideſt æquiuocæ demonſtra-

Petitio. Reſpon.

Dub. Sol.

Digitized by Google

ſtrationes (coaptabuntur) ideſt conueniunt aliis (non cognatis).i. non eiuſdem generis ſubiecti; ſed diuerſi generis ſubiecti, qm̃ maior huius demõſtrationis, ſupra factæ a Briſone: nõ ſolum eſt vera de magnitudinibus; ſed etiam de numeris, de temporibus, & de aliis: patet ergo quõ demonſtratio Briſonis eſt ex veris, in demonſtrabilibus, & immediatis; ſed non ex propriis, ſed ex communibus: ad plura ſubiecta (igitur non ſecundum, quod illud ſcit, ſed ſm̃ accidens)

Dub. ¶ Dices ò Ariſt. hæc demonſtratio Briſonis, quæ fit ex communibus facit ſcire?

Sol. Reſpondet, & dicit; ꝙ ille qui ſcit per hanc demõſtrationem Briſonis; & ſimiliter per quamlibet demonſtrationem, quæ fit ex communibus, non ſcit (ſecundum ꝙ illud .i. non ſcit per ſe propriè, & ſimpliciter, ſed ſcit (ſecundum accidẽs) .i. falſo, & hophiſtico modo, quia ipſa eſt demonſtratio apparens; qm̃ Briſo exiſtimabat eſſe demonſtrationem: ſed non eſt demõſtratio: vnde ſequitur ratio, ſicut res eſt, ſic debet ſciri 2.met.4. ſed res eſt, per propria, & non per communia vt 4. queſito poſt. inquit Auer. ergo per propria, & non per communia debet ſciri; & per conſequens, vera demonſtratio debet fieri ex propriis, & non ex cõmunibus (neque enim coaptari poſſet demonſtratio, & in aliud genus) nunc Ar. aſſignat cauſam; quare qui ſcit per demõſtrationem conſtantem ex communibus, non ſcit per ſe: ſed per accidẽs: & dicit qm̃ demonſtratio non (coaptatur).i. non traſcendit de vno genere in aliud (genus).i. non demõſtrat p̃dicatum, quod competit vni ſubiecto, de altero ſubiecto, qm̃ ꝙ eſt proprium vni non competit alteri: vt riſibile, ſi demõſtratur de homine, non demonſtratur de æquo.

Dub. ¶ Dices ꝓpoſitio indemõſtrabilis, eſt propria, vt homo eſt rationalis, ergo Briſo faciens demõſtrationem, ex indemonſtrabilibus, fecit ex propriis

Sol. ¶ Dicas, ꝙ non valet dicere eſt indemonſtrabile, ergo eſt propriũ, qm̃ hæc ꝓpoſitio ignis eſt calidus, cignus eſt albus, & coruus eſt niger, eſt indemonſtrabilis, qm̃ eſt ſenſata, & tamen non eſt propria, vnde dicas, ꝙ non omne indemonſtrabile eſt proprium.

Dub. ¶ Amplius 1. poſt. 36. omne primum eſt proprium, ſed Briſo facit demonſtrationem ex primis, ergo ex propriis.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ primũ eſt duplex, aliud conuertibile, vt homo eſt rationalis, aliud eſt primum non conuertibile, vt ſuperficies eſt alba: tunc dicitur, ꝙ demonſtratio Briſonis fit ex primis, non conuertibilibus: & ſic non ex propriis, ex quibus omnibus oritur hæc ratio, apud poſterioritas: illa demõſtratio facit ſcire per ſe propriæ, in ſummo, & ſimpliciter, quæ fit ex præmiſſis veris, primis immediatis indemonſtrabilibus, neceſſariis, & propriis: ſed demonſtratio Briſonis licet fiat ex veris indemonſtrabilibus, & immediatis, quia non fit ex propriis; ideo nõ facit ſcire, immo nec deberet dici demõſtratio: ſed potius ſophiſtica ratio, ſeu ſyllogiſmus, & ſi facit ſcire, non niſi per accidẽs: ex quo nominatur potius ratio inanis, & ſi demonſtratio æquiuoca demõſtratio dicatur; vt 2. poſt. 94. reliquit Auer.

Vnumquodq; autem ſcimus, non ſecundum accidens, quando ſecundum illud cognoſcimus, ſecundum quod ineſt ex principiis ſecundum quod illud. Tex. 68.

POSTQVAM Ariſt. notificauit, ꝙ demõſtratio ſimpliciter non ſolum debet fieri, ex præmiſſis veris, indemonſtrabilibus, & immediatis; ſed etiam ex propriis, ad hoc vt faciat ſcire; & ſi non fieret ex propriis, fieret ex communibus, & ſic nõ faceret ſcire per ſe ſed per accidens; & qm̃ notitia quid nominis eſt principium, fons, origo, & caput omnis noſtræ cognitionis. Themiſto referente 2. poſt. cap. 9. Ideo nunc intendit declarare, quid eſt ſcire, p ſe, & non per accidens: ſed pro maiori huius textus intelligentia.

Diuiſio textus. ¶ Diuiditur in 2. partes, in 1. declarat, quid eſt ſcire per ſe; & non per accidens, in 2. ibi (vt duobus rectis) exẽplo declarat, quod eſt ſcire per ſe, quo igitur ad primum ait, (vnumquodq; autem ſcimus, nõ ſm̃ accidens) .i. tũc nos ſcimus (vnũquodq;) .i. prædicatum: addetu, de ſubiecto, (non ſecundum accidens;) .i. per ſe propriè, id enim quod non eſt ſm̃ accidens eſt per ſe. 1. poſt. 32 & 39. vnum enim eſt expoſitiuum alterius, ꝙ enim non eſt per accidens, eſt per ſe, & quod eſt per ſe, non eſt ſecundum accidens, veluti videre eſt 2. phyſicorum 3. (quando ſecundũ illud cognoſcamus,) hoc eſt tunc nos ſcimus per ſe, aliquod prædicatum de ſubiecto: quãdo (cognoſcimus) ideſt ſcimus illud, (ſecundum quod illud) .i. primo, hoc eſt per ꝓpria principia, continentia medium; quod eſt propria cauſa illius; quod ſcitur, veluti Ar. met. teſtatur 1. poſt. 7. cum dicit ſcire autem arbitramur vnumquodq; ſimpliciter, non ſophiſtico modo, cum cauſam arbitramur cognoſcere, propter quam res eſt.

Petitio. ¶ Dices quid intelligit Ari. per ly (vnumquodq;) Nota ꝙ dicit Ari. 1. poſt. 57. & 76. in ſcientia demonſtratiua, tria reperiuntur, ſubiectum de quo demonſtratur, & paſſio, quæ de ſubiecto demonſtratur, & dignitates, ſeu præmiſſæ, per quas demonſtratur paſſio de ſubiecto, quo ſtante dicas ꝙ Ari. per vnumquodq;, non intelligit vnumquodq; horum trium, ſed vnumquodq; prædicatum, quæſitum naturaliter ignotum, quod queritur, ſciri de ſubiecto veluti eſt propria, & eſſentialis paſſio; & nota ꝙ ly vnumquodq; tam hic, quàm in textu 7. ſumitur eodem modo ſed 1. phy. in textu 1. non ſumitur ſicuti ſumitur hic, ſed ibi per vnumquodq;

Ari.

Digitized by Google

Ar.intelligit corpus naturale: vt ſe exponit
Petitio. Ariſt.1.phy.35. ¶ Amplius Dices quid intel-
ligitur per ſcire ſecundum accidens? Nota 1.
elenchorum 1.ſcire 1. ſophyſticum eſt ſinoni-
mum apparenti, & non exiſtenti: vnde appa-
rens ſcientia,& non exiſtens ſophiſtica, dici-
tur. Amplius Nota ꝙ aliud eſt ſcire per me-
dium, quod eſt accidens, & aliud eſt ſcire, ꝙ
eſt per accidens,qm̄ ſcire per medium, quod
eſt accidens proprium eſſentiale,analogicè ſi
bi competit definitio ipſius ſcire,vt ait Auer.
1.poſt.95. ſcire verò per accidens, eſt ſcire
æquinoce;ſolo nomine,& ſine definitione:ve-
luti omne per accidēs;tale eſt æquiuoce tale;
quod ſcire per accidēs, poteſt eſſe multiplex
vno modo dicitur ſcire per accidēs, vt oppo-
nitur ad ſcire per ſe. Alio modo ſcire ꝑ acci-
dēs,ideſt per fallaciam accidētis,1. elencho-
rum cap.proprio quod ſcire per accidēs,tunc
eſt,quando illud quod competit ſubiecto, cre-
dimus ineſſe prædicato per ſe, & quot compe-
tit prædicato per ſe credimus ineſſe ſubiecto
per ſe,vt Ariſt.1.poſt.41.aſſerit hoc ergo dici-
tur ſcire per accidēs,qn̄ attribuitur acciden-
ti,quod competit ſubiecto; & quod attribuit
ſubiecto, quod competit accidēti & eſt attri-
butio per accidēs,4.phy.45.Auer.& vt reſolu-
te habeas omnia, dicas ꝙ quando demōſtra-
tur aliquod prædicatum de aliquo ſubiecto;
& illud prædicatum non fuerit proprium illi'
ſubiecto;vel licet fuerit proprium ſubiecto,&
non demonſtratur per cauſam propriam, vt
cumq; credimus demonſtrare,non tamen de-
monſtramus:ſed ſumus decepti ſophyſticè, &
per accidēs: vt exemplo poteſt manifeſtari:vt
ſi volumus demonſtrare,ꝙ homo eſt ſenſibilis
numquàm poſſumus demōſtrare hoc prædi-
catum de homine: niſi ſophiſtico modo: qm̄
non eſt prædicatum propriū homini, ſed ani-
mali,vt Ar.teſtatur 3.de par.ani. cap. 4. & 2.
de par.ani.cap.8,& in lib.de ſomno,& vigilia
cap.2.& 2.de anima textu 16.de quo animali
tamquā de proprio ſubiecto,debet demōſtra-
ri,ſimiliter etiam qn̄ volumus demōſtrare ali
quod prædicatū de ſubiecto: & licet illud præ
dicatum ſit propriū ſubiecto, ſi nō demōſtra-
tur per medium, quod eſt cauſa propria, ſed
per medium commune; tunc per accidēs, &
ſophiſtico modo demonſtramus: qm̄ cauſa cō
munis eſt cauſa remota,& per accidēs 1.poſt.
66.& 3.meteor. cap.1. cum dicit Auer. cauſæ
quæ nō ſunt propriæ numerantur cū his; quæ
ſunt per accidēs;quod per accidēs; nec ꝓpin-
quum;nec remotum,ingræditur demōſtratio
nem;vt 1.poſt.68.& 41.inquit Auer. vnde ſci
re rem per accidēs, eſt ſcire rem alio modo
quo eſt; quod eſt ſcire falſum, vt 4. quæſito;
poſt.inquit Auer.& ſcire æquiuocum: ſed ſci-
re ſimpliciter, & per ſe eſt, qn̄ demonſtratur
prædicatum proprium de ſubiecto proprio:
per cauſam propriam;& illa eſt vera:& perfe-
cta ſcientia,concors operi naturæ,quæ quidē
habet̄ de re,ꝑ cauſā ꝓpter ꝙ illa res eſt:vt Ar.
aſſerit 2.met.4.vt in hac demōſtratione: om-
ne rationale eſt riſibile oīs homo eſt rationa
lis;ergo oīs homo eſt riſibilis:quibus ergo ſic
ſtantibus,lege literam ſic,(vnumquodq; autē
ſcimus) adde tu prædicatum, quæſitum natu
raliter ignotum ideſt eſſentiale accidens, de
ſuo proprio ſubiecto,non per accidēs;ſed per
ſe,& ſimpliciter, quando illud) cognoſcimus
ex principiis propriis,) ideſt per ſua propria
principia,quæ continēt medium, quod eſt ꝓ-
pria cauſa,per quā cognoſcimus, vnūquodq;
prædicatum de ſuo ſubiecto.

Vt duobus rectis æquales habere,cui ineſt per ſe, quod dictum eſt principÿs huius.

CVM explicauit,quod eſt ſcire, quod non
eſt per accidēs, nunc more ſuo exemplo de-
clarat,quod eſt ſcire per ſe, quod non eſt ſcire
per accidēs;ſed pro intelligentia eſt ſciendū,
ꝙ habere tres angulos,æquales, eſt accidens
proprium primò, & per ſe competēs triangu
lo,vt teſtatur Ariſt.1.poſt.43.& qn̄ hoc acci-
dēs proprium demonſtratur de triangulo: tā
quàm de ſuo proprio ſubiecto, debet demon-
ſtrari per principia propria habentia mediū;
quod eſt propria cauſa illius prædicati, & ſic
illa demōſtratio,quæ demonſtrat tale prædi-
catum proprium de ſuo ſubiecto proprio, cui
per ſe ineſt,facit ſcire per ſe, & non per acci-
dēs:vnde oritur hæc ratio, ideſt ſcire per ſe,
& non ſm̄ accidēs; quod habetur per princi-
pia propria;& per cauſam propriam; ſed hoc
prædicatum ſ. habere tres angulos æquales
habetur per principia propria;ergo hoc ſcire
eſt per ſe,& non ſecundum accidēs, ſed Nota
ꝙ licet Ari. aſſignet hoc exemplum de trian-
gulo: tn̄ non ſolum valet de triāgulo: ſed de
omni proprio prædicato; quod ꝑ ſe ineſt ſuo
proprio ſubiecto:vnde dicit Ari. (vt duobus
rectis æquales habere cui ineſt).i. ſcire hoc
prædicatum, ſ. habere tres angulos, adde tu
de triangulo vti de ſuo ſubiecto, (cui ineſt ꝑ
ſe).i.de quo triangulo,per ſe prædicatur, in
2.modo dicendi per ſe,(ex principiis huius)
ideſt per propria principia,non eſt ſcire ſup-
ple tu per accidens; ſed eſt ſcire proprie, per
ſe,& ſimpliciter. ¶ Sed Dices, videtur ꝙ hic Dub.
Ar.concedit,ꝙ medium in demonſtratione ē
cauſa minoris,& non maioris extremi. ¶ Di- Sol.
cas ꝙ ſi medium eſt cauſa minoris, hoc eſt ꝑ
accidēs;ſm̄ quid,& ob melius tamen; primò,
& per ſe,eſt cauſa maioris: veluti Auer.in cō.
11.decretauit;ſed vt melius intelligatur, fiat
hæc demonſtratio,omnis figura plana tribus
lineis contenta, habet tres angulos equales
duobus rectis;ſed triangulus eſt figura plana
tri-

Digitized by Google

tribus lineis contenta; ergo triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, in hac demõſtratione, patet, ꝙ mediũ eſt definitio minoris, ſ. ipſius triãguli, ſed hoc eſt vtile ad demonſtrationem, medium eſſe cauſam minoris: vt teſtis eſt Ariſt. 1. de anima 11. ¶ Sed Di- Dub. ces contra medium enim in demõſtratione, debet eſſe definitio; vt definitio eſt; & non vt cauſa, qm̃ Ariſt. nominat medium, ſub nomine definitionis, vt clarè patet 1. poſt. 48. 49. 2. poſt. 41. 95. & 97. vbi ait ſic, ratio eſt medium; ſed ratio 1. poſt. 30. & 31. clarius Auer. 8. phy. 75. eſt definitio, ergo medium eſt definitio: vt definitio, & non vt cauſa. ¶ Dicas reſolutè, ꝙ Sol. vbiq; reperiuntur ſententiæ Ariſt. & Auer. auctoritates aſſerentes medium in demõſtratione, eſſe definitionem, & nõ cauſam, omnes quidem ſunt intelligendæ, hoc modo, videlicet ꝙ definitio, non vt definitio eſt medium, ſed vt eſt cauſa; & quòd hæc noſtra expoſitio ſit vera vide ſi placet qũo Ariſt. ſe ipſum declarat, 2. poſt. 7. 37. 56. 57. & 63. vbi dicit ſic medium eſt cauſa; & cauſa eſt mediũ, & quid clarius; & hoc quidem, vt omnino aduerſarij ſileant probatur alio modo per teſtimoniũ, ꝙ non mentitur, qñ enim Ariſt. definit ipſum ſcire, nõ definit per definitionẽ; ſed per cauſam, dicens ſic 1. poſt. 7. 11. 55. 70. 95. 97. 99. 101. 165. 166. ſcire eſt per cauſam, 2. poſt. 48. nec non 1. phy. 1. 2. phy. 27. 1. met. cap. 3. 1. met. 4. nec nõ 8. met. 12. multa eſſẽt alia teſtimonia; ſed qm̃ res eſt clara, ideò relinquãtur; & ſciãt omnes, ꝙ ſcire habetur per cauſam, tamquàm per medium, & non per definitionem; & ſi per definitionem, nõ vt definitio ẽ, ſed vt eſt cauſa. ¶ Sed dices, contra nam ſi cauſa eſt medi- Replica. um, ergo definitio eſt medium: qm̃ 2. poſt. 48. & 2. phy. 28. & 31. cauſa eſt quid, & definitio ergo ſi cauſa eſt medium, ſequitur ꝙ definitio eſt medium. ¶ Dicitur, ꝙ propria cauſa ẽ, Sol. quid: tamen qñ propria cauſa ſumitur ꝓ medio in demonſtratione, non ſumitur vt dicit quid, ſed vt eſt prædicatum per ſe. ¶ Sed hæc ſolutio patitur difficultatem, nam Auer. in 2. poſt. dicit ſic medium indemonſtratione Replica. ſimpliciter, eſt cauſa maioris, hoc eſt eius definitio, vbi exponit cauſam per definitionẽ, ergo definitio, vt definitio eſt medium; & vt dicit quid, & non vt eſt propria cauſa, & prædicatum per ſe. ¶ Dicitur, ſed Nota ex Ari. 1. Sol. poſt. 11. 2. poſt. 95. ꝙ medium in demõſtratione eſt forma. Nota aliud ꝙ cauſæ 2. poſt. 48. & 2. phy. 27. ac 8. met. 12. nec non 5. met. cap. 1. & 1. de gen. an. cap. 1. verum etiam Ariſt. fateri videtur in 1. de par. an. cap. 1. & in libro de ſomno, & vigilia, cap. 4. clarius 1. met. cap. 3 ſunt quatuor videlicet materia, quam 1. phy. 82. definiuit Ariſt. & 2. phy. 10. & 28. & 5. met. cap. de elemento, finis 3. met. 3. & 2. de anima 34. & 37. nec non 1. de par. an. cap. 1. & 2. phy. 29. efficiens 2. phy. 70. & 29. & forma quã Ariſt. definiuit, 7. met. 60. cum dixit forma eſt: qua res eſt: Auer. 7. met. 37. cũ dicit à materia res habet, vt fiat, à forma verò res habet, vt ſit: & ideo 2. poſt. 48. 58. & 8. met. 12. ait Auer. ꝙ forma eſt cauſa, propter quàm res eſt 2. de anima 2. & 10. met. 1. his ergo ſic ſtãtibus ſcias, ꝙ qñ inquit Auer. cauſa ideſt definitio, dicit hoc ad declarandum, ꝙ non omnis cauſa eſt medium in demõſtratione; ſed tantum cauſa formalis, qm̃ definitio eſt forma, vt teſtatur Ari. 3. met. 3. 7. met. 40. & 8. top. cap. 2. & 2. poſt. 20. verùm etiam in libro de ſubſtantia orbis cap. 1. quod etiam confirmat 8. met. 5. ex quo infertur, principia demonſtrationis debẽt cõtinere medium, quod medium ſi eſt definitio non ſumitur, vt definitio: & vt prædicatum in quid; ſed ſumitur, vt eſt propria cauſa, & vt ẽ prædicatum per ſe, & ſcias: ꝙ cauſa propter quam Ariſt. aliquando nominat medium, in demõſtratione ſub nomine definitionis, hoc facit, non niſi ad denotãdum, ꝙ nulla alia cauſa inter cauſas, poteſt eſſe medium in demonſtratione ſimpliciter, primò, & per ſe: niſi forma, quæ natura ſua habet hoc officium, ſ. generare ſcientiam; quod teſtatur Auer. 3. met. 3. cum dicit forma, autem eſt melior aliis, quia ſcientia rei per illã eſt perfectior: quàm ſcientia rei per aliam.

Quare ſi per ſe, & illud ineſt, cui ineſt, neceſſe eſt medium in eadem cognatione eſſe. Tex. 69.

POSTQVAM Ariſt. notificauit, quod eſt ſcire per ſe, & non per accidens, ꝙ quidẽ exẽplo declarauit: nunc quaſi Epilogando, quæ dixit, concludit ſuum intentum. ¶ Diuiditur Diuiſio textus. iſte textus in 4. partes: in 1. facit: quod dictum eſt in 2. ibi, (ſi verò nõ) reſpõdet tacitæ obyectioni, in 3. ibi, (differunt) ponit differentiã inter ſcientiam ſubalternatam, & ſubalternãtem in 4. ibi (quare ex his manifeſtum eſt,) concludit quæ dixit, quò igitur ad primum dicit (quare) adde tu ex dictis ſupra ſequitur, ꝙ ſi per ſe, & illud ineſt, cui ineſt, neceſſe eſt medium in eadem cognatione eſſe.) pro verborum & textus intelligentia eſt Notandum quòd hæc verba patiuntur plures expoſitiones, & prima hæc eſt ſupponendo vnum, quòd omne per ſe eſt neceſſarium, vt 1. poſt. 36. inquit Auer. hoc ſic ſtante, dicas, (ſi per ſe & illud ineſt, cui ineſt), hoc eſt ſi prædicatum ineſt per ſe, ideſt ex neceſſitate ipſi ſubiecto: cui ineſt, ideſt ſi prædicatum; quod (ineſt) ideſt prædicat de eo, (cui ineſt) ideſt de quo prædicatur, (eſt per ſe, ideſt neceſſarium ex hoc antecedente: ſequitur hoc conſequens, ſ. ꝙ (neceſſe eſt) ideſt neceſſariò, ſequitur, (medium) ſ. per quod; illud prædicatum neceſſarium ineſt ſuo ſubiecto neceſſario (eſſe) ideſt

vt ſit

Digitized by Google

vt ſit vt reperiatur, (in eadem cognatione,) .i. vt etiam ſit in eadem proprietate, videlicet vt ſit ex neceſſitate, hoc eſt neceſſariũ. Alia expoſitio. ¶ Vel dicendum ſupponendo vnum, ꝙ id quod eſt per ſe, eſt proprium 1. poſt. 36. & 2. poſt. 94. hoc ſtante dicas, ꝙ ſi prædicatum, ꝙ prædicatur de ſubiecto eſt proprium, neceſſe eſt medium etiam eſſe proprium. Dub ¶ Dices, quid ſibi vult prædicatum proprium ſubiectum, ꝓpriũ & medium proprium? Sol. ¶ Dicas, ꝙ ſi ſubiectum eſt proprium, .i. eſt vnius facultatis, prædicatum, ꝙ demonſtratur de illo ſubiecto, debet eſſe etiam proprium, .i. etiã debet eſſe illius met. facultatis, & ſcientiæ cuius eſt ſubiectũ, & medium, per quod, illud prædicatum prædicatur & demonſtratur de illo ſubiecto, debet eſſe illius met ſcientiæ; & hoc eſt illud, quod dicit Ar. neceſſe eſt medium in eadem cognatione eſſe; & ſic omnes termini qui ingrediũtur demonſtrationem debent eſſe proprii, .i. eiuſdem generis ſubiecti, & facultatis: qm̃ nõ licet accipere medium vnius ſcientiæ, & concludere prædicatum de ſubiecto alterius ſciẽtiæ: tunc enim non eſſet ſcire per ſe, & propriè ſed ſm̃ accidens; & per conſequens, non eſſet demonſtratio analogicè ditta faciens ſciẽtiã ſed eſſet demonſtratio ex communibus, æquiuocè ditta, ſophiſtica potius generans deceptionem, quã ſcientiam, exemplum pro tironibus, & pro intelligentia nota ꝙ tres termini ingrediuntur demonſtrationem 1. poſt. 57. 76. & 134. medium, ſubiectum, & prædicatum ſi medium eſt phyſicum, prædicatũ etiã phyſicum; & medium eſt phyſicum: tunc demonſtratio, quæ fit ex his terminis fit ex propriis, .i. ex terminis vnius, & eiuſdem ſcientiæ; & hæc demonſtratio facit ſcientiam; ſed ſi tu ſumeres medium vnius ſcientiæ, ſ. ſcientiæ naturalis, de inde acciperes prædicatum alteri⁹ ſcientiæ ſ. mathematicæ, & ſubiectum alterius ſcientiæ ſcilicet medicinæ: tunc illa demonſtratio, non eſſet ex propriis: ſed ex cõibus, & non faceret ſcientiã, diceretur potius ſophyſtica ratio, teſte Ar. 2. de gen. an cap. 6. & potius diceretur ſaltus de palo in perticam.

Si vero nõ, ſed quemadmodũ armonica ꝑ aritmeticã, talia autem monſtrantur quidẽ ſimiliter.

Postqvam Ariſt. in 1. parte huius textus notificauit, ꝙ medium debet eſſe in eadẽ cognatione, hoc eſt debet eſſe eiuſdem generis, cum extremis, nunc vult declarare, qua identiate medium debet eſſe cum extremis; & dicit (ſi vero non) hoc eſt ſi vero extrema .i. ſubiectum in demonſtratione; ꝙ eſt minus extremum, & prædicatum; ꝙ eſt maius extremum, ſunt eiuſdem generis, hoc eſt vnius, & eiuſdem facultatis; & medium (nõ) eſt eiuſdem facultatis; ſed alterius, illa quidem demonſtratio, quæ fit ex talibus; quæ ſunt diuerſæ facultatis, abſq; dubio fit etiã ex propriis. Dub. ¶ Sed Dices, ſi totum oppoſitum dictũ eſt ſupra, quõ hoc erit verum. Sol. ¶ Nota, ꝙ qñ ſunt duæ ſcientiæ, quarum vna dicitur ſubalternata, ſeu inferior, vt muſica, & altera dicitur ſubalternans, ſeu ſuperior, vt arithmetica, ſi extrema ſunt vnius ſcientiæ, vt ſcientiæ ſubalternatæ, & inferioris, vt muſicæ, & mediũ eſt alterius ſcientiæ ſubalternantis, ſeu ſuperioris, vt arithmeticæ; tunc q.d. Ariſt. demonſtratio, quæ fit ex talibus extremis, & medio, abſque vllo dubio fit etiam ex propriis, & ideò dicit Ar. (ſi vero nõ) .i. ſi extrema ſunt vnius ſcientiæ, & medium (non) eſt illius met. ſciẽtiæ, ſed eſt alterius ſcientiæ, tunc demõſtratio quæ fit ex talibus, fit ex propriis: dat exemplum Ariſt. quõ hoc eſt verum, & dicit (quemadmodum armonica per arithmeticam,) .i. quando demonſtrãtur quæſita armonica hoc eſt ſcientiæ muſicæ, (per arithmeticam,) .i. per medium ſcientiæ arithmeticæ, illa demõſtratio; quæ fit de talibus, eſt demonſtratio ex propriis, (talia) ideſt prædicata armonica, (autem) .i. quidem, (monſtrantur) .i. demõſtratur de ſubiecto, per medium arithmeticũ (ſimiliter) .i. eadem ratione, ſicut demõſtrãtur omnia prædicata propria, de propriis ſubiectis, per media propria.

Differũt vero ipſum enim quia alterius ſciẽtiæ, ſubiectũ, namq; genus alterũ: ipſum vero propter quid ſuperioris: cuius ꝑ ſe paſſiones ſunt.

Postqvam Ariſt. poſuit conuenientiã inter ſcientiam ſubalternatam, ideſt inferiorem: nunc ponit differentiam inter vtramq;. Dub. ¶ Dices, quæ eſt hæc differentia: quam nunc ponit Ariſt. Sol. ¶ Reſpondet, & dicit, ꝙ adde tu ſcientia ſubalternans, & ſcientia ſubalternata differunt, in hoc i. (enim) pro quia ſignũ redditiuum cauſæ ſcientia ſubalternata, dicit (quia) .i. eſſe, quod eſt (alterius ſcientiæ) .i. pertinet ad alteram ſcientiã, hoc eſt ad ſciẽtiam inferiorem, & ſubalternatam; ſcientia verò ſuperior ſubalternans; dicit ꝓpter quid, illius eſſe, ideſt dat cauſam illius eſſe; v. g. logicus dicit eſſe, hoc ſcire eſt per cauſam, 1. poſt. 7. ſed logicus non poteſt dicere propter quid, huius eſſe ſcilicet propter quam cauſam ſcire eſt per cauſam; ſed hoc pertinet ad artificem ſuperiorem: ideſt ad methaphyſicũ, exemplum pro tironibus, vt ſi diceremus homo eſt riſibilis, nunc dico eſſe, ſed qñ dico homo eſt riſibilis, quia eſt rationalis, nunc dico cauſã; & propter quã homo eſt riſibilis, Dub. ¶ Dices, quarè ſciẽtia ſubalternata differt à ſciẽtia ſubalternante? Sol. ¶ Reſpõdet Ariſt. & dicit,

(namq;) pro quoniam (genus) ideſt ſubiectũ, ſcientiæ ſubalternatæ (eſt alterum) .i. diuerſum: adde tu à ſubiecto ſciẽtiæ ſubalternãtis, & ſuperioris, (cuius), i. de quo ſubiecto, (ſunt) .i. oſtenduntur paſſiones. ¶ Dices 3. cœli 1. paſſiones ſunt propriæ, & communes, quæ paſſiones oſtendunt de ſubiecto. ¶ Reſpõdet, & dicit (paſſiones per ſe,) .i. non communes: ſed propriæ, & eſſentiales. ¶ Dices ſi ſubiectũ ſcientiæ ſubalternatæ eſt diuerſum, à ſubiecto ſcientiæ ſubalternantis, quomodo paſſiones, quæ demonſtrantur de vno, poſſunt demonſtrari de altero? ¶ Dicas, ꝙ ſi habent diuerſum ſubiectum, vniuocũ, ſed habent diuerſum ſubiectum, vniuocum, ſed habent idẽ ſubiectum analogum.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Quare, & ex his manifeſtum, quod non eſt demõſtrare vnumquodq;: niſi ex vniuſcuiuſque principijs.

Postqvam Ar. exemplo, vt mos ſuus eſt manifeſtauit, quæ ſupra dixit: nunc concludit omnia, quæ dixit ſic dicens: (quare) .i. ergo, (&) .i. ex ſupradictis, & infra dicendis, (ẽ manifeſtum) .i. clarè, & manifeſte ſequitur: (ꝙ non eſt demõſtrare vnumquodq; .i. quòd vnumquodq; quæſitum naturaliter ignotum hoc eſt vnum quodq; prædicatum proprium non poteſt demonſtrari, de ſubiecto proprio: (niſi ex vniuſcuiuſq; principiis) ideſt niſi ex propriis cauſis: tãquã mediis terminis. ¶ Dices principia, ex quibus demonſtratur vnum quodq; prædicatum de ſubiecto; cuius debẽt eſſe principia ſubiecti: vel prædicati. ¶ Dicas ꝙ debent eſſe principia prædicati; quod manifeſtant verba Ariſt. qñ dicit ſic non eſt demõſtrare vnũquodq;: niſi ex principiis vniuſcuiuſquòd, hoc eſt tunc propriæ demonſtrantur prædicata propria de ſubiectis propriis: quando demonſtrãtur per propria principia illorum prædicatorum.

Dub.

Sol.

Tex. 70. *Sed horum principia habent commune: ſi vero manifeſtum eſt hoc: manifeſtũ, & quòd nõ eſt vniuſcuiuſq; propria, principia demonſtrare.*

Cvm Ariſt. declarauit, ꝙ tàm extrema, ꝙ medium debent eſſe eiuſdẽ facultatis; ad hoc vt demonſtratio faciat ſcire per ſe, & non ſm̃ accidens, in hoc textu ſatisfacit cuidem tacitæ obyectioni; in ferendo duo correlaria vnde. ¶ Diuidit iſte textus in 3. partes, in 1. ſoluit obyectionẽ, in 2. ibi (ſi vero) infert primũ correlariũ dicens, ꝙ nulla ſcientia poteſt demõſtrare ſua principia, in 3. ibi (erunt .n.) infert aliud correlariũ, dicens ꝙ ſi aliqua ſcientia demõſtrat principia aliarũ ſcientiarũ, illa ẽ dña, & regina omniũ ſcientiarũ, quò igitur ad primũ. Aliquis poſſet dicere, o, Ari. principia horum ſubiectorum ſ. quorum vnum eſt ſub altero, .i. principia ſcientiarum: quarum vna eſt inferior hoc eſt ſubalternata, & alia ſuperior hoc eſt ſubalternãs, habent ne aliquod cõmune ſeſe ſuperius: hoc eſt aliquã ſcientiã ſuperiorem; quæ poteſt demõſtrare principia harum ſcientiarum? ¶ Reſpondet, & dicit, ꝙ ſic principia ſciẽtiæ ſubalternatæ, & ſubalternantis habent, (commune) .i. genus, ſeu ſcientiam communẽ ſuperiorẽ; quæ habet hoc priuilegium, ſeu potentiam poſſe demonſtrare principia: tàm ſcientiæ ſubalternatæ, quã ſciẽtiæ ſubalternantis. ¶ Sed Dices quæ eſt hæc ſcientia communis, quæ habet tantã vim ſeu potentiam demonſtrandi, principia cuiuſcuquæ ſcientiæ quam vim nulla aliarum ſcientiarum habet? ¶ Reſpõdet Auer. 10 com. & dicit, quod eſt, & vocatur prima philoſophia: ſeu ars communis, quæ proprio vocabulo methaphiſica appellatur: & aſſignat cauſã Auer. & dicit qm̃ methaphiſica conſiderat ens, inquantum ens; & de entis ſpeciebus, ſed ſubiecta artium ſunt ſpecies entis, ergo prima philoſophia curat demonſtrare principia, & cauſas omnium artium, ex quo ſequitur; ꝙ nulla ars poteſt demonſtrare ſua propria principia ſ. per demonſtrationem ſimpliciter, vt dicit Auer. in com. ſed poteſt illa demonſtrare per ſigna, vt dicit Auer. hic & 2. poſt. 33. nec non 2. phy. 22. & 26. cum hac tamen conditione, ſ. quando latuerint, & fuerint ignota, quod quidem rarò aut numquàm contingit, vt teſtatur Auer. 2. poſt. 33. (ſi vero manifeſtũ eſt hoc) nunc Ariſt. infert primum correlarium, & dicit (ſi) pro quia hoc eſt manifeſtum ſ. quòd methaphiſica eſt facultas communis ad omnes ſcientias: qm̃ poteſt demõſtrare principia cuiuſcumquæ ſcientiæ, (manifeſtum & quod non eſt cuiuſcumquæ propria principia demonſtrare) q.d. manifeſtè ſequitur, quòd cuiuſcumquæ ſcientiæ, hoc ẽ ad vnãquamq; ſcientiam propriam, & particularem, (non eſt) .i. non pertinet, hic enim hoc verbũ (eſt) non dicit exiſtentiam, ſed pertinentiam ſicuti 1. poſt. 3. demõſtrare propria principia. ¶ Dicet Aliquis quare quælibet ſcientia propria, & particularis non poteſt demonſtrare ſua propria principia? ¶ Dicas qm̃ principia ſcientiæ ſunt per ſe nota, in illã ſciẽtia, & id quod eſt per ſe notum; vel ſupponitur, vt notum demonſtrari, non poteſt: qm̃ demonſtratio ẽ de ignoto naturaliter 2. poſt. 1. Auer. ¶ Dices, quæ ſũt ꝓpria principia? ¶ Dicas, ꝙ ſunt illa, quę cõpetũt vni arti, & nõ alteri ab illa iuxta proprij definitionẽ 1. top. cap. 1. ¶ Dices quæ ſunt iſta principia propria: quo nominantur? ¶ Dicas, vt in logica oĩs doctrina, & omnis diſciplina fit ex præſiſtente cognitione primò poſt. 1. ſcire eſt per cauſam 1. poſt. 7. ſimiliter in philoſophia naturali, motus eſt, multitudo entium

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Diuiſio textus.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Dub

Digitized by Google

entium.1.phy.8.natura eſt 2. phy. 3. quæcũq; natura cõſtant, omnia aut quædam mouẽtur. 1.phy.11.ex nihilo nihil fit 1. phy. 32. plures formas naturales eſſe in materia 2. phy. 21. formas mutari de materia in materiã 4. phy. 17.natura agit propter finem 2.phy. 74. formæ ſpecifice habẽt proprias materias.8. phy. 46.natura nil fruſtra facit 1.cœli.32.3.de anima. 45. natura de poſſibilibus facit ꝙ melius eſt, 2.cœli 74. hæc quidẽ ſunt propria principia,& ſuppoſitiones in logica & philoſophia, quæ ſunt nota de ſe, & non demonſtrantur à proprio artifice, in propria arte: ſed Nota ꝙ non demonſtrantur à proprio artifice; per demõſtrationẽ ſimpliciter, vel propter quid, 2. poſt.33.ſed per demonſtrationẽ quia, qñ fuerint ignota:ſed demonſtrantur,per demõſtrationem propter quid ab artifice cõmuni: hoc eſt à methaphiſico: & qm̃ de hac materia abũde fuit dictum in præcognitione de ſubiecto, ideo vide ibi & vtilia videbis.

Erunt enim illa omnium principia, & ſcientia: illorũ domina omnium: & namq; magis ſcit qui ex ſuperioribus cauſis,ſcit, ex prioribus enim ſciuit,quum ex non cauſatis ſciat cauſis. quare ſi magis ſciuit, & maxime: & ſi ſcientia illa eſſet, & magis & maxime.

POSTQVAM Ar.intulit vnũ correlariũ, ſ.ꝙ propria principia vniuſcuiuſq;, & ꝓpriæ artis nullo modo poſſunt demõſtrari in arte propria: in qua ſunt principia, ſed ſi demonſtrantur,non demonſtrantur niſi à metaphiſico:nunc infert aliud correlariñ,dicens (erũt enim illa omnium principia,& ſcientia illorũ domina omniũ) q.d.ſi principia propria ſciẽtiæ,propriæ,& particularis demonſtrantur, ꝑ principia communia ſcientiæ,methaphiſicæ: tunc ſequitur quòd illa principia, adde tu cõmunia, methaphiſica erunt principia omniũ principiorum propriorum, & ſcientia illorũ principiorum methaphiſicalium, erit domina: & regina omnium aliarum ſcientiarum: quoniam ipſa poteſt demonſtrare principia aliarum ſcientiarum, & habet poteſtatem ſuper illis,aliæ vero ſcientiæ particulares, ſunt veluti ſubditæ,& pediſſaquæ, & habent obedire,illi,& omnes recurrunt ad ipſam; quæ dat propter quid omnium principiorum ſingularum,artium, & quòd methaphiſica eſt domina omnium ſcientiarum, ſic probat dicens, (Et nãq; magis ſcit qui ex ſuperioribus cauſis,ſcit ex prioribus, enim ſciuit, cum ex non cauſatis ſciat cauſis, quare ſi magis ſciuit, & maxime, & ſi ſciẽtia illa eſſet,& magis,& maxime,) q. d. Ariſt. ſcire eſt per cauſam vt 2. met.4.& 1.poſt.7. nec non 2.poſt. 48. ſed methaphiſicus magis ſcit per cauſam, quàm cæteri artifices: qm̃ ipſe cognoſcit per cauſas ſuperiores altiſſimas, & alij per cauſas inferiores,& quanto aliquis magis ſcit per cauſam: tanto magis dicitur ſcientificus. Amplius methaphiſicus ſcit per cauſas maximas: qm̃ ſcit per cauſas non cauſatas,ergo maximè ſcit ex quibus erigatur ratio:ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ſic ſe habet magis, ad magis;& maximè ad maximè,regula eſt topica, ſed ſcire per cauſam,dicitur ſcire, ergo ſcire magis per cauſam, eſt magis ſcire, ergo ſcire maximè per cauſam eſt maximè ſcire,ſed methaphiſicus ſcit per cauſam, & non ſolum per cauſam, ſed per magis cauſam: & non ſolum per magis cauſam,ſed per maximam cauſam qm̃ ſcit per cauſam,nõ cauſatam, ſed per cauſam altiſſimam ſuperiorem,ergo methaphiſicus non ſolum dicitur ſciens,ſed magis ſciẽs, & nõ ſolũ magis ſciens,ſed maximè ſciẽs ſup omnes ſcientes, ex quo patet, ꝙ methaphiſica eſt omniũ humanarũ,ſeu acquiſitarũ ſcientiarũ domina,& imperatrix,regina. Vnde nomẽ ſciẽtis augetur à nomine ſciẽtiæ,à ſciẽtia n.dicit ſciẽs,& à magis ſciẽtia,magis ſciens, & à maximè ſcientia dicitur maxime ſciens, ſed methaphiſica eſt maximè ſciẽtia,ergo methaphiſicus dicitur maximè ſcientificus.

Demonſtratio autem non coaptatur in aliud genus: niſi,vt dictum eſt, geometriæ in mechanicas, aut perſpectiuas, & arithmeticæ in harmonicas. Tex.71. Idem 1. poſt. 59. & 60.

POSTQVAM Ariſt. declarauit in quibus ſcientiis poteſt fieri tranſitus,& in quibus nõ poteſt fieri tranſitus, verum etiam manifeſtauit,ꝙ methaphiſica poteſt demonſtrare principia omnium aliarum ſcientiarum, nunc vt rectè inquit Auer.facit Epilogũ,breuiter colligẽdo omnia; quæ ſupra narrauit; cauſa hui⁹ intẽtionis eſt;quoniam vt inquit Auer.ſic expedit in concluſione orationum demonſtratiuarum;vel vt inquit Ariſt.in 3.reth. cap. 13. in rebus difficilibus debet fieri Epilogus, ad memoriæ renouationem: ex quo Epilogus, nihil aliud eſt; niſi quædam breuis ſumma omnium dictorum,vt teſtatur Auer.5. phy.5. dum inquit cum declarauit iſta, perfecit ſermonem in dando ſummam de his; quæ declarauit,vt eſt mos ſuus in ſermonibus demonſtratiuis.¶ Dices ad quid deſeruit Epilogus? Dub. ¶ Dicas,ad memoriæ conſeruationem omnium eorum:quæ longiſſimis verbis fuerunt dicta;in tractatu hinc dicebat Ariſt. in libro de memoria;& remiſcentia.cap.1.ſenſus eſt præſentium ſpes futurorum,memoria verò facti, ſeu præteritorum. Sol. ¶ Diuiditur iſte textus in 3.partes,in 1.Epilogat illa,quæ dixit in 2. ibi (niſi) reſpondet tacitæ dubitationi, in 3. ibi (geometriæ) dat exemplum, in quibus nãq; ſcientiis demõſtratio,poteſt traſcẽdere, quo Diuiſio textus.

Digitized by Google

igitur ad primum, dicit Ariſt. (Demonſtratio autem (dicit (autem) Nota quòd ly (autem) ſolet ſumi pluribus modis. Vno modo continuatiue, ideſt pro vt dicit continuationem vnius libri, cum alio libro; vel vnius textus, cum alio textu; veluti ſumitur in 1. de gē. & cor. tex. 1. & 3. de anima 1. qui liber de gen. continuatur cum libro de cœlo; & tertius de anima cum ſecundo libro de anima: Alio modo ſumitur diuiſiue, vt 1. de anima 84. 1. phy. 1. & 3. de anima 6. Auer. Alio modo, pro ſed veluti 1. phy. 2. Alio modo pro igitur denotaus concluſionem, & hoc modo ſumitur hic. Vnde dicit Ariſt. (autem) ideſt igitur ſignificans concluſionem omnium dictorum, (demonſtratio non coaptatur) ideſt demonſtratio, non tranſit, (in aliud genus,) ideſt adde tu de vno genere in aliud genus, ideſt de vna ſcientia, in aliam ſciētiam.

Dub. ¶ Sed Dices, quid ſignificat dicere hoc, ſ. demōſtratio non tranſit de vna ſcientia, in aliam ſcientiam? Sol. ¶ Dicas, ꝙ demōſtratio nō accipit præmiſſas vni⁹ ſcientiæ, & concludit quæſitum alterius ſciētiæ. Dub. ¶ Dices contra, nam idem Ari. in hoc libro; in textu 59. & 60. aſſerit, ꝙ demonſtratio poteſt traſcendere de vno genere, in aliud genus. Sol. ¶ Reſpondet Ariſt. hic, & in textu 60. & dicit (niſi) q. d. quod demōſtratio, nō poteſt traſcendere (niſi) ideſt ſi ſcientiæ (nō ita ſe habent,) adde tu inter ſe; & quomodo ſe debet habere? hoc modo videlicet, vt vna ſit ſub altera; videlicet, vt vna ſit ſubalternans, & alia ſit ſubalternata, & ſi tales ſcientiæ non fuerint ſubalternatæ, & ſubalternantes: aut ſi habuerint ſubiectum æquiuocum, demōſtratio non traſcendit: ſed ſi fuerint modo ſupradicto, vel habuerint ſubiectum idem ideſt vniuocum, aut ſi non idem ſimpliciter, .i. vniuocum purum adminus, ſi habuerint ſubiectum idem, aliquo modo, ideſt analogum: tunc demonſtratio in talibus ſcientiis traſcēdere poteſt, (vt dictum eſt) relegat ſe Ariſt. hoc dixiſſe, & optime declaraſſe in textibus 58. 59. & 60.

Geometricæ in mechanicas, aut perſpectiuas.

NVNC Ari. exemplo declarat, in quibus ſcientiis demonſtratio poteſt traſcendere, & dicit, (geometriæ) .i. præmiſſæ geometriæ poſſunt traſcendere, (in mechanichas,) .i. poſſunt concludere cōcluſiones mechanicas, (& Arimethicæ) ideſt præmiſſæ arimethice poſſunt traſcendere, (in armonicas,) .i. poſſunt cōcludere cōcluſiones armonicas, ideſt muſicas, & cauſa eſt; qm̄ ſunt facultates, quæ ſunt ſubalternatæ, & ſubalternātes; & gaudēt hoc priuilegio, ad differentiam ſcientiarum; quæ nō ſunt ſubalternātes, & ſubalternatæ; & quæ non habent ſubiectum vniuocum; nec analogum: ſed habent ſubiectum purè æquiuocum, & diuerſum. Ex quibus defenduntur duæ concluſiones, & prima eſt talis, in ſciētiis poteſt fieri tranſitus, dico in ſcientiis ſubalternātibus, & ſubalternatis: vel in ſciētiis habētibus ſubiectum vniuocum, purum, vel analogum. 2. concluſio eſt talis, ꝙ in ſciētiis nō poteſt fieri tranſitus, dico in ſcientiis non ſubalternatis; nec ſubalternantibus habētibus ſubiectū omnino diuerſum, & purè æquiuocum. Due concluſiones defendun tur Prima concluſio Secunda concluſio

difficile autem eſt cognoſcere, ſi ſciuit: aut non. Tex. 72.

POSTQVAM Ari. notificauit, ꝙ ſcientia demōſtratiua non poteſt haberi, niſi ex propriis principiis, ipſius rei, & ſi aliter eſſet illa cognitio, non eſſet demonſtratiua; nec ſciētifica, vt optime aſſerit Auer. in quæſito 4. poſt. nūc proponit difficultatem; quæ reperitur ad cognoſcēdum, qn̄ aliquis ſcit per principia propria, & cauſa difficultatis eſt, qm̄ ad hoc, vt principia ſint propria, requiruntur multe cōditiones: quod inuit Auer. in com. cū dicit. Poſtquām cōmoſtrauit, ꝙ præmiſſæ, quæ ſunt demonſtrationum partes, oporteat amplecti tres conditiones: quarum vna eſt, ꝙ ſunt vniuerſales; ſecūda, ꝙ ſint per ſe: & Tertia, ꝙ ſint primæ, & quando cauſis inſunt hæ cōditiones ſunt cauſæ propriæ proxime illi rei cuius ſūt cauſa, præponēs Auer. cauſam difficultatis dicit ſic & quia quanto entia ſunt plurium conditionum; tanto difficilius eſt illa eſſe, aut cognoſci, ideo pro maiori textus intelligentia.

¶ Diuiditur iſte textus in 3. partes, in 1. proponit difficultatem, quæ reperitur in cognoſcendo, qn̄ aliquis ſcit demōſtratiue; & quādo nō ſcit in 2. ibi (difficile eſt enim) aſſignat cauſam difficultatis, in 3. ibi (exiſtimamus) reſpondet cuidam dubitationi: quantum. ad primum dicit Ariſt. (Difficile) Nota ꝙ ſcire demonſtratiuum, habetur per principia propria, 1. poſt. 9. 66. 67. 2. de gen. an. cap. 6. quo ſtante, poſſet dicere Aliquis, o, Ariſt. eſt facile vel difficile cognoſcere, (ſi) adde tu Aliquis ſciuit ex principiis propriis: aut non ſciuit ex principiis propriis? Reſpondet Ari. huic petitioni, & ſimul præponens difficultatem, q. d. ſi tu neſcis, an hoc ſit facile, vel difficile, dicō q. d. Ari. ꝙ eſt difficile; ſed Nota, ꝙ nos habemus tria nomina, vnum eſt quod dicitur falſum: Aliud quod dicitur impoſſibile. Aliud verò ꝙ dicitur difficile, vt teſtatur Ariſt. 1. cœli 119. ſcias ꝙ falſum, & impoſſibile nō eſt idem qm̄ vt dicit Ar. ibidem te non ſtantem dicere, te ſtare, eſt falſum: tamen nō eſt impoſſibile qm̄ ſi tu ſedes, non eſt impoſſibile, te ſtare, ſimiliter & cithariczantem, non autem cantātem, cātare dicere, falſum quidem eſt: ſed non eſt impoſſibile; ſed ſimul ſtare, & ſedere, vt ſi dicerem ſortes ſtat; & ſedet non ſolum eſt falſum; ſed

Diuiſio textus.

Digitized by Google

ſed eſt impoſſibile, quod quidem aſſerit Ari. 9.met.8.& 5.met.34.ſcias etiam, ꝙ hoc nomē (difficile) ſolet dicere difficultatem; vt acquiſitio ſciētiarum, eſt difficilis, & laborioſa; maximo enim cum labore, & ſudore acquirunt ſcientiæ veluti inuit Ariſt. 2.met.1. & 2. cœli 63, nec non galenus in prima particula aphoris.com.1. ſolet etiam dicere impoſſibilitatē, vt aſſerit Auer.3.phy.12. vt hominem volare ē difficile, id eſt impoſſibile. ¶ Dices, quō hic ſumit Ar.? ¶ Dicas quòd ſumitur hic, vt dicit difficultatem, nō impoſſibilitatem: q. d. Ariſt. (difficile eſt) id eſt nō eſt impoſſibile; ſed laborioſum. ¶ Dices, o, Ariſt. quod eſt illud, quod eſt difficile, & laborioſum? ¶ Reſpōdet & dicit difficile & laborioſum eſt, (cognoſcere) ſed dices quid eſt difficile cognoſcere? dicit hoc videlicet, (ſi Aliquis ſciuit aut non ſciuit) ¶ Dices, quare eſt difficile, & laborioſum cognoſcere, quādo aliquis ſciuit, aut nō? Reſpondet aſſignando cauſam, ſic dicens.

Petitio. Sol. Petitio. Sol. Petitio.

Difficile eſt enim cognoſcere: ſi ex vniuſcuiuſq; principijs, ſcimus aut non: quod eſt ſcire.

Postqvam Ariſt. propoſuit difficultatem, quæ reperitur in cognoſcēdo qn̄ aliquis ſciuit per propria principia; & quando nō ſciuit, per propria principia: nunc aſſignat cauſam huius ꝓpoſitę difficultatis; Aliquis enim dicit, o, Ar. quare eſt difficile cognoſcere; ſi Aliquis ſciuit ex propriis principiis? Reſpondet dicens (enim) pro quia (difficile eſt cognoſcere, ſi ſcimus ex principiis vniuſcuiuſq; id eſt ex principiis propriis illius, quod intēdimus ſcire: (enim) pro quia principia ꝓpria debent habere multas cōditiones: vt faciant ſcire, & propter multitudinem harum conditionum, generatur difficultas: quod quidem aſſerit Auer. in com. cum dicit quanto entia ſunt plurimum conditionum, tanto difficiliꝰ eſt illa ſcire, eſſe & cognoſci. ¶ Dices, ſi principia non haberēt iſtas cōditiones, quid ſequeretur? Reſpōdet Ari. 1. poſt. 9. & dicit ꝙ nō facerent ſcire. ¶ Iterum Dices, quot ſunt numero iſtæ conditiones? Reſpondet Ari. 1. poſt.9. & dicit ꝙ ſunt ſex. ¶ Dices quæ ſunt? Reſpondet ibidem, & dicit, ꝙ principia debēt eſſe vera, prima, immediata, priora, & notiora & cauſa cōcluſionis, immo addit Auer. in æpit.log. cap. de dē. ꝙ cōditiones quas debēt habere principia demōſtrationis, ſunt nouē, & Prima eſt ꝙ ſit vera, 2. quòd ſit vniuerſalis. 3. ꝙ ſit neceſſaria, 4. ꝙ prædicatio ſit perſe. 5. ꝙ eius præmiſſæ ſint cauſa inuētionis, cōcluſionis, nō ſolum noſtræ cognitionis. 6. ꝙ prædicatio in eis ſit ſm̄ curſū naturalem. 7. ꝙ cū hoc, quòd ſunt priores, ſecūdum eſſe, ipſa cōcluſione ſint etiam priores, ſecūdum cognitionem. 8. eſt, ꝙ prædicatum in ei ſit prædicatum, prima predicatione. 9. autem eſt, quod ſint ꝓpriæ. 10. quod in eis ſit prædicatio quorundam de aliquibus, primo hoc eſt ſine medio. ¶ Dices, ſi aliqua iſtarum cōditionum defecerit, quid ſequeretur? ¶ Reſpondet Auer. in quæſito 4. poſt. & dicit, ſic qui verò rem, ꝑ præmiſſas quibus, deficit aliqua iſtarum cōditionum, ſciret illam: aliter quàm eſt, ex quo nō ſciret illam, per res neceſſarias, ex quibꝰ cōſtituitur eſſentia rei; & notum eſt, quòd qui eſt deuius ab hac parte doctrinæ, & latuerunt eū hæ cōditiones, iam latuerit illum, quid ſit ſcientia quæſita in hac arte, vnde exponatur textus ſic, (Difficile eſt) id eſt laborioſum eſt cognoſcere, ſi Aliquis ſciuit, aut non ſciuit: qm̄ difficile eſt cognoſcere, quando ſcimus, (ex) id eſt per principia, (vniuſcuiuſq; id eſt ꝓpria: tamquā per inſtrumēta facientia ſcientiam, quæ principia propria: ideo dicuntur ꝓpria, qm̄ cōtinēt medium quod eſt cauſa propria: vt ait Auer. 1. poſt. 11. ex quo optimè inquit Auer. in cō. difficile eſt nobis, vere affirmare nos ſcire rem per cauſam proximā eſſetialem, & proportio natam: qm̄ vltimæ cauſæ propriæ, vt plurimum nos latent: & loco ipſarum accipimus accidētia propria, quod etiā confirmat 1. poſt. 36. 2. poſt. 20. & 94. in Epit. log. cap. de dem. & in cap. de def. clarius 7. met.41. & 8. met. 5. nec nō 4. cœli 6.26. 8. phy. 32. & 5. phy. 10. & 1. de anima 2. quæ propria accidentia dependent ab ipſis, vnde melius eſt ſcire rem, eo modo, quo poſſumus: quàm omnino eam ignorare, & ideo arduum, & difficile: & maxime laborioſum eſt, ipſum ſcire, ſed ſi Aliquis quæreret, cur magnes attrahit ferrum: & cur reubarbarum purgat coleram: non enim eſt dicendum: quia eſt calidum, vel frigidum, qm̄ hæc ſunt paſſiones; quæ vltimā rei cauſam, & differentiam cōſequuntur, ſed eſt dicendum in communi, quia hoc prouenit ex principiis, & cauſis occultis, hinc enim fēlix dicitur ille, qui potuit rerum cognoſcere cauſas. ¶ Sed Dices, Ariſt. definiens demonſtrationem, 1. top. 1. non fecit mentionem & 1. poſt. 9. de tot, & tantis cōditionibus: ſed dixit demōſtratio eſt, ex veris, & primis, ſyllogiſmus erit ergo principia, quæ faciunt ſcire, debent eſſe tantum vera, & prima, & non debent habere tot, & tantas conditiones. ¶ Dicitur, ꝙ per illam particulam ſcilicet (ex primis) inferuntur aliæ conditiones: vnde in 1. poſt. nominauit expreſsè, in tex. 9. in 1. top. tacitè ſupponens, declaraſſe omnes in 1. poſt. & ideo dicit Ariſt. 1. top. cap. 1. ꝙ figuraliter, & ſummatim pertranſiuit de demōſtratione. ¶ Dices, ſi Ari. præponit tantam difficultatē, in habendo ipſum ſcire: ergo videtur dehortari illos, qui volunt ſcire. ¶ Dicitur, ꝙ non præponit difficultatem cauſa dehortandi; ſed vt qui intendunt nauigare per tam altum, ac ꝓfun-

Dub. Sol. Dub. Sol. Dub. Sol. Dub. Sol. Dub. Sol. Dub. Sol.

Digitized by Google

fundum mare ſcientificum: & ſint attenti, ac ſtudioſi,& totum animum applicent,vt acquirant vltimam eorum perfectionem: ex parte ſciētiæ,& hæc ē beatitudo humana, vt inquit Auer.2.de par.an.cap.7.ad differentiam illorum,qui volunt denominari per ſcientiam,& exaltari,& gloriari gloria magna,ſine labore, & faſtidio, abſq; hoc, ꝙ ſint digni, vt inquit Auer.2.de par.an.cap.7.clarius 1.eléc. cap.1. (quod eſt ſcire) ideſt (quod) ſ. cognoſcere, ſi ex vniuſcuiuſq; principiis,ſcimus, aut non, (eſt ſcire,qm̄ non ſolum debemus ſcire per ꝓpria principia, ſed debemus etiam cognoſcere, ꝙ ſcimus per propria principia, 1. poſt. 7.

Sol. ¶ Dices,qūo cognoſcimus,qn̄ ſcimus per propria principia? ¶ Dicas, quando habemus regulas cognoſcēdi propria principia. ¶ Dices quæ ſunt iſtæ regulæ.¶ Dicas,ꝙ illa ſunt propria principia, quæ habent tres conditiones, ſ.de omni per ſe,& ſecundum ꝙ ipſum, veluti recte ſcribit Auer. in com.

Dub.

Dub.

Sol.

Exiſtimamus autem,ſi habeamus ex veris quibuſdam ſyllogiſmum,& primis, ſcire hoc autē non eſt.

POSTQVAM Ariſt. aſſignauit cauſā difficultatis, ſ.quando difficile eſt cognoſcere qn̄ Aliquis ſciuit, & qn̄ non ſciuit, nunc Reſpōdet cuidā dubitationi: Aliquis enim poſſet dicere, o, Ari. ſi nos haberemus ſyllogiſmum,qui non fieret ex tot,& tantis conditionibus,in nono textu prænotatis: ſed tantum ex veris,& primis, poterimus ne dicere, ꝙ ꝑ talem ſyllogiſm̄um ſcimus? Reſpondet Ar.& dicit,ꝙ ſi nos haberemus talem ſyllogiſmum factum,ex his duabus conditionibus.tantum non verè ſciremus, (ſed exiſtimamus).i.credimus ſcire:ut dicit Auer. tamē res nō eſt ita vt in paraphraſi inquit, hoc eſt nō ſcimus ſed q.d. Ariſt.oportet ad hoc, vt ſciamus habere ſyllogiſmum cum omnibus cōditionibus nominatis,in nono textu;vbi inquit etiā ꝙ principia propria,ſic erunt eius,quod demonſtratur;& ſine his conditionibus erit ſyllogiſmus non autem demonſtratio: qm̄ non faciet ſciētiam,ex quibus omnibus lege literam:hoc pacto:(ſi habeamus ex veris quibuſdam ſyllogiſmum, & primis,) hoc eſt ſi nos habemus ſyllogiſmum ex præmiſſis tm̄ veris, & primis & non cum omnibus, quæ fuerunt numeratæ in textu nono, (exiſtimamus).i. credimus ſcire, (hoc autem non eſt) q.d.tn̄ non ſcimus qm̄ (hoc) ſ.ſcire ſolum,per præmiſſas veras, & primas,(non eſt ſcire,) ſ.ſimpliciter: quod quærimus per demonſtrationem ſimpliciter, ſed eſt ſcire per accidens,& ſophiſtico modo, vt inquit Ariſt. 1. poſt. 67. contra Briſonem.

Dub. ¶ Dices,quid intelligit Ar.per ly (primis)exponit Auer.i. ex immediatis. ¶ Dices, ſi non

Dub.

ſufficit,vt aliquis ſciat, quòd habeat ſyllogiſmum ex veris,& primis tantùm quid aliud requiritur? ¶ Reſpondet, & dicit; ꝙ non ſolum principia debēt eſſe vera,prima,.i. immediata;ſed etiam debent eſſe cognata, .i. propria ꝙ aſſerit ſic dicens. Sol.

Sed oportet primis cognata eſſe.

Tex.73. pro hoc tex. vide 1.poſt. 1. 74.75.76.

POSTQVAM Ariſt. propoſuit difficultatem,quæ reperit in cognoſcendo: qn̄ Aliquis ſcit,ex propriis, principiis: & qn̄ non ſcit ex propriis,principiis, & dixit ꝙ ſi aliquis componit ſyllogiſmum, ex veris, & primis, ſolum exiſtimat, & credit ſcire: tamen non ſcit, nunc declarat, ꝙ non ſolum principia debēt eſſe vera, & prima, ſed debent eſſe propria, & declarat, quæ ſunt propria principia in omni ſcientia, ex quo infert conuenientiam,& differentiam inter principia,& concluſiones, & ſubiectū. ¶ Diuiditur iſte textus in quatuor partes, in prima declarat, ꝙ principia non ſolum debent eſſe vera, & prima; ſed etiam debent eſſe propria,in ſecūda (dico autem) declarat principia propria in vnaquaq; ſciētia: quæ ſunt,in 3.ibi (quid igitur ſignificant,) ponit conuenientiam,& differentiam inter principia,& cōcluſiones,in 4.ibi (vt quid vnitas) exemplo declarat omnia quæ dixit, quo ad primum Aliquis dicet,o,Ar.dixiſti,ꝙ qn̄ nos componimus ſyllogiſmum ex veris,& primis ſolum tunc non ſcimus ſimpliciter; ſed exiſtimamus ſcire, vel lem ſcire cauſam: quare nō certe ſcimus, Reſpondet, & dicit, (ſed) pro qm̄ (oportet).i.ſimpliciter neceſſarium eſt, ꝙ principia, vt faciant ſcire, non ſolum debent eſſe vera,& prima,(ſed etiam debent eſſe,) cognata primis, .i. debent eſſe propria, & vt inquit Auer.debent eſſe Proportionata. Diuiſio textus.

¶ Dices quare oportet vt ſint propria? ¶ Dicitur qm̄ principia poſſunt eſſe vera & nō ꝓpria vt omne rationale eſt bipes eſt propoſitio vera tamen non eſt propria qm̄ non eſt cōuertibilis poſſunt etiam eſſe principia prima & nō ꝓpria vt ſupficies eſt alba vnde ſequit̄ ꝙ qui vult ſcire oportet vt habeat principia nō ſolū vera prima ſed etiā propria & ſic ſcit vere per ſe & ſimpliciter. ¶ Dices, quæ ſunt principia propria qūo cognoſcuntur? ¶ Reſpondet Ariſt.& dicit. Dub Sol.

Dub. Sol.

Dico autem principia in vnoquoq; genere hæc: quæ quòd ſunt, non contingit monſtrare.

POSTQVAM Ariſt.in 1. parte huius textus declarauit ꝙ principia ex quibus fit demonſtratio non ſolum debent eſſe vera & prima ſed etiam oportet eſſe propria nunc declarat in hac 2. parte textus quæ ſunt principia propria & q.d.ſi tu neſcis quæ ſunt principia pro-

Digitized by Google

pria (Dico).i. declaro (principia) adde tu propria (hæc) Dices quæ? Reſpõdet q.d.ſunt illa (quæ) non contingit (Nota q ly) contingit variis modis ſumitur, & primo modo proſequitur vt patet in definitione ſyllogiſmi Alio modo ꝓ vt dicit quodlibet vt 1.phy. 43.44.45.46. Alio modo ꝓ eſt vt primo priorum cap.4.hic vero ſumitur pro eſt q.d. Ariſt. q principia non cõtingit .i.nõ eſt & hoc modo ſe exponit 1.poſt.14.quando dicit poſitionem quidem dico quã non eſt monſtrare hoc eſt principia propria ſunt illa quæ neceſſario non ſunt (monſtrare).i. demonſtrabilia, ſed ſunt indemonſtrabilia,& non poſſunt demonſtrari (in vno quoq; genere).i. in vnaquaq; ſciẽtia propria & demonſtratiua vt etiam ſe exponit Ari. in textu 76. qm̃ ſunt ad eò nota in illa ſcientia quæ non poſſunt demonſtrari in illa ſciẽtia veluti rectè inquit Ariſt. 1. poſt. 14.q etiam confirmat Auer.2.poſt.33.2.phy. 22.26.& 12.met.5.vbi aſſerit quòd nullus artifex proprius & particularis poteſt demonſtrare propria principia in propria ſcientia qm̃ principij demonſtrationis & ſcientiæ 2. poſt.14.clarius 4.met.16.non eſt demonſtratio quando fuerint nota ſed qñ contingerit q fuerint principia ignota tũc proprius artifex poterit illa demonſtrare ſed non per demonſtrationem ſimpliciter nec per demonſtrationem propter quid, ſed ſolum per demõſtrationẽ quia vt teſtatur Auer.12. met.5.& 2. phy. 22. q quidem raro aut numquam contingit vt dicit Auer.2. poſt.33. ſed nota q proprius artifex ſolum per demonſtrationem quia poteſt demonſtrare principia qñ fuerint ignota ſed methaphiſicus qui eſt Artifex communis 1. poſt. 70. poteſt ꝑ demonſtrationẽ propter quid dando cauſã illorũ vt inquit Auer. in Epit.met.tract.1.cap.1.& ideò dicit Ariſt. in vnoquoq; genere .i. in vnaquaq; ſcientia adde tũ propria qm̃ in alia ſcientia quæ non eſt propria ſed communis,vt eſt methaphiſica principia poſſunt demõſtrari logicus enim qui eſt artifex proprius & particularis nõ poteſt probare hoc principium in logica ſ.q ſcire eſt per cauſam qm̃ eſt per ſe notũ & in hoc principia propria quæ dicuntur poſitiones 1. poſt.14 differunt à dignitatibus qm̃ dignitates ſunt ſimpliciter & in omni ſcientia indemonſtrabiles. ¶ Dices,o,Ariſt.id q demõſtratur, vel non demonſtratur duobus modis poteſt demonſtrari & non demonſtrari vno modo quo ad eſſe Alio modo quoad ꝓpter quid vellem ſcire nunc ſi principia propria non demonſtrantur quomodo non demonſtrantur? Reſpondet Ariſt. & dicit q non demonſtrãtur (q ſunt).i. non demonſtrantur eſſe qm̃ ſunt adeò nota quo ad eſſe quæ nulla indigent probatione probante ipſa eſſe. ¶ Iterum dices eſſe eſt duplex aliud ſimplex aliud compoſitum ſi pricipia ſũt nota quo ad eſſe vellẽ ſcire quo ad q eſſe ſimplex vel compoſitum? Reſpõdet 1. poſt. 2. & dicit quoad eſſe compoſitum qm̃ principia præcognoſcũtur eſſe vera & in hoc principia differunt à ſubiecto qm̃ ſubiectum eſt notum quo ad eſſe ſimplex principia vero quo ad eſſe ſimplex & compoſitum qm̃ compoſitũ ſupponit ſimplex non enim poſſunt haberi duo ſi non ſupponitur vnũ. ¶ Dices quarè per ly (in vnoquoq; genere debemus intelligere idest in vnaquaquæ ſcientia? ¶ Dicas qm̃ ſubiectum,quod genus ab Ariſt.appellatur 1.poſt.57.58.59.76.179.eſt capud ſciẽtiæ qm̃ ſi ſubiectum eſſet ignorum tunc non eſſet ſcientia qm̃ de non ente nõ habetur ſciẽtia 1.poſt.10.& 2.poſt. 32. ¶ Dices ſi per genus intelligitur ſubiectũ quarè potius dixit genus quàm ſubiectum? ¶ Dicas qm̃ mos eſt Ariſt. vti his tribus nominibus qñ vult nominare ſubiectum vel dicit genus, vel ſubiectũ, vel compoſitum & non ſine maximo artificio vocat enim genus res pectu ſpetierũ, quæ ſũt partes ſubiectiuæ de quibus prædicat vt anima quæ eſt ſubiectum in lib. de anima dicitur genus reſpectu ſuarum ſpetierum quæ ſpeties ſunt partes ſubiectiuæ vt generatiua ſenſitiua, & intellectiua 2. de anima 27. de quibus anima vt genus prædicatur hinc ſumitur q ſubiectum prædicatur tamen non vt ſubiectũ ſed vt eſt genus, vocat etiam ſubiectum reſpectu prædicati q prædicatur de ſubiecto vt 1. priorum cap. 1. vocat compoſitum reſpectu principiorũ vt 1. phy. 64.65. hinc nota quòd qñ dicit Ariſt.1.poſt.179. ſubiectum eſt id de quo indagantur partes principia & paſſiones dixit partes ſubiectiuas reſpectu generis dixit principia reſpectu compoſiti dixit paſſiones reſpectu ſubiecti & ideo nunc vocat genus,nunc ſubiectum,& nunc compoſitum his ſic ſtantibus conſtrue literam hoc modo q. d. Ariſt. principia demonſtrationis non ſolum debent eſſe vera prima ſed neceſſariũ eſt eſſe cognata primis .i.debent eſſe propria quæ ꝓpria ſunt cognata .i. affinia cum primis, quæ principia ꝓpria (dico).i.declaro eſſe (hæc) ſ.quæ (non contingit monſtrare).i. quæ neceſſario non poſſunt demõſtrari eſſe qm̃ ſunt nota,eſſe ſ.vera.

Dub.
Sol.
Sol.
Dub.
Dub.
Sol.
Dub.

Quid igitur ſignificant & prima & quæ ex his, accipitur,quod autem ſunt principia quidem neceſſe eſt accipere,alia vero monſtrare.

POSTQVAM Ariſt. declarauit quæ ſunt propria principia in vnaquaq; ſcientia in hac tertia parte ponit conuenientiam inter principia, & concluſiones, ſed pro intelligentia Nota quòd dixit Ariſt. 1.poſt.2.q dignitates, quæ nunc ab ipſo prima nuncupantur præcognõſcuntur quia ſunt veræ & nõ dixit quid ſigni-

Digitized by Google

gnificant nomina earum nunc vult docere ꝙ non ſolum dignitates præcognoſcuntur quia ſunt uere, ſed etiam quid nomina earum ſignificant in quo conueniunt cum quæſitis quoniam quæſita præcognoſcuntur quid nomina eorum ſignificant & conueniunt etiam cum ſubiecto qm̄ de ſubiecto etiam præcognoſcit quid ſuum nomen ſignificat.

Dub. ¶ Dices quare Ariſt. in 2. textu ſolum dixit quòd dignitates præcognoſcuntur quia ſunt veræ, & nō dixit quid ſignificant nomina earum? Reſpondet in textu 76. & dicit ꝙ quodlibet præcognitū aliqua præcognitione quando fuerit notum illa præcognitione nō oportet vt præcognoſcatur illa præcognitione ſed ſupponitur tāquam notum modo dignitates ſunt præcognite quid nominis imo notiſſime ideo in 2. textu Ariſt. omiſit ſed qn̄ fuerint ignotæ quoad quid nominis tunc oportet vt præcognoſcantur quid nomina earum ſignificant & ſic intelligitur hic dicit ergo Ariſt. ſic (quid igit ſignificāt & prima & quæ ex his accipitur) dicit igitur quæ dictio notat exequtionem dicē dorum (&) q.d. quòd ſubiectum (&) prima,.i. principia prima vt ſūt dignitates (&)quæ ex his; .i. concluduntur, & ſciuntur (ex his) ſ. dignitatibus veluti ſunt quæſita & cōcluſiones cōueniunt in hoc tam dignitates quàm cōcluſiones & ſubiecta ꝙ qn̄ ſunt nota quid ſignificāt nō præcognoſcitur de ipſis, ipſum quid .i. nomē ipſorum, ſed (accipitur) .i. ſupponitur, tamquam notum.

Dub. ¶ Sed dices, o, Ariſt. cū duæ ſint præcognitiones vna eſt; quæ dicitur, quid ſignificat nomē, & alia eſt, quia eſt 1. poſt. 2. quæro ſi principia nō præcognoſcūtur quoad quid nominis: qm̄ ſunt nota hac præcognitione, & accipiuntur, ergo principia demōſtrātur, ꝙ ſunt .i. quia ſunt.

Sol. Reſpōdet Ariſt. & dicit, (quòd autē principia ſunt neceſſe eſt accipere) q. d. nō ſolum neceſſe eſt principia eſſe præcognita, quid nominis: ſed etiam neceſſe eſt accipere, (.i. neceſſarium eſt ſupponere,) quòd ſunt(.i. quia ſunt.

Dub. ¶ Dices, ipſum quod dicitur duobus modis. Vnum ſimplex. Aliud compoſitum, 1. poſt. 2. ſi principia ſunt nota, quòd ſunt, quæro quo ad ꝙ eſſe ſunt; nota ſimplex, vel compoſitum?

Sol. Reſpōdet Ariſt. 1. poſt. 2. & dicit, ꝙ dignitates, ſeu principia præcognoſcuntur, quia ſunt vera, .i. quoad quod cōpoſitum, ad differentiam ſubiecti: de quo præcognoſcitur, quia eſt ſimplex, .i. ſi eſt.

Dub. ¶ Dices o, Ariſt. ſumus ne dubij de hoc, an certi, & ſecuri? ſ. quòd principia ſunt nota, ꝙ ſunt vera? ¶ Reſpōdet Ariſt. & dicit, (quidem) pro certè denotās certitudinem; q.d. omnes poſterioriſtæ pro certo habeāt, ꝙ principia ſunt nota: quòd ſunt vera, & quid nomina eorum ſignificāt.

Dub. ¶ Dices, quid intelligit, Ariſt. per ly (prima?)

Sol. Dicas, ꝙ intelligit principia, & quare dixit prima, & nō dixit principia? Dicas, ꝙ hoc fecit Ari. ad denotādum ꝙ principia debēt eſſe propria qm̄ idem eſt dicere primum, & proprium 1. poſt. 13.

Dub. ¶ Dices 2. poſt. 1. & 2. nec non 39. & 7. met. 59. quia eſt non eſt præcognitio; ſed eſt quæſtio, quæ quæſtio eſt cōtraria præcognitioni, 2. poſt. 33. qūo ergo dicit Ariſt. ꝙ principia præcognoſcuntur: quia ſunt vera? ¶ Dicitur ꝙ ly quia eſt qn̄ eſt ignotū, tūc dr̄ q̄ſtio qn̄ eſt notū dr̄ ꝑcognitio, vt 1. poſt. 2. ait Auer.

Dub. ¶ Dices. ſi principia ꝑcognoſcūtur eſſe; quæ ſunt illa; quæ demōſtrātur eſſe? Reſp. Ar. & dicit. (Alia verò mōſtrare) q.d. neceſſe eſt (mōſtrare) .i. demōſtrare ꝑ demōſtrationem(alia) .i. quæſita naturaliter ignota. ¶ Dices, quare quęſita vocātur alia ab Ar. Dicas qm̄ ſūt naturaliter ignota; & principia ſunt naturaliter nota. ¶ Dices, ſi ſunt alia, à quibus ſunt alia. Dicitur, ꝙ ſunt alia à principiis; & quare ſūt alia à principiis? Dicas, qm̄ quæſita ſunt naturaliter ignota, & principia ſunt naľter nota, & qm̄ naľter notū eſt aliud diuerſum; & differens à naľter ignoto: ideo quæſita dicūtur alia, ſeu diuerſa à principiis.

Vt quid vnitas, aut quid rectum, & triāgulum; eſſe autem vnitatem accipere, & magnitudinem, altera verò monſtrare.

Postqvam Ariſt. declarauit cōueniētiam inter principia, & cōcluſiones, ꝙ ambo ſunt nota, quoad quid nominis: & declarauit differētiam, quæ eſt inter principia, & cōcluſiones; qm̄ principia accipiūtur eſſe; ſed cōcluſiones demōſtrātur eſſe, nūc vult exemplo manifeſtare id, ꝙ dixit: q.d. ſi deſideras exemplum de dittis, hoc eſt & primo de ſubiecto, (vt quid vntas) quæ vnitas eſt ſubiectum in arithmetica, quod ſubiectum oportet quemlibet artificem præcognoſcere, (quid) .i. nomē ſubiecti; ſed qn̄ ſubiectum eſt notum, quid ſuum nomen ſignificat, ars non præcognoſcit illud: ſed deſpicit tamquam notum.

Dub. ¶ Dices Ariſt. nō facit mētionē de ſubiecto in parte ſuperiori huius textus; ſed tātum de principiis, & de his; quæ cōcludūtur ex principiis, vti ſunt quæſita. quare nūc dat exemplum de ſubiecto?

Sol. Dicas, vt ponat cōueniētiam inter ſubiectum, & quæſita: qm̄ tam ſubiectum, quā quæſitum præcognoſcitur, quid ſuum nomē ſignificat: & ꝙ hoc ſit verum dat exemplum de recto; & de triangulo, quæ ſunt quæſita: qn̄ dicit, (aut quid rectum, & triāgulum) q.d. Ar. nō ſolum vnitas: quæ eſt ſubiectū præcognoſcitur quid eorum nomē ſignificat: ſed q. d. Ari. differt vnitas; quæ eſt ſubiectum à recto, & triangulo; quæ ſunt quæſita: qm̄ (eſſe autē vnitatem accipere, & magnitudinem,) .i. qm̄ ſuppſetu neceſſe eſt (accipere) .i. ſupponere, (eſſe) vnitatem, & magnitudinem, quæ ſūt ſubiecta, quæ non demōſtrantur eſſe, (altera verò mōſtrare)dicit (verò) pro ſed neceſſe ē,

Digitized by Google

adde tu (môſtrare) .i. demôſtrare per demonſtrationẽ, (altera) .i. quæſita (eſſe) & ſic ſubiectum conuenit, cũ quæſito, qm̃ de vtriſq; præcognoſcitur, quid nominis, ſed differunt: qm̃ ſubiectum accipitur, & præcognoſcitur eſſe quæſitum, vero demôſtratur eſſe. ¶ Dub. Dices, ſi quæſitã demôſtrãtur eſſe, veliẽ ſcire, quòd nã ẽ hoc eſſe? Sol. Reſp. Auer. in paraphraſi & in hoc commento, & dicit, quòd eſt eſſe in ſubiectis, hoc eſt quæſita prædicata, quæ ſunt accidẽtia eſſentialia, demôſtratur eſſe in ſubiectis, ſuis: in quib⁹ ſũt quod eſſe in ſubiectis vocaẽ ineſſe ex quo dicas quòd quæſita demôſtrantur eſſe .i. ineſſe ſuis ſubiectis: quod ineſſe vocatur inherẽtia; quæ inherentia eſt eſſe accidẽtis qm̃ accidẽtis eſſe ẽ alteri ineſſe quæ inherẽtia eſt naturaliter ignota: hinc Nota q quæſitũ, ſeu prædicatum, non ſolum præcognoſcitur quid nominis, ſed etiã præcognoſcitur eſſe, qm̃ ſumitur in præmiſſis; vt notum nã ſicut præmiſſæ ſumuntur eſſe, ſic etiam quæſitum, quod accipit in præmiſſis; ex quo recte inquit Auer. in hoc com. quòd prædicatũ enũtiationis differt à prædicato quæſiti: .i. concluſionis, qm̃ prædicatũ præmiſſarum debet admitti eſſe; ſed prædicatum quæſiti demonſtratur ineſſe.

Tex. 74. *Sunt aũt, quibus vtuntur in demôſtratiuis ſcientijs, alia quidem propria vniuſcuiuſq; ſcientiæ, alia vero communia: communia autem ſecundum proportionem: quoniã vtile vtique. quantum in eo; quod ſub ſcientiam eſt genere.*

Poſtqvam Ariſt. notificauit principia in in quacunque ſciẽtia, debere eſſe nota omni noticia: quid nominis, & quia eſt, qm̃ principia ſunt veluti locus ianuæ, quem nemo ignorare debet, 2. met. 1. nũc Ar. vult docere, quòd principia; quæ ſupponuntur eſſe in qualibet ſcientia, & non demôſtrãtur eſſe, ſunt duobus modis. Quædam ſunt propria, & quædã ſunt cõia. ¶ Diuiſio textus. Diuiditur iſte tex. in 2. partes, in 1. docet quòd principia ſunt duobus modis ꝓpria & cõia, & reſp. tacitæ obyectioni in 2. ibi (propria quidem) exẽplo declarat, quæ ſunt principia propria; & quæ cõia quo ad primũ poſſet dicere Aliquis, o, Ar. illa principia, quib⁹ vtũtur poſterioriſtæ, & oẽs ſcientifici in ſciẽtiis demonſtratiuis, quot modis dicuntur? Reſp. Ariſt. & dicit, quod ſunt duobus modis; & dicit (ſunt autem) adde tu principia, (quibus) ſ. principiis, (vtuntur) poſterioriſtæ, & omnes ſcientifici, (in ſcientiis demonſtratiuis,) .i. in ſcientiis; quæ per demôſtrationem habentur. Alia quidẽ propria vniuſcuiuſq; ſciẽtię. Alia verò cõia. Nota q dixit (alia) qm̃ principia propria ſunt alia .i. valde diuerſa à principiis communibus; & communia ſunt alia, & diuerſa à ꝓpriis ex quo clariſſime patet: quòd principia; quæ ingrediuntur demonſtrationẽ ſũt duobus modis communia, & propria.

Communia autem ſecundum proportionem: quoniam vtile vtique, quantum in eo, quod ſub ſcientiam eſt genere.

Poſtqvam Ari. manifeſtauit, quòd principia, quibus poſterioriſtæ vtuntur in ſcientiis demonſtratiuis, ſunt duo communia, & propria: nunc Reſp. tacite obyectioni, quæ eſt talis: nam poſſet Aliquis dicere, quòd id quod dicit Ar. eſt contra ſe ipſum: qm̃ 1. poſt. 9. & 67. ait quòd demôſtratio fit ex propriis, non autẽ ex communibus: imo 2. de gen. an. cap. 6. inquit quòd inanes ſunt rationes, quæ non ex propriis ducũtur principiis, clarius 8. top. cap. de inſtantiis: vbi dicit Ar. impoſſibile eſt demôſtrare quippiam, cum qui non incipit à ꝓpriis principiis: quod cõfirmat 1. top. cap. 1. cũ dicit demôſtratio eſt qñ ex veris, & primis, ſyllogiſmus erit ex quib⁹ verbis, late patet quòd demôſtratio nõ fit ex communibus. Reſp. Ariſt. & dicit, quòd principia cõmunia vtitantur in ſcientiis demôſtratiuis, (ſecundum proportionem) .i. ſecundum, quòd ſunt proportionata illis ſcientiis, & vt ſunt contractim ſumpta, & appropriata v. g. hoc principium eſt commune pluribus ſcientiis. ſ. ſi ab æqualibus æqualia demas; quæ remanẽt ſunt æqualia, hoc enim principio vtitur geometra & naturalis, & Arithmeticus, & alii, vnde eſt principium commune; & nulli ſcientiæ determinatæ, additum: qñ verò Aliquis iſtorũ vtitur hoc principio, non accipit illud in ſua cõmunitate; & generaliter, & vt commune eſt; ſed ipſum contrahit ad ſubiectum illius ſcientiæ, in qua vult vti, quemadmodum ſi geometra vult demôſtrare aliquod quæſitũ, per hoc principium commune: non dicit in communi ſic ſi ab æqualibus æqualia demas; ſed dicit ſic contrahendo ipſum, ſi ab æqualibus magnitudinibus; arithmeticus vero nec in ſua generalitate accipit hoc principium: ſed cõtrahit ipſum, & dicit ſic, ſi ab æqualibus numeris; & ſimiliter alij artifices: qui hoc vtuntur principio, omnes contrahũt ipſum ad ſubiectum artis; eſt aliud exemplũ clarius pro iunioribus, v. g. quando dicimus homo eſt animal, ly animal non prædicatur de homine: qñ communiter, & abſolute ſumitur, & ſimpliciter, vt cõmune ẽ, qm̃ animal ẽ rationale, & in rationale ſimiliter homo eſſet rationalis, & in rationalis, ſed prædicatur de homine contractim, per ſuam differentiam, dicendo ſic, homo eſt animal cum potẽtia ad rationem: vt recte inquit Auer. 2. poſt. 94. Ex quibus late patet q principia cõia, nõ ſumpta communiter, & in ſua generalitate, ingrediuntur demonſtrationẽ; ſed appropriatè ad genus artis: ¶ Vel aliter dicẽdũ, ſed Nota, quòd Ar. 2. phy. 26. inqt q ſol et homo copulatim generãt hominẽ, nõ Alia ſ.l.

Y vnum

vnũ ſine alio;ſed differenti modo, ſol vniuerſaliter, & virtute, homo verò formaliter, & ſpecifice,quod quidẽ inuit Ar.12.met. 33.34. & 2.de gen.& corrup. 56.acceſſu,& receſſu ſolis facit cõtraria;quo ſic ſtãte;principia communia ingrædiuntur demõſtrationẽ virtute, & potentia,ſicut ſol ingreditur generationẽ; principia verò propria actu,& formaliter, ſic homo, hoc eſt ſortes ingreditur generationẽ. ¶ Dices principia communia ſolum ſufficiũt ne ad ſcientiã? ¶ Dicas,ſed nota,ꝙ ſol,ſeu virtus ſolis; quæ eſt virtus communis concurrit abſq; agẽte particulari, ad generationẽ animalium;quæ fiunt ex putrefactione: tamẽ illud animal ꝙ generatur,non eſt animal perfectum vt ſcribit Auer.12.met.18.40.& 18. q̃m dicit calor igitur ſolis, & ſtellarũ diffuſus in aqua, & terra generat animalia ex putrefactione nata,& vniuerſaliter omnia, quæ fiunt ſine ſemine, & cauſa eſt, q̃m agens vniuerſale non producit animal perfectum,niſi mediãte agẽte particulari: à ſimili principia cõmunia non agenerant perfectam ſcientiam: niſi mediantibus principiis propriis. ¶ Iterũ Dices, o,Ar.quare oportet accipere principia communia in ſcientiis? Reſp.& dicit (q̃m vtile vti quæ) .i.ideò oportet præcognoſcere principia communia in ſcientiis, (q̃m) nunc reddit cauſam (vtile eſt accipere,) ſ.confert in ſciẽtiis accipere hæc principia,inquãtũ pertinẽt ad genus ſubiecti:quod continet ſub illa ſciẽtia. ¶ Dices, ſi principia ſunt duobus modis cõmunia,& propria,o,Ar.da exẽplũ de vtriuſque principiis? Reſp. Ar. & primo dat exemplum de propriis de inde de communibus.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Propria quidem:quemadmodum lineam eſſe talem, & rectum.

POSTQVAM Ar.declarauit ꝙ principia, quibus Poſterioriſtæ vtuntur in ſcientiis demõſtratiuis,ſunt duobus modis, ſ.propria, & cõia,nũc exẽplo declarat,quæ ſunt principia propria,& quæ ſunt cõia, ſed 1.declarat,quæ ſunt propria, 2.quæ ſunt cõia, ex quo hæc 2. pars Diuiditur in 2.partes in 1.declarat principia propria in 2.ibi (cõia vero,) declarat exemplo principia cõia,quo ad primũ. ¶ Dices,o,Ari. quæ ſunt principia propria? Reſp. & dicit quidem Notando certitudinẽ quòd (propria)q.d.principia ſunt (quemadmodũ) .i.v.g. (lineam eſſe talem,) pro intelligentia Nota ꝙ definitio ſubiecti in ſcientia,eſt proprium principium in illa ſciẽtia, vt linea eſt ſubiectũ in geometria;definitio lineæ eſt principium proprium in illa ſciẽtia. ¶ Dices quæ eſt definitio lineæ? Reſpondet & dicit, (vt linea eſt talis. ¶ Dices,quid eſt linea,q.d. linea eſt longitudo, ſine latitudine cuius extremitates ſunt duo,puncta(& rectum,) .i.linea recta,eſt extentio à puncto in pũctum: & ſic hæ duæ definitiones,datæ de linea: ſũt principia propria in ſcientia. ¶ Dices,declara per exẽpla notiora, iſtas definitiones ſubyectorum quæ ſunt principia propria in ſcientiis. ¶ Dicas, v.g.demõſtratio eſt ſubiectum in 1. poſt, definitio demõſtrationis;quæ eſt hæc 1. poſt. 8.ſ.ſyllogiſmus ſciẽtialis;ſimiliter in lib.priorum ſubiectum eſt ſyllogiſmus,definitio ſyllogiſmi eſt principium propriũ, ſ.oratio in qua quibuſdam poſitis, neceſſe eſt aliud euenire, ſimiliter anima eſt ſubiectũ in lib. de anima, definitio animæ,quæ eſt actus primus corporis phyſici organici,potentia vitam habẽtis, eſt principium proprium in ſciẽtia ſimiliter etiam omnes definitiones ſubiectorum, ſunt ꝓpria principia in ſciẽtiis. ¶ Dices,o,Ar.quę ſunt principia cõmunia? Reſp. & dicit.

Dub.

Dub.

Communia verò,vt ſi ab æqualibus æqualia auferantur, quòd æqualia ſunt reliqua: ſufficiẽs autem eſt vnumquodq;horum, quantum eſt in genere:idem enim faciet, & ſi non de omnibus acceperit, ſed in magnitudinibus ſolum, arithmetica autem in numeris.

POSTQVAM Ari.dedit exemplum de principiis propriis in ſcientia, nũc exemplificat; quæ ſunt principia cõia,& dicit, (cõia verò) (vero) pro certe:q.d.hæc ſunt.(vt)v.g. ſi ab æqualibus equalia auferantur, (reliqua).i.illa,quæ remanent ſunt æqualia,) ſufficiẽs aũt eſt vnumquòdq; horum; quãtũ eſt in genere. (Dices hæc principia cõia,poſſunt ne eſſe ꝓpria? Reſp.& dicit ꝙ ſic. ¶ Dices,qũo hoc fieri poteſt? q.d. hoc modo, videlicet ſi accipit, hoc principiũ in magnitudinibus, ſic eſt propriũ ſciẽtiæ geometriæ,dicẽdo ſic, ſi ab æqualibus magnitudinibus æquales auferant? quæ remanẽt ſũt æquales,ſi vero accipit,hoc principiũ in numeris ſic eſt ꝓpriũ principiũ arithmeticæ,& cõe omnibus cõcluſionibus arithmeticę dicẽdo ſi ab æqualibus numeris,æquales auferãt,qui remanẽt ſunt æquales:& ſic ẽ propriũ,& cõe,dicit ꝓprium generi .i.ſubiecto ſciẽtiæ,& cõe omnibus cõcluſionibus, illius generis;& ſic exponẽs textum dicit Ari.) ſufficiẽs autẽ vnumquod; horũ, (ſ.principiorum: ad id omne quantum in genere eſt,) .i. vnumquodq; horum principiorum communium ſumptum, quantum pertinet ad genus ſubiectum,de quo eſt ſcientia, .i. in ſua communitate;& generalitate eſt cõmune: ſed q̃n cõtrahitur fit proprium,(idem enim faciet,) .i.ſi geometra, (non de omnibus,).i.in ſua cõmunitate; & generalitate accipiet illud principium commune, (ſed ſolum in magnitudinibus,arithmeticus,aũt in numeris faciet,dico idem ſ'm proportionis rationem: q̃m ſicut illud principium cõe, eſt verum in magnitudini-

dinibus;ſic ēt eſt verum in numeris:& ſic manifeſtum eſt, qūo eadem principia poſſūt eſſe propria. ¶ Da exemplum magis clarum;qūo vnum poteſt eſſe commune,& proprium. Dicas ſic v.g.riſibile quod, eſt accidens propriū eſt commune & eſt proprium, eſt cōmune ad indiuidua ad Franciſcum, Sortem & ad alia; ſed eſt proprium vni ſpeciei, vt homini nullū .n. animal eſt riſibile:niſi homo, nō .n. æquus nec leo eſt riſibilis ex quibus poteſt defendi, hæc cōcluſio,quòd demonſtratio ſimpliciter fit ex cōmunibus; tamē nō ex cōmunibus ad plures ſpecies; ſed ex communibus ad plura indiuidua, quæ cōmunia ad plura indiuidua ſunt propria,vnius ſpeciei.

Tex.7. *Sunt autē propria quidē,& quæ accipiūtur eſſe circa quæ ſciētia ſpeculatur inexiſtētia per ſe*

POSTQVAM Ar.poſuit quæ ſunt principia communia,& quæ propria, nunc exponit terminos,& partes, cōſtruentes cōcluſionem, vt ſunt quæſitum,ſeu maius extremum, & ſubiectum ſeu minus extremū, declarat ēt qūo præcognoſcitur cōcluſio,ſeu quæſitum. ¶ Diuiditur iſte textus in 3. partes, in 1. declarat partes concluſionis,ſ.ſubyectum: & quæſitū, in 3.ibi (horum autē paſſiones per ſe,) ponit differentiam inter ſubiecta, & quæſita: quantum ad primum:ſed Nota illa, quæ ingrediūt demōſtrationem 1.poſt.57. & 134. ſunt tria, quorum 1.eſt medium; 2. eſt ſubiectum. 3. eſt quæſitum,ſeu prędicatum,his ſic ſtantibus,dicit Ar.(ſunt autem propria quidem).i.ſubiecta propria,& Nota,quòd dixit propria,denotando ꝙ demonſtratio fit non ſolum ex prædicatis propriis,ſed ēt ex ſubiectis propriis: ad differentiam ſyllogiſmi, qui fit ex prædicatis & ſubiectis communibus, (&) pro .i.q.d.illa ſunt propria ſubiecta(quæ accipiuntur).i.præcognoſcuntur eſſe. ¶ Dices, dignitates, accipiuntur eſſe 1. poſt. 2.71.73.76. & tamen non ſunt ſubiecta;Reſp. Ariſt.q.d.non omnia,quæ præcognoſcuntur eſſe,ſunt propria ſubiecta, ſed illa ſunt propria ſubiecta,quæ præcognoſcuntur eſſe;& (circa quæ) .i.de quibus ſubiectis propriis,præcognitis eſſe, (ſcientia) ſ.demonſtratiua,.i.demonſtratio (ſpeculatur).i. demonſtrat,(inexiſtentia).i. illa, quæ inſunt propriis ſubiectis.Dices illa, quæ ſūt in ſubiectis,ſunt duobus modis,quædam ſunt per accidens,vt ſunt accidentia communia;& quædam ſunt per ſe, vt ſunt accidentia eſſentialia, vellem ſcire ſi ſcientia demonſtrat accidentia;quæ inſunt ſubiectis: quæ accidētia, illa, quæ ſunt per accidens, an illa, quæ ſunt perſe?Reſp.& dicit (perſe).i.ſcientia demōſtrat accidentia perſe, hoc eſt quæ ſunt per ſe in 2.modo,quæ ſunt accidentia eſſentialia,ad differentiam accidentium; quæ non ſunt perſe:ſed per accidēs, quæ accidentia per accidens:nullo modo demonſtrat demonſtratio, ex quibus ſequitur ꝙ illa ſunt propria ſubiecta;quæ præcognoſcūtur eſſe, & de quibus demonſtrantur accidentia eſſentialia;quæ expoſitio ſumitur ab Ari.1.poſt.52. cū inquit accidentium, verò non per ſe; qūo determinata ſunt perſe,non eſt ſcienta demonſtratiua,clarius tamen in tex. 57. vbi declarans ſubiectū proprium;& accidentia; quæ demonſtrantur de ſubiecto proprio,ſic aſſerit genus ſubiectū cuius paſſiones, & per ſe accidentia declarat demōſtratio. ¶ Dices ſi ſubiecta propria præcognoſcuntur eſſe;vellem ſcire, qū præcognoſcuntur eſſe, ante, vel poſt demōſtrationem; ¶ Reſp. Auer. in com. & dicit antequàm fiat demonſtratio,oportet,vt præcognoſcatur ſubiectum eſſe;& non ſolum ſubiectum, ſed etiā quæſitum quid ſuum nomen ſignificat,v.g.antequàm fiat hæc demōſtratio: omne rationale eſt riſibile,omnis homo eſt rationalis.ergo omnis homo eſt riſibilis,oportet, vt pri' præcognoſcatur,ꝙ homo eſt,qui homo eſt ſubiectum:qm̄ ſi homo, & quodlibet aliud ſubiectū non eſſet de ipſo non poterit haberi ſcientia: iuxta illud 1.poſt.10.& 2.poſt.32.de non ente non habetur ſcientia;& etiam oportet vt præcognoſcatur quæſitū, quod eſt riſibile, quid ſuum nomen ſignificat, ex quibus præcognitis,fit demōſtratio 1.poſt.1.2.poſt.101.1.met. 48.6. top. in 1.loco definitionis, ac etiam 6. ethicorum cap.4.

Vt vnitates arithmetica,geometria verò pūcta, & lineas:hac anim accipiunt eſſe, & hoc eſſe.

POSTQVAM ſupra declarauit, quæ ſunt ſubiecta propria,& qūo præcognoſcūtur,nūc per exempla exponit, & nominat ſubiecta ꝓpria. Dices,quę ſunt ſubiecta propria;quæ accipiuntur eſſe?Reſp.dicens(vt).i.v.g. (vnitas arithmetica) .i. ſcientia, arithmetica, antequā faciat demonſtrationē præcognoſcit eſſe vnitates;quæ ſūt ſubiecta propria, & ipſas accipit eſſe; & de inde demonſtrat accidētia de vnitatibus:tamquā de ſubiectis. ¶ Dices, ſolum arithmetica præcognoſcit ſubiectū eſſe? Dub. Reſpōdet Ar.q.d.non ſolum arithmetica, ſed etiam (geometria) accipit eſſe propria ſubiecta. ¶ Dices, quæ ſunt hæc propria ſubiecta; Sol. quæ accipit eſſe geometria,& qūo vocātur ꝓprio nomine?Reſpondet,& dicit ipſa nominādo,(puncta,& lineas)adde tu ſcieutia geometriæ accipit præcognoſcit eſſe tāquàm ſubiecta) hæc enim accipiūt eſſe) .i.arithmetica:& geometria,(accipiūt).i.præcognoſcūt,(hæc) ſ.vnitates,& puncta:tamquàm propria ſubiecta de quibus propriis ſubiectis, dictæ ſcientiæ demonſtrant accidētia eſſentialia, (& hoc eſſe) Dices arithmetica,& geometria, & oēs aliæ ſciētiæ accipiunt, & præcognoſcunt eſſe

Diuiſio textus. Dub. Sol.

Digitized by Google

ſubiecta propria, cũ eſſe dicatur duobus modis, vno modo eſſe ſimplex, quod dicitur, ſi eſt alio modo cõpoſitum, quod dicitur quia eſt, 1. poſt. 2. vellem ſcire, quod eſſe, præcognoſcitur de ſubiectis propriis? ome eſſe ſ. ſimplex, & cõpoſitum, an hoc particulare eſſe? Reſpõdet Ar. & dicit non omne eſſe, ſed particulare eſſe ſ. (hoc eſſe) Dices, ꝙ eſſe ſimplex vel compoſitum? q. d. Ari. nõ eſſe compoſitum? ſed eſſe ſimplex, ꝙ dicitur ſi eſt, qm̃ eſſe compoſitum, ꝙ dicitur, quia eſt non præcognoſcitur, ſed de
Dub. mõſtratur de ſubiecto, 2. poſt. 1. & 2. ¶ Dices, eſſe ſimplex præcognoſcit de ſubiecto, vt homo eſt, hoc eſt exiſtentia ſubiecti: hoc videtur falſum: qm̃ ſubiectum, quod præcognoſcitur in ſcientia eſt vniuerſale; ſed exiſtentia eſt ſingularis, qm̃ eſt accidẽs 2. poſt. 1. modo eſt, &
Sol. modo non eſt; & ſic eſt corruptibilis. ¶ Dicit ꝙ illa exiſtentia; quæ præcognoſcitur de ſubiecto, non eſt ſingularis, qm̃ non eſt de ſingulari, & ſignato ſubiecto; vt de quodam homine ſignato, vt de ſorte, ſed eſt de ſubiecto vniuerſali: vt de homine, & ſic illa exiſtentia non
Replica. eſt corruptibilis. ¶ Dices, contra vniuerſale eſt corruptibile, 1. met. 27. vt homo, ergo exiſtentia vniuerſalis, etiam erit corruptibilis.
Sol. ¶ Dicas, ꝙ ſi vniuerſale, eſt corruptibile; non eſt corruptibile per ſe, vt ibidem inquit Auer. ſed ſm̃ accidens, & ſm̃ partem, vt homo inquãtum homo vniuerſalis, nõ eſt corruptibilis ꝑ ſe; ſed eſt corruptibilis per accidẽs: qm̃ pars hominis ſubiecta, de qua prædicatur homo ẽ
Dub. corruptibilis; veluti eſt ſortes; & Plato. ¶ Dices, ſi ſubiectum præcognoſcitur eſſe, & præ-
Sol. miſſæ præcognoſcuntur eſſe, quæ differentia erit inter ſubiectum, & præmiſſas? ¶ Dicitur, ꝙ illud eſſe, ꝙ præcognoſcitur de præmiſſis, dicitur eſſe compoſitum quod vocatur quia eſt, eſſe verò quod pręcognoſcitur de ſubiecto eſt eſſe ſimplex, quod vocat̃, ſi eſt, & ſic differt ſubiectum à præmiſſis, per huiuſmodi præco-
Replica. gnitionem ¶ Dices, ergo ſequeretur, ꝙ tres erunt præcognitiones, vna quid nominis. alia eſſe ſimplex. Alia eſſe cõpoſitum, ꝙ eſt cõtra
Sol. Ariſt. 1. poſt. 2. vbi aſſerit duas eſſe præcognitiones. ¶ Dicas, ꝙ duæ ſunt præcognitiones in genere, vt quid nominis, & quia eſt; ſed ſũt tres in ſpecie: qm̃ illud quia eſt, diuiditur in ſimplex, & compoſitum.

Horum autem paſſiones per ſe: quid quidem ſignificat vnaquaq; accipiunt.

Postqvam declarauit, quæ ſunt ſubiecta propria in aliquibus ſcientiis; quæ ꝓprio nomine nominauit, nunc ponit differentiam; inter ſubiectum; & quæſitum: ſed pro intellectu eſt notandum, ꝙ de ſubiecto præcognoſcitur quid nominis; & quia eſt, & de quæſito, ꝙ paſſio appellatur præcognoſcitur ſolũ, quid ſuum nomẽ ſignificat, quo ſtante: nũc ait Ar. (autem) pro ſed (horum) .i. propriorum ſubiectorum; quæ accipiuntur eſſe, & quid nominis, (paſſiones) .i. quæſita, (per ſe). Nota ꝙ paſſio 3. cœli 1. Auer. eſt duplex, alia communis, & per accidens; alia propria eſſentialis, & per ſe. Ideo dicit Ar. per ſe, ad differentiam illarum paſſionum; quæ ſunt communes, & per accidens, (quid quidẽ ſignificat vnaquæq; accipiunt,) .i. ſcientia arithmetica, & ſciẽtia geometria, & omnes aliæ ſcientiæ; & artes (accipiunt) .i. præcognoſcunt, (quid ſignificat vnà quæq;) .i. nomina paſſionũ, .i. quid ſignificat vnaqueq; paſſio, .i. nomen vniuſcuiuſq; paſſionis, antequàm tales ſcientiæ demonſtrant illam de ſubiecto, hinc Nota, ꝙ quando dicit Ari. in tex. 2. vt triangulum quid ſignificat, ꝑ ly triangulum intelligit paſſionem; & non ſubiectum.

Vt arithmetica: quòd quid impar, aut par, aut quadrangulum; aut cubus: geometria verò quid irrationale, aut refrangi, aut cõcurrere.

Nvnc declarat per exempla illas paſſiones; quæ præcognoſcuntur, quid ſignificãt nomina earum. Aliquis enim dicet, o, Ari. da mihi exemplum de paſſione: quæ præcognoſcit quid ſignificat Reſpõdet, & dicit. (Vt) .i. v. g. (Arithmetica) ſcientia accipit; & præcognoſcit (quid) Nota ꝙ ipſũ quid; ẽ duplex. Aliud eſt quid rei; quod dicitur definitio explicans rei quidditatẽ. Aliud eſt quid nominis, res .n. eſt, & ſignificatur; ſed nomẽ; ſeu vox ſignificat v. g. hæc vox ſubſtantia ſignificat hominem, & equum; & alia vt refert Ari. in ante prædicamentis, cap. vltimo, & Nota ꝙ definitio qd rei, eſt ſolum illarum rerum; quæ ſunt, & reperiũtur; ſed quid nominis eſt rei; quæ eſt, & rei quæ nõ eſt: 2. poſt. 32. Vnde dicit Ar. ꝙ (arithmetica accipit, & præcognoſcit quid ſignificat, hoc nomẽ ſ. par; & impar, quæ ſunt paſſiones eſſentiales, & per ſe huius ſubiecti, ſ. numeri, (aut quadrangulum, aut cubus) & q. d. etiã arithmetica ꝑcognoſcit, quid ſignificãt hæc nomina ſ. quadrangulum, aut cubus: quæ etiã ſunt paſſiones per ſe, & q. d. Ariſt. non ſolum arithmetica, ſed etiam (geometria) accipit, & præcognoſcit, quid ſignificat hoc nomen ſ. (irrationale) & quid hoc nomen (refrangi,) quæ ſunt quæſita, & paſſiones, ſimiliter quid ſignificat hoc nomen (concurrere) quæ oĩa ſunt quæſita, & paſſiones: quæ debent præcognoſci: antequàm demonſtrantur de eorũ ſubiectis. ¶ Dices, ſi præcognitiones ſunt duæ: Dub.
vna quid nominis, alia eſſe, ſeu quia eſt dictũ eſt, ꝙ paſſio præcõgnoſcitur, quid nomen ſuũ ſignificat vellẽ ſcire paſſiones, eſſe præcognoſcũt; vel demõſtrant; & quærũtur de ſubiecto.

Quòd

Quòd autem ſunt monſtrant, & per communia & ex demõſtratis, & aſtrologia cõſimiliter.

NVNC Ar.declarat differentiam,quæ eſt inter ſubiectum, & quæſitũ, de ſubiecto enim præcognoſcitur quia eſt; & quid nominis de quæſito ſeu de paſſione, ſolum quid nominis. ¶ Dicet aliquis,o,Ariſt.ſi ſcientiæ omnes, vt arithmetica,& geometria, præcognoſcũt q̃d ſignificant nomina paſſionum: vellem ſcire il læ met. ſciẽtiæ præcognoſcunt;vel demõſtrãt eſſe paſſiones?Reſpondet Ar.& dicit (ꝙ autẽ ſunt monſtrant) q.d.omnes ſcientiæ vt arith metica,geometria,aſtrologia, (autem) ꝓ ſed (monſtrant).i.demõſtrant, quærunt (quòd ſunt).i.paſſiones eſſe; & ſic patet, ꝙ ſcientiæ præcognoſcunt de ſubiecto: quid nominis, & eſſe, ſed de paſſione, quid nominus ſolum; & quærunt & demonſtrãt paſſiones eſſe. ¶ Dices,id quod accipitur,& præcognoſcitur eſſe non demonſtratur,2.poſt. 33. ſed paſſio accipitur eſſe in præmiſſis, ergo ſciẽtiæ non quærunt;& demonſtrant paſſiones eſſe v.g.in hac demonſtratione accipitur paſſio eſſe, & ſupponitur dicendo, ſic omne rationale eſt riſibile, omnis homo eſt rationalis ergo oĩs homo eſt riſibilis. Nota modo ꝙ ly riſibile, ꝙ ẽ paſſio & maius extremũ accipitur eſſe, in ma iori præmiſſa, & ſicut præmiſſæ accipiunt eſſe ſimiliter paſſio, quæ eſt in præmiſſis, accipit eſſe,ergo non demonſtratur eſſe. ¶ Dicitur, ꝙ q̃n paſſio demonſtratur eſſe, non intelligitur ꝙ demõſtratur eſſe,.i. ꝙ exiſtat perſe;ſed demõſtratur eſſe,in alio,.i.in ſubiecto,quod eſſe in ſubiecto dicitur ineſſe:vnde q̃n quærit,vtrũ homo ſit riſibilis,non quæritur vtrum riſibile ſit,ſed vtrum inſit homini, vt perbelle inquit Auer.1.poſt.73.ꝙ prædicatum,nõ demõſtratur eſſe;ſed ineſſe. ¶ Nota replicam ſi per te paſſio in præmiſis accipitur, & præcognoſcitur eſſe, ergo accipitur, & præcognoſcitur in eſſe,& ſic non demonſtratur ineſſe;conſequen tia probatur,7.met.2.3.4.accidentis eſſe, eſt alteri ineſſe: ſed paſſio eſt accidens vt patet in cap.de qualitate ergo eſſe paſſionis eſſe eſt alteri ineſſe; ſed per te paſſionem eſſe accipitur in præmiſſis,ergo paſſionem ineſſe accipi tur, & præcognoſcitur in præmiſſis:ergo paſſionem nec eſſe, nec ineſſe demonſtratur: ſed accipitur. ¶ Dicitur,ꝙ ſi eſſe,vel ineſſe paſſio nis accipitur, & præcognoſcitur in præmiſſis non niſi modo confuſo; cum verò demonſtra tur ſcitur modo diſtincto, & ſic differt paſſio in præmiſis,à paſione in quæſito, quoniã in præmiſſis accipitur, & in quæſito demonſtratur. ¶ Dices,ſi paſſio demonſtratur, per quæ principia demonſtratur, per propria ſolum, vel per principia cõmunia ſolum, vel ꝑ vtraque? Reſpondet Ariſt.& dicit,(& per cõmunia).i. paſſiones demonſtrantur,de ſubiectis q.d.per principia propria,(&) q. d. non ſolũ per principia propria: ſed etiã per principia communia;& per vtraq; ſed differenti modo, per principia propria paſſiones demonſtrantur immediate,& formaliter de ſubiectis, ſed per principia communia mediatè,& virtualiter. ¶ Dices,ſi per propria, & per cõmunia principia demonſtrantur paſſiones de ſubiectis:quarè Ari. ſolum nominauit communia, & non propria? ¶ Dicas,quoniam certum, & clarum eſt ꝙ per principia propria demõſtrãtur paſſiones:ſed videtur falſum, ꝙ per communia demonſtrantur paſſiones: tamen non eſt falſum,quando,vel virtualiter,vel contractim, ſumpta demõſtrant paſſiones de ſubiectis, (Et ex demonſtratis,).i. quæ principia communia ſunt demonſtrata, .i. nota tamen non demonſtrata, & nota per demonſtrationem;ſed ſunt mõſtrata .i.nota,per ſe ipſa, vt 1.top.aſſerit Ariſt.ex quibus pr.ncipiis communibus, perſe notis, demonſtrantur paſſiones naturaliter ignotæ, (& aſtrologia conſimiliter,) q.d.Ariſt.non ſolum arithmetica, & geometria accipiunt, & præcognoſcunt nomina paſſionum, ſed (conſimiliter).i. ſimilĩ modo,aſtrologia) præcognoſcit,nomina paſſionum: quas demonſtrat de ſubiecto; addas tu,non ſolum iſtæ tres ſcientiæ,ſ.arithmetica geometria, & aſtrologia: ſed omnes ſcientiæ ſpeculatiuę; & artes operatiuę,præcognoſcũt ſubiectum eſſe, & quid nominis; & quæſitum quid ſignificat,nomen ſolum & demonſtrant eſſe & hæc eſt regula vniuerſalis.

Omnis enim demonſtratiua ſcientia, circa tria & quæcumq; eſſe ponuntur. Tex 76.

POSTQVAM Ariſt.docuit, ꝙ omnis demonſtrator, qui vult demõſtrare aliquod prædicatum,quæſitum de ſubiecto, antequàm faciat demõſtrationem, debet præcognoſcere præmiſſas,quia ſunt veræ,& etiam ſubiectum eſſe & quid ſuum nomen ſignificat,& debet ẽt præcognoſcere quæſitum, quid ſuum nomen ſignificat,ex quibus prius præcognitis,& acceptis fit demonſtratio: vt ipſe met. Ari. confirmat, 1.poſt.1.2.poſt.101. 1.top.in primo lo co definitionis, nec non 1.met. 48. clarius 6. ethicorũ cap.4.vbi ait oĩs doctrina, & oĩs diſciplina fit ex præſiſtente cognitione,nũc oſtẽdit,ꝙ non ſemper oportet de ſubiecto præcognoſcere eſſe; & quid nominis; nec de præmiſſis,quia ſunt veræ,nec de paſſione quid ſignificat,vt bene inquit Auer.in com.cauſa intẽtionis eſt,ne quis credat, ꝙ de ſubiecto ſemper oportet præcognoſcere eſſe, & quic nominis ſimiliter de præmiſis,quia ſunt veræ,& q̃d nominis. ¶ Diuiditur iſte textus in 4.partes in prima repetit nũm.præcognitorum, quem declarauit in textu 2. & 57. vt concludat ſuũ inten-

Dub.

Sol.

Replica.

Dub.

Dub.

Sol.

Diuiſio textus

intentum,in 2.ibi (hæc autem ſunt) nominat nomine proprio,quæ ſunt hæc tria præcognita;in 3.ibi (nõnullas tamẽ ſciẽtias) declarat ſuum intentũ,quòd eſt hoc ſ.quòd nõ ſemper hæc tria præcognita,debẽt præcognoſci in 4. ibi (ſed nihil minus) reſp. tacite obyectioni; quo igiť ad primũ.dicet Aliquis,o,Ar.illa cir quæ verſatur.oĩs ſciẽtia demonſtratiua, quot ſunt vnũ,an plura,& ſi nõ vnũ; ſed plura quot ſũt ĩ numero determinato?Reſp.q.d.ſi tu neſcis quot ſunt,dico quòd,(oĩs ſcietia demonſtratiua,) .i.ſpeculatiua,(eſt).i.verſatur,(circa).i.de(tria) .i.tribus,hoc eſt oĩs ſciẽtia ſpeculatiua,cõſiderat de tribus. ¶ Dices, poſſũt ne eſſe plura?Reſp.& dicit, (quæcunq; eſſe po nuntur).i. omnia, & quecunque poſſent poni, & circa quæ qualibet ſcientia poteſt verſari; nec ſunt plura,nec pauciora: quã tria, & q. d. Ar.hic ẽ proprius,& determinatus numerus.

Petitio. ¶ Dices tu declara,o,Ari.quæ ſunt,& quõ vo cantur?¶ Reſp.q.d.quæ ſunt illa, & quõ nomi

Reſpon. nantur; fuit dictum in tex.2.& 75.tamẽ ad memoriam , & tamquã interrogatus : ab aliquo diſcipulo,& qm facit ad meũ intentum declarandum, iterum repeto quo modo ꝓprio nomine nominantur hæc tria.

Hæc autẽ ſunt genus:cuius perſe paſſionũ eſt ſpeculatiua, & cõia,quæ dicimus dignitates ex q bus primo demõſtrãt,& tertiũ paſſiones: quarum quid ſignificat vnaquaq; accipit.

POSTQVAM Ariſt.determinauit, repetẽdo tamen,ꝙ illa circa,quæ oĩs demõſtratiua ſciẽtia, verſatur,ſunt tria,nũc proprio nomine nominat,quæ ſunt illa,& q.d.Ariſt. ſi tu non recordaris,quæ ſunt;& quõ nominantur, ſicuti diximus in tex.2. & 57. iterũ ad memoriam declaro,& nomino proprio nomine ; dices,quæ ſunt.Reſp.& dicit, (hæc aũt ſunt) Dices,q ſunt quõ nominantur?Reſp.q .d .primũ eſt, & nominatur (genus) .i.ſubiectum, vt ſe expoſuit in tex.57.¶ Dices quid ẽ genus, ſeu ſubiectum?Reſp.in tex.57.& hic dicẽs,(cuius per ſe paſſionum eſt ſpeculatiua,) q.d. illud ẽ genus,ſeu ſubiectum,(cuius) .i.de quo ſubiecto ſupple tu ſciẽtia demõſtratiua,(eſt ſpeculatiua).i.ſpeculatur, perſcrutatur, & demonſtrat,(paſſionum).i.paſſiones. ¶ Dices paſſiones 1.cœli 1.& 3.cœli 1.Auer.ſunt cõmunes, & per accidẽs , aliæ vero ſunt perſe, propriæ, & eſſẽtiales:quas paſſiones ſciẽtia demõſtratiua demonſtrat de ſubiecto?Reſp.& dicit(ꝑſe).i.paſſiones perſe,proprias eſſentiales; quæ ſunt prædicata,in 2.modo dicendi perſe, quæ ꝓpria,& eſſentialia accidẽtia,vt clare aſſerit in tex.57. ¶ Dices, quod eſt ſm̃, & quõ nominatur?Reſp.q.d.(&)aliud & ſm̃ vocatũr, (communia).i.principia cõmunia.¶ Dices,o, Ar. nomina hoc ſm̃ ꝓprio nomine , quæ ſunt hæc principia communia. Reſp. clarius , & dicit, (quæ) ſ.principia communia,ſi tu neſcis: quõ nominantur;(Dicimus)q.d.non ego ſolus:ſed omnes philoſophi dicimus,ſeu nominam'(dignitates)in quibus maxime hoc nomẽ dicere conſueuimus : qm̃ ſunt digna credi ab omnibus,& quas dignitates oportet quẽlibet adiſcentẽ habere 1.poſt. 14. ¶ Dices iſtæ dignitates,pro quo deſeruiunt ſcientiæ demõſtratiuę Reſp.q.d.ꝙ hæc principia cõmunia , quæ dicũtur dignitates, deſeruiunt ſcientijs demõſtratiuis:tãquàm media, & inſtrumenta,(ex quibus).i.per quæ principia communia,dicta dignitates tamquàm per media inſtrumẽta,(demonſtrant).i.ſcientiæ demonſtratiuæ demonſtrant:perſcrutãtur paſſiones,per ſe proprias & eſſentiales ignotas,de genere,ſeu de ſubiecto.¶ Dices,quod eſt 3.quõ nominať?Reſp.dicit,(& tertiũ) q.d. noiať, (paſſiones).i. accidentia per ſe eſſentialia. ¶ Dices. ſciẽtia ſpeculatiua ꝓcognoſcit paſſiones,vel nõ?Reſp.& dicit,(quarum quid ſignificat vnaquæq;accipit).i. ſcientia demonſtratiua,(accipit).i.præcognoſcit paſſiones:hoc modo videlicet, nõ eſſe:ſed quid ſignificat,vnaquæq; ipſarum, .i. quid ſignificat nomẽ:tamẽ demõſtrat paſſiones eſſe , vnde poſſumus dicere , quòd paſſiones præcognoſcuntur,& demonſtrantur, ſunt præcognitum,& quæſitum præcognitum præcognitione quid nominis ſolum ſed ſunt quæſitum,quoad eſſe ipſarum.¶ Dices,o, Ar.vellem ſcire,eſt ne inconueniens,ſi Aliqua ſcientia nõ præcognoſcet ſubiecta , dignitates, & paſſiones antequàm ex ipſis faciat demõſtrationem?Reſpondet & dicit.

Non nullas,tamen ſcientias,nihil prohibet;quædã horum deſpicere:vt genus , non ſupponere eſſe,ſi ſit manifeſtũ;quòd eſt : nõ enim ſimiliter planũ, quod numerus eſt, & quòd frigidum, & calidũ,& paſſiones,nõ accipere quid ſignificãt,ſi ſint plane: quemadmodũ neq; cõmunia non accipit: quid ſignificat hoc quod eſt; æqualia ab æqualibus demere,quoniam notum.

POSTQVAM Ar.reperit numerũ præcognitorum,dicẽs, ꝙ ſunt tria ipſaq; proprio nomine nominauit, nunc declarat ſuum intentum, ſoluẽdo tacitam difficultatem. Aliquis enim poſſet dicere,o,Ari. oportet ne omnes ſcientias præcognoſcere,hæc tria,aut,oportet aliquas ſciẽtias præcognoſcere,& aliquas non ? Reſp.Ariſt. in tex.2.& dicit,ꝙ neceſſarium eſt omnes ſcientias,præcognoſcere, hæc tria antequàm faciant demõſtrationem ex his:tamẽ nũc clarius ſe exponit dicẽs; ꝙ ſi aliquæ ſciẽtiæ habẽt ſubiectum,notũ eſſe, & quid nominis , nõ oportet illas ſciẽtias in quibus , illud ſubiectum eſt notũ omni præcognitione præcognoſcere: ſed deſpicere , & ſupponere ; tãquã notum,ſimiliter etiam : quãdo præmiſſæ ſunt notæ quid nominis,& quia ſunt veræ, & quæ

Digitized by Google

quæſitum eſt notum,ꝙ ſignificat, nec oportet
ſcientias hæc præcognoſcere cauſa eſt in prõ
ptu:qm̃ ars,& quælibet ſciẽtia,nõ verſat̃ cir-
ca nota,& facilia; ſed circa ignota, & diffici-
lia,vt 2.eth.cap.3.aſſerit Ar.quæ oĩa declarat
ſic dicẽs,(non nullas tamẽ ſcientias) (tamẽ)
pro ſed q.d.licet dictũ ſit in tex.2.quòd opor
tet omnes ſcientias præcognoſcere : hæc tria
ante demõſtrationẽ;tamẽ intelligitur qñ fue-
rint ignota;ſed qñ fuerint nota,& ſenſata,(ni
hil prohibet,).i.non eſt inconueniens, (non
nullas ſcientias,).i.multas ſcientias (deſpice
re).i.ſpernere,nõ præcognoſcere , ſed ipſa de
relinquere tamquã nota ſenſata , & facilia.
¶ Dices,quæ oportet deſpicere qñ ſũt nota ?
Reſp.& dicit(vt).i.v.g.(genus).i.ſubiectum,
ſi ſit manifeſtum .i.qñ eſt manifeſtum,& notũ
nõ oportet ipſum præcognoſcere,(eſſe) ¶ Di
ces eſſe eſt duplex,aliud ẽ eſſe eſſentiæ. Aliud
eſt eſſe exiſtentiæ.3.de anima 9.& 2.poſt.33.
1.phy.60.66.& 79.1.poſt.42.ſi ſubiectum eſt
notum eſſe,ꝙ eſſe.¶ Dicas,eſſe exiſtẽtiæ,hoc
eſt qñ ſubiectum eſt, & exiſtit in rerum natu-
tura; non oportet ipſum præcognoſcere, nec
oportet ipſũ demõſtrare: qm̃ qui vult demõ-
ſtrare,ea,quæ ſunt nota,& per ſe manifeſta eſt
deridẽdus iuxta illud Ari.2.phy.6. vbi ait tẽ-
tare demõſtrare naturam eſſe,ridiculum eſt,
qm̃ naturam eſſe eſt per ſe notum,(non enim
ſimiliter planum,)Aliquis diceret,o, Ar.ſciẽ
tiæ ipſæ ſunt ne ſimiles in hoc,ſ.ꝙ debẽt præ-
cognoſcere ſubiectum , quæſitum, & dignita-
tes?Reſp.& dicit,(planum).i.ex dictis eſt ma-
nifeſtum,(non enim ſimiliter) .i.quòd nõ oẽs
ſcientiæ,(ſimiliter) .i.ſimili modo ſe habent,
qm̃ aliquæ ſcientiæ,quæ habent ſubiectũ,quæ
ſitum,& dignitates:quæ non ſunt præcognita
debent præcognoſcere illa ; & non deſpicere
illa;aliquæ vero,quæ habent ſubiectum notũ,
nõ debẽt illud præcognoſcere : & ſic ſciẽtiæ ,
nõ ſimiliter ſe habẽt, circa hæc tria præcogni
ta (quòd numerus eſt) nunc dat exemplũ de
ſubiecto,ꝙ qñ eſt notum eſſe, non debet præ-
cognoſci eſſe: q.d. ſciẽtia arithmethica ; non
præcognoſcit,ſed deſpicit,ꝙ numerꝰ eſt , qui
numerus eſt ſubiectum,& ꝙ frigidum,& cali-
dum) dat aliud exemplum de ſubiecto , & di-
cit,(& ꝙ frigidum) .i.ſubiectum in quo eſt fri
giditas:vt nix,eſt adeo notum eſſe , quòd non
præcognoſcitur,(calidum)q.d.ſimiliter (cali
dum).i.ſubiectũ,in quo eſt caliditas, vt ignis
eſt,adeò notum,quòd non debet præcognoſci
(& paſſiones non accipere,quid ſignificant;ſi
ſunt planæ,) nunc dat exemplum docẽdo nos
ꝙ ſicut valet de ſubiecto,ꝙ qñ eſt notum eſſe,
nõ debet præcognoſci : ſed ſciẽtia debet ipſũ
deſpicere,ſic etiam qñ paſſiones ſunt notæ, &
manifeſtæ:quid ſignificant nomina ipſarum,
non debet ipſas vlla ſcientia præcognoſcere :
ſed deſpicere , & tamquàm notas relinquere,
(quemadmodũ,neq; communia , non accipit
quid ſignificãt)q.d. Ar. quòd ſicut ſciẽtia, nõ
accipit;nec præcognoſcit ſubiectum & paſſio
nes,qñ ſunt nota eſſe,vel quid nominis,(que-
madmodũ) q.d.ſic etiam,neq; .i.ſcientia (nõ
accipit) .i.non præcognoſcit,(cõia).i. princi
pia cõia;quæ ſunt dignitates communes,(q.d
ſignificãt,) .i.nomina eorum qm̃ ſunt nota, &
nõ debẽt tali præcognitione præcognoſci , .i.
qñ termini principiorum communium ſunt
noti,quid ſignificãt nomina ipſorum , nõ de-
bẽt præcognoſci,(hoc ꝙ eſt.¶ Dices,o, Ar.da
exemplum de principio cõi , de quo nõ debet
pcognoſci quid nominis?Reſp. & dicit, (hoc)
q.d.hoc eſt principiũ cõe. Dices ꝙ eſt ? Reſp.
& dicit (æqualia ab æqu.l bus demere) q. d.
hoc eſt principiũ cõe:vt ſi ab æqualibus æqua
lia demas:quæ remanẽt ſũt æqualia,) qm̃ no-
tum.) Dices,quare hoc principium cõe nõ de
bet accipi,nec præcognoſci, quid nominis ?
Reſp.& dicit:aſſignãdo cauſam,(qm̃) eſt(no-
tum).i,manifeſtum , quid talis principij cõis
ſignificãt nomina terminorũ : ex quibus om-
nibus oriri videtur talis regula,quòd tũc ali-
qua ſunt præcognoſcẽda , qñ fuerint ignota ;
ſed qñ ſunt nota,non oportet,nec debet præ-
cogno ci,iuxta illud Ar.1.top.cap.9.qui dubi
tãt vtrum oportet deos honorare, & parẽtes
diligere,an nõ? pæna indigẽt , qui verò vtrũ Dub.
nix alba, aut nõ ſẽſu. ¶ Dices ſi de præcogni- Sol.
tis Ar.verba fecit in tex. 2. quare iterum hic?
Dicitur, quòd ibi per accidẽs mẽtionẽ fecit ,
de illis:vt manifeſtaret; quòd omnis ſcientia
ſit ex præcedẽte cognitione , hic verò cõſide-
rat de his per ſe , vt ſunt principia demõſtra-
tionis.¶ Vel dicas,quòd ibi , vt in prohemio Alia ſol.
cõfuſo modo,hic vero, vt in tractatu diſtinto
modo cõſiderat de his. ¶ Amplius dicit Ari. Dub.
quòd multæ ſciẽtiæ accipiũt ſubiecta eſſe , &
multæ ſciẽtiæ nõ accipiũt ſubiecta eſſe ; ergo
ſequitur, ꝙ multæ ſcientiæ nõ accipiũt ſubie
cta eſſe;& ſi nõ accipiũt ſubiecta eſſe : ergo de
mõſtrãt illa ſubiecta eſſe ꝙ eſt cõtra Auer. 1.
poſt.70.71.73.75.& 2.poſt. 33.1. phy. vltimo
2.phy.22.26.2.de anima 27.29.6.met.1.4.cœ
li 32.nec nõ 12.met.5. vbi aſſerit, quòd nulla
ſciẽtia ,nec vniuerſalis ; nec particularis de-
mõſtrat ſuum ſubiectum eſſe;ſed vel ſubiectũ
eſt notũ per ſe vel accipitur tamquàm notum
ab alia arte,vel præſupponitur; tamquàm no-
tum,hic quidem argumẽtãdi modus eſt opti-
mus,& nõ poteſt negari , & probatur ſic : qm̃
dicit Ariſt.ꝙ ſciẽtia nõ præcognoſcit paſſio-
nem eſſe, ſed demõſtrat paſſionem eſſe, à ſimi
li:ſi aliquæ ſcientiæ nõ præcognoſcu . ſubie-
ctum eſſe:ergo demõſtrãt ſubiectum eſſe ¶ Di
citur,negando cõſequẽtiam ; qm̃ & ſi aliquæ
ſcientiæ,non præcognoſcãt ſubiectum eſſe, n
per hoc demõſtrãt ſubiectum eſſe:qm̃ illud ſu
biectum eſſe eſt notum,& tunc ſequeretur ar
gu-

Digitized by Google

gumētum, qñ illud ſubiectum eſſe, eſſet ignotum: tunc enim ſcientia demōſtraret illud eſſe, ſicut paſſionem eſſe, ſcientia non accipit; nec præcognoſcit; ſed illam eſſe demonſtrat; qm̃ ignotum eſt paſſionem eſſe.

Sed nihil minus natura tria hæc sūt: circa quod monſtrat, & qua monſtrat, & ex quibus.

POSTQVAM Ariſt. declarauit, quòd nō nullæ ſcientiæ, qñ habēt ſubiectum notum eſſe, & quid nominis, nō pcognoſcūt ipſum ſimiliter, qñ paſſiones illius ſubiecti ſunt planæ, & manifeſte: quid ſignificant nomina earum, & dignitates: qñ ſunt manifeſtæ, quia ſunt veræ, & quid nomina earum ſignificant: nūc cōcludendo omnia: quæ dixit reſp. tacitæ obiectioni. ¶ Dicet enim Aliquis, o, Ar. illa circa: quæ verſatur omnis ſcientia demonſtratiua; poſſunt ne eſſe plura: quàm tria? Reſp. & dicit quòd quæcunq; poſſent poni in ſciētia demōſtratiua: non ſunt niſi tria. ¶ Iterū Dices poſſent ne eſſe minora tribus? nunc Reſp. & dicit (nihil minus ſunt, quàm tria) .i. non ſunt minora tribus. ¶ Dices quo probatur? Reſp. & dicit (natura) .i. per ſe manifeſtum eſt, quòd non ſunt minora tribus. Vnde fiat talis ratio; tot talia, & tanta, debent eſſe præcognita; quot quanta, & qualia ſunt ſufficientia, ad faciēdā ſcientiam demonſtratiuam, ſed tria, in numero, vt dignitates ſubiectum; & paſſio ſunt ſufficientia ad faciendam ſcientiam, demonſtratiuam: ergo tria tantum debent eſſe, nec plura, nec pauciora: iuxta illud Ari. 1. phy. 50. & 3. de par. an. cap. 4. fruſtra fit p plura, quod poteſt fieri per pauciora: & non ſine cauſa illa; quæ ingrædiuntur ſcientiam demōſtratiuam debent eſſe, ſolum tria: qm̃ ſcientia demōſtratiua eſt pfecta, 1. poſt. 7. & 1. phy. 1. Auer. oportet, vt proueniat ex illis quæ ſunt in numero perfecto: veluti eſt numerus trinarius 1. cœli 2. ¶ Dices, quæ ſunt hæc tria? Reſp. Ari. & nōminat ipſa alio nomine: ab illo, quo prius nominauit ipſa, & dicit (circa qđ) q. d. Primū vocatur illud, (circa quod) .i. de quo, .i. vocat ſubiectum de quo ſubiecto, (monſtrat) .i. ſcientia demōſtratiua demōſtrat. ¶ Dices, quod ē ſm̃? Reſp. & dicit, (& quæ monſtrat) .i. ſm̃ do quo conſiderat; omnis ſcientia demōſtratiua vocantur (paſſiones) ſeu prædicata accidentia eſſentialia, (quæ) adde tu, prædicata quæſita, ſcientia demōſtratiua: monſtrat, .i. demonſtrat de ſubiecto. ¶ Dices tertium quō vocatur? Reſp. & dicit, (&) .i. & tertium eſt, (ex quibus, .i. dignitates,) ex quibus (.i. per quas dignitates: tamquàm per inſtrumēta, & media demonſtratiua paſſiones eſſentiales; de quo; tamquàm de ſubiecto: vnde patet quòd illa; quæ conſiderātur, in ſcientia, tria ſunt videlicet de quo; qđ, & quo .i. ſubiectū, (de quo) demonſtrantur, (quod) .i. propria paſſio mediāte, (quo) .i. medio termino. Ex hoc textu. Nota quòd in ſcientia ſunt plura conſiderata, & non eſt niſi vnum ſubiectū qm̃ in ſcientia præter ſubiectum, conſiderantur principia ſubiecti; & paſſiones, ſubiecti; quæ nō ſunt ſubiectū ſed ſunt aliquid ſubiecti; & potius dicuntur conſiderata in ſcientia: vt inuit Ari. 1. cœli; & 3. cœli 1. cum inquit ſcientia de natura ferè plurima, videtur circa corpora, per quæ corpora intelligit ſubiectum, ſcientiæ: & horum paſſiones, aut ſunc circa principia: quæ paſſiones; & principia, non ſunt corpus; & ſubiectū, ſed ſunt aliquid corporis ſubiecti, & ideo dicuntur conſiderata in ſcientia. Vnde valet dicere, quòd ſubiectum in ſcientia eſt conſideratum in ſcientia: ſed non valet dicere conſideratum in ſcientia eſt ſubiectum in ſcientia; cùm multa conſiderentur in ſcientia: quæ nō ſunt ſubiectum in ſcientia, hæc ſufficiāt pro expoſitione, & horum textuum intelligentia, credo tamen non aliquid dixiſſe, ſine ratione & auctoritate Ariſt. & Auer. ſi iſti grauiſſimi viri errant, qđ abſit, ego cū illis, ſi vero non ipſi errant, æquidem ſpero non erraſſe, ſed vera dixiſſe, quæ veritas; ſit dicta, & expoſita ad laudem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, cui ſemper honor, & gloria.

FINIS.

Imprimatur. *Ludouicus Boidus Vic. Gen. Neap.*

M. Cherubinus Veron. Aug. Theol. Curiæ Archiep. Neap. vidit. Reg. fol. 4.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google